DE CONSTANTIA IN ABDICATIONE MAGISTRATVS

LIBER VNICVS.

AVCTORE
P. D. HIERONYMO PEROTTO
NEAPOLITANO
ABBATE CASSINENSE.



B. R. NEAPOLIS

NEAPOLI,

Ex Typographia Lazari Scorigij. M. DC. XXXIII.

Digitized by Google

FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. Eminentisſimo, & Reuerendiſsimo Cardinali, & Cancellario Apoſtolico.

D. Hieronymus Perottus Caſinenſis Abbas S. D.



IN hac publica totius mei ordinis gratulatione, nec ſilendum quidem mihi arbitrans, tibi hoc opus meum dedicans, ſummopere lætor Eminentiſſime Domine, nos omnes Caſinēſes ſub tuum patrocinium conſcdiſſe; beneuolentia Pontificis Maximi VRBANI OCTAVI Patrui tui. Qui tibi inter tot graues curas diſtracto noſtram comendauit Rempublicam. Etenim vt grauiſſimum eſt amoris argumentum, nos tibi deſtinari à tali Pontifice. ſic nihil à te non ſperandum, quod beneuolentiæ non ſapiat, & beneficentiæ. Ita vniuerſa Reſpublica Chriſtiana non vulgari gratulatione experta eſt, inter Hiſpanum, Gallumquè

Digitized by Google

Regem pacem componens. Quorum alterius salus, ab alterius ruina pendere videbatur. & assiduè post Pontificem grauiora peragis negotia strenuè per vitæ probitatem, & animi prudentiam. Quæ vt perfectam laudem continent sapientis viri: ita, cum raro sint coniuncta per tumorem humani animi, talia in te venerans, suscipit orbis. etenim in tanto fœlicitatis cumulo innocentiam seruare, absoluti est hominis à corporea mole. Quamobrem nec tuas animi dotes referre laborandum est, nec status, nec fortuna, cum tibi grauia sint grata, non læta. veluti peregrino, non qua remoram faciunt, sed qua expeditum iter ad Patriam. Idcirco hoc tibi offero munus, vt suæ humilitatis conditio, à tua illustretur Maiestate. seruulique gaudens obsequio, benigno oculo nostram intuearis, (vt soles) Rempublicam. Vale ex nostro Cœnobio Diui Laurentij d'Auersa, Kalendis Augusti Anno 1633.

Ex

Digitized by Google

Ex facultate Comitiorũ Generaliũ.

EGo D. Petrus Paulus à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis iuris P. ac S. Theol. Profess. Vidi examinari Librum intulatum de Constantia in Abdicatione Magistratus P. D. Hieronymi à Neapoli, & reperi illum in omnibus orthoxiæ conformem, & moribus fruandis idoneum; unde Typis posse mandare censeo. Datum Neap. die primo Mensis Octobris M. DC. XXXII.

Ego D. P. Paulus à Neap. Abb. Casinen.

Digitized by Google

Hic Liber non minus eruditus quàm pius ad diuersi ſtatus homines accommodatus & vtilis, Authoris eruditionem, & pietatem præferens, cum nihil contra Orthodiam, & Eccleſiæ Catholicæ decreta, & bonos mores aduerſi coutineat, poteſt Typis euulgari.
Die 24. Decembris M. DC. XXX.

M. Fr. Dominicus Grauina Ord. Prad.
C. Archiep. Theologus.

Imprimatur,

Felix Tamburellus Vic. Gener.

Ad

Digitized by Google

Ad Lectorem.

PRaecor te Amice Lector, ne mireris quod de Constantia scripserim, cum de ea Viri doctissimi differuerint præclarè, varijs exagitati moestitijs: nam tale est scribendi argumentum, vt de illa dici non possit satis abundè. etenim in diem nouis inauditis calamitatibus inuaditur homo, & quandoque opprimitur à natura, à fortunae inconstantia, ab inuasione hostili, ab externorum latrocinijs, ab impostoris accusantium, etiam à fraudibus iudicum. quæ crimina, & alia, licet non sint noua orbi, sed decantata, cum malitia, & iniquitas,

Crescat occulto, velut arbor, aevo. Horat. Carm. 1.

Cum tamen multum fraudulentiæ accesserit impuris moribus antiquorum, nusquam sibi satis tuta est innocentia: nam quandoque in sua domo inuasa malitiæ telis iugulatur. Quod si etiam vnius sicarij insidijs vita exposita est probi Regis, quanto magis priuatorũ iura, & honores, auaritiæ alicuius impij iudicis? etenim similes

Non metuunt leges, sed cedit viribus aequum Ouid. de Trist. 5.

Quod si nihil est nefas ambitiosis, quanto magis dolosis iudicibus, cũ iustitiæ clypeo possint rapacitatem celare? & magistratum subripere innoxijs, (qua de causa cudi opus) vt suos promoueant apparitores. etenim tales

Quod manus non queunt Plut. in
Tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant. Trinum.

At cum possunt, & volunt, nullo cohibentur nec metu,

Digitized by Google

tu, nec pudore. hinc innocentium defenſiones, non ſolum ſunt inuiſæ, ſed ſuperuacuæ. cum erudiri, & corripi illi oderit. quamobrem cum non poſsimus noſtra tueri iura, & honores ab horum rapinis animi dolores temperamus conſtantia. Adde quod ſicuti cuiuſque rationes propriæ ſunt pulchrae, ita quoque efficaces. At ſolum harum calamitatum numerum quis poteſt inire? hinc videas homines malis preſſos veluti captos mente ſecum colloqui, & altercari, iniquè ferentes per ſpetiem iuſtitiae ſibi iniuſtitiam obtrudi.

Curt. l. 6 *Eſt enim facile innocenti viro verba reperire, modum vero verborum miſero difficile eſt tenere*, diceabat Curtius. Qua ratione ſum molitus, quod nunquam antea, cum calamitas acuat ingenium, & exercitatio pariat peritiam, & harum diſſertiones licet funditus animi triſtitias non euertant, remittunt tamen earũ acer-

Curt. l. 4 bitates. *Cum ſemper ſolatium ſit in malis noſſe ſuam conditionem*, vt docebat Curtius. Quod ſi incerta eſt hominum fides, ſemper verendum eſt. *Nam arma palam*

Hiſt. l. 2. *vites, fraus, & dolus occulta, eoque incuitabilia*, ait Tacitus: Quo malo opprimi, moleſtiſsimum eſſe experti teſtantur. Idcirco huius iniquitatis preſſus dolore coactus fui comprimere, minitari, fræno retinere, rurſus inſurgentes exſcindere, & veluti flagellis ſæpe cædere tumultuantes inferioris animæ paſsiones. nam tali aegritudini ſalutare eſt hæc pharmaca præ manibus habere. cum nemo inuadi non poſsit, vel ab irata, vel à blandiente fortuna, quæ ſub horum ſpecie dolorem protrudit, vel ſub dignitatis inuolucro humilitatem per ſuos ſatellites, quibus nihil antiquius, quàm ciuem per vim inuadere, & amicum ex occaſione per dolum peſſundare. Ergo non inualidum malorum remediũ ignorantiam appetamus Amice Lector, etenim

Sene. in Oedip. *Iners malorum remedium, Ignorantia eſt.*

Sed conſtantiam; vt oportunam cadenti, ſicuti ſtanti temperantiam, etenim non diſsimilibus experientijs explorant animũ fœlicia, & infælicia. licet ex lachrymis quandoque prudentia erumpat, ſæpiuſculè tamen ex lætis inſolentia oritur.

Quare

Digitized by Google

Quare iſti vt reputent incerta caſuum, dedignari nõ debent aliorum calamitates intueri, ne ſolum præſenti credentes fortunæ ex improuiſo inuaſi euertantur. cum ſemper

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat. Trist. 9. Ouid. de

& cogit non nunquam epulantem ad lachrymas, ad carceres liberum, ad compedes dominantem, & regnantem ad ſupplicium.



CAPI-

Digitized by Google

CAPITVM SERIES.

CAP. I.

1 SCribendi occasio.

2 Animi molestiæ tempore, & ratione curantur.

3 De constantia.

4 Deum omnia regere.

5 Diuinæ voluntatis ordinem esse indemutabilem.

6 Quicquid aduersi contigerit pacate ferendum, nam accidit Deo auctore.

7 Exemplis demostratur, non posse Diuinæ voluntatis ordinem immutari.

8 Niti oportet contra aduersa.

9 Spe erigendus est animus in aduersis.

10 Dissipantur sæpe à Deo malignantium consilia; & euertuntur conatus.

11 Iniquit nunquam pœnæ desunt.

12 Irasci non debemus Diuino Numini, si quando sero improbos puniat.

13 Ex simultatibus vtilia educenda sunt.

14 Tribulationes prodesse demonstratur.

15 De

Digitized by Google

15 De vtilitatibus tribulationum.
16 Nisi per tribulationes nostra corripiamus errata, de aterna salute verendum.
17 Fortuna virtuti deseruit.
18 Quo præsertim peccato monasteriorum Duces euertuntur.
19 Maiorum exemplis ciuium vita instituitur.
20 Pessundari Regna, Respublicas iniustitijs oportet.
21 Incostantia legum euertuntur principatus.
22 A natura, à vitijs, à beneficentia, ab ipsa etiam felicitate homini inferuntur mala.
23 De perfidia alterum animi malum.
24 A publicis magistratibus abstinendum.
25 Sola sapientia arcet mala, liberum efficiens hominē.
26 Bonorum inopia salutaris est homini.
27 Cur prudentes non appetunt fortunę muneribus assici.
28 Adhuc etiam ratione suę prestantię sapiens declinat à concupiscentia temporalium.
29 Compescuntur mortalium cupiditates reminiscentia miseriarum præsentis vitæ.
30 De monachorum à vulgaribus existimata miseria, quæ sit ex statu.
31 De prisco monachorum statu, & recentium.
32 His meditationibus instruendus est animus, vt lætè complectamur mortem.
33 A sacris literis præsertim medela sumenda est nostrarum calamitatum.

34 Quo-

Digitized by Google

34 *Quomodo instituenda est vita, vt verè viuamus.*
35 *Nihil stabile quod percipitur sensu.*
36 *Decet omnino sacerdotes abstinere ab ambitione.*
37 *Aduersa non sunt adeo acerba si comparatè illa pendamus.*
38 *In quouis malo semper Deo gratiarum actiones sunt referendę.*
39 *Aduersis lętè occurrendum est.*
40 *A prauis passionibus abstinendum.*
41 *Fugatis prauis passionibus, amatores effecti solitudinis, diuinis contemplationibus exultabimus.*
42 *Cęlestium reminiscentia obliterantur angustię animi.*
43 *Mortis meditatione aspernendę sunt aduersitates.*
44 *Mors est appetenda vt malorum finis.*
45 *Animi quies à virtutibus oritur.*
46 *A moralibus virtutibus temporalis oritur fœlicitas, tas, & à religione præsertim.*
47 *Omnia aduersa toleranda sunt, vt suo exemplo nos monuit Dominus Iesus.*
48 *In solo Deo locanda spes est.*
49 *Dictorum collectio.*
50 *In solo Deo vera quies.*

DE

Digitized by Google

DE

CONSTANTIA IN ABDICATIONE MAGISTRATVS.

Scribendi occaſio. Cap. I.



AGISTRATVS tui abdicatio, Amice cariſsime, ita perculit animum meum, vt nihil me pertuliſſe acerbius in omni vita velim exiſtimes. Duo ſunt, quæ maximopere me conturbant, infortunij pondus, & magnitudo iniquitatis, quæ cum concurrerint in ſcelere, à quo proſtratus iaces, dolori, cedente conſtantia, ſuccubui. *Externorum bonorum maximus eſt honos*, dicebat Philoſophus, & Tacitus, *ſæpè ſocij noſtri excindi vrbes ſuas: ſeque cum coniugibus, ac liberis cremari pertulerunt, neque aliud pretium exitus, quàm fides, famaque*. Quàm grauiter vero ſit deteſtandum ſcelus ex hoc erit conſpicuum. In nocturno prælio cum filius interemiſset patrem adeo execrabile viſum fuit. *Vt per omnem aciem, miraculum, & queſtus, & ſæuiſsimi belli execratio*. Ait Tacitus. at quanto eſt funeſtius in ſumma luce iudiciorum, vt amicus fidum amicum perimat impoſturis? Et eo eſt aſperior rei conditio, quod nec conqueri poſsis prævalente iudicis auctoritate, cuius rei certè nec reminiſci poſsumus ſine lachrymis, correpta innocentia ab iniuſto tribunali, nam & ſi pleraque mala accidant homini temeritate fortunæ, tuum vero cum non niſi præmeditatæ malitiæ poſsit aſcribi, ita fœditatem criminis horrui, vt territus vix apud me fuerim, nec quiſquam eſt adeò mali expers, vt illud

Nic. 4. c. 3.

Hiſt. 4.

Hiſt. 3.

Digitized by Google

illud vereri non cogatur; idcirco semper in alieno malo pauendum, & fidus amicus amici mœrores sibi libenter aptat.
1 *Qui dolent condolentibus amicis, subleuari solent*, Ait Arist. Eth. 9. cap. 11. & natura duce ingemiscimus in alienis miserijs, immo & cogimur à christiana pietate prosequi commiseratione aliena vt propria. Quam ob rem tàm peruersæ molitionis obstupescens obrigui; spiritus se ad interiora deducens, quę passio oritur ex imbecillitatis apprehensione, cum propria, vel aliena mala non possum is auertere, & obsistere imminentibus, & inuadentibus miserijs; licet ex nostro non sis instituto: charitas tamen, & similia literarum studia nos summopere glutinent. Qua ratione biennij spatio non valui manũ admouere calamo, vt meis ad te literis datis, adducerem ad aliquam temperantiam doloris, tibique compatiens, mihi metipsi instructionem sumerem, si quando à similibus angustiarer malignis occursibus. arbitrabar enim omnem meam suasionem tunc inualidam fore, quia aggrederer lenire tuum iustum mœrorem, cum scirem te hanc calamitatem tulisse iniquissimo animo.
2 *Verùm cum nihil sit periculosius in moribus, quàm immatura curatio*, vt ait Seneca. idcirco medici non ad quosuis repentinos morbos adhibent remedia; sicuti nec immatura mouent. ideo solui. feruescente passione animus magis exacerbatur consilijs, quàm ad temperantiam reducitur, immo discerpitur recrudescente vulnere, hinc Liuius, *scimus medicos plus interdũ quiete, quàm mouendo, atque agendo proficere*, & Ouidius.

Curando quædam fieri maiora videmus
Vlnera, quæ melius non tetegisse fuit.
& alibi
Et cum longa dies sedauit vulnera mentis,
Intempestiuè qui mouet, illa nouat.

Quæ ratio ita viuida, & efficax esse potest, vt commotum animum digna mœrorum causa, immo oppressum iniquorum mendacijs ad pristinam de repente reuocat tranquillitatem? Certè ægritudinum animi sermo est medicus; attamen oppor
3 tunè proferendus est; alioquin imperita peritia curaret, cum semper sit ingratum, quod est intempestiuum. Quamobrem etsi nonnunquam amicorum monita subleuant, & erigunt genus nostrum ærumnosum ab honeribus naturæ, ab improuisis casibus, à peruersitate humana, cui occurri non potest, neque à nostra, nec ab amicorum sedulitate; tamen hæc debito tempore applicari debent veluti salutaria pharmaca; idcirco opus erat mora, vt quasi remissa tempestate vela ventis dare possemus: *Cum fama iacturam. viri boni. molestè ferant*, vt
4 dicę-

Digitized by Google

dicebat Stagirita, & à tali commutatione ſtatus malè regitur animus, eoque magis, quod prius te ſenſiſti confoſsum, quàm adortum. *Piſcatores factam iacturam retium æquo animo ferunt, periculum enim exploratum ſibi habebant*; dicebat Ariſt. repentinæ calamitates ſummopere conturbant hominem, *ſubiti caſus* dicebat Plutarchus *hebetant vim rationis, & linguæ motum*, & tunc maximè cum ab amicis fit inuaſio, quorũ fidus, ſynceruſque videbatur amor, ideo iurè miſerrimam vocat Suet. conditionem regnantium; *Quibus non niſi occiſis de cõiuratione creditur. Nec aliquis celerius opprimitur, quàm qui nihil timet*, vt ait Vellius, tales facilius opprimi poſſunt, & proſterni cum innocentia vitę neminem verens, nullius cauet inſidijs. *Neque timent, qui nihil admiſerunt*, vt ait Cicero. Hinc omnia ea conſcientia arbitrans tuta, tendiculis, inſidijs, mercę de conducto, & empto delatore, & teſte, quem iam pridem poſſidebas, & merebaris magiſtratum, illo abdicatus fuiſti per ſummam iudicis iniquitatem; tuo inſidiante amico, cuius vt eſſet impunita perfidia, teque certius malignitate confoderet, talis iudicis ſibi aſciuit malitiam.

Sect. 29. Probl. 2.

Plut. de Ir.

In Domit. cap. 21.

Vell. lib. 2.

Pro Cluẽt.

Verum quid turpius dici poteſt, quàm ab eis æquitatem ſubuerti, qui ætate graues, honoribus conſpicui, iura dicendo fiunt miniſtri ſubuerſionis amici, & innocentiæ? Quandoquidem ab eis præſertim vitæ exemplum petendum eſt, & tuendus vitæ candor. cum legitimi magiſtratus ſint ſimiles medicis prouidentibus communi ſaluti, & integritati, vel verius, parentibus conſulentibus filiorum felicitati. idcirco plenos eſſe iuſtitia neceſſe eſt, vt illam in omni iudicio venerentur, & eructent; cum ab illis veluti à fonte fluenta dulcia legum emanare debeant ſitientibus ſuauiſſima. nec aliud magis expoſcit totum noſtrum genus. Quod ſi à recto deflexerint, ait Amos. *Conuertent iudicium in amaritudinem, & fructum iuſtitiæ in abſynthium*, cum ibidem latentem perniciem ciues inueniant, in quo arbitrantur eſſe ſalutem conſtitutam. *Si homo omnibus ſuis partibus, & numeris perfectus, abſolutuſque ſit, multo cæteris animantibus antecellit: ſic, ſi à lege, & iuſtitia ſit remotus, nulla fera tam fraus eſt tanta, nulla malitia, quæ poſſit cũ eius nequitia contendere, ait philoſophus.* Huius rationẽ affert Cicero dicens. *Rationem bono conſilio à Deo datam, in fraudem, malitiamque conuertit*, quod maximè in iudicibus appareret, cum legum prętextu, & ſeueritate, obtrudant iniuſtitias, aiebat Ariſt. *Si quis locupletum pauperẽ violans grauius in eos animaduertendum eſt, quàm ſi alij alios afficiant.* quanto magis iudicum ſunt puniendæ verſutiæ, à quibus innocentiũ fit quandoque iactura bonorum, quadoque libertatis, & vitæ,

Amos c. 5.

Polit. part. cap. 2.

De Nat. Deorum 3.

Pol. 5. c. 8.

Digitized by Google

Pro Rosc. & quandoque honoris? *In rebus minimis fallere amicum turpissimum est.* ait Cicero, sed illum perdere in iudicio iniquissimi est hominis. Si iudex ascensurus tribunal assumere debet prudentiam ne decipiatur, cum egenorum spes illius fit locata præfidio. *Causam, quam nesciebam,* dicebat Iob, *diligentissimè inuestigabam.* quanto magis omnem malitiam debet abijcere, & iustitiam administrare poscentibus? cum Dei sanctione cogatur, *Insontem, & iustum non occidere?* si misericordiam à se ablegare debet, ne quo minus animaduertat in scelerum pastores, dicente Domino, *Pauperis quoque non misereberis in iudicio*, quanto magis flecti non debet precibus, aut muneribus, similiumque officiorum specie, vt virum innoxiũ ab honore deturbet? *Est enim sanctissima res ciuilis sapientia, quæ pretio nummario non est æstimanda, sed nec quidem dehonestanda,* vt ait Vlpianus. *Cum semper sit improbum, honestum relinquere propter vtilitatis magnitudinem.* vt docuit eloquentiæ pater. Quare monuit Salamon, *Ne peruertas semitas iudicij.* ab hoc enim priuata, & publica quies, veluti salus à primo orbe, pendent. itaque *Aliquo genere munerum ad iustè decernendum reduci, sceleratì est hominis.* ait Philo. dehonestans tunc iudex pulcherrimam iustitiam damnabili mercede, per contumeliam deprimit innocentiam, *Maledictus, qui accipit munera, vt percutiat animam innocentis.* ait Dominus. qui enim per iudicium alteri opitulari debuerat, per munera officit iustitiæ. ideo *Regnantibus impijs. ruina hominum,* testatur Salamon. & Horatius.

Iob cap. 29

Exod. c. 23.

Ibidem.

Leg. 1. de extr. cogn.

Off. 3.

Prou. 17.

De Iudice.

Deut. 27.

Sec. saty. 2.

Dicam, si potero, malè verum examinat omnis
corruptus iudex,

qui si criminantium verbis accenditur, temerarius est, si iudicet, impius.

Quamobrem tale munus, & dignitas animum exigit, nulli prauæ cupiditati obnoxium, si quandoque iudicis ignorantia innocentis est calamitas, quanto pernicioſior erit versutia? innocenti viro criminãtem hostem opprimere in iudicio, in quo delata discutiuntur occulte, non est difficile; at si secretè culpari sufficit ad perniciem (vt tibi accidit) nec ipsa quidem innocentia immunis erit à criminibus. neque crimen dari potest sine accusatore, neque damnatio sine defensione, nequeunt tunc arceri falsæ criminationes, & insidiantium mendacia, quorum ingens est numerus. cum ambitio præsertim perstringens oculos mortalium, efficerit, *Vt obtrectatio, & liuor promis auribus accipiantur,* ait Tacitus, si non personas, sed negotiorum causas præmeditari monetur iudex in Leuitico; vt non ad opinionum famam, sed iuxta veritatem decernat, Dei

Hist. 1.

Leu. c. 9.

iudi-

Digitized by Google

iudicium subuertere (cuius est minister) impij est hominis. nã veluti *Homines ad Deum nulla re propiùs accedunt, quàm salutem hominibus dando*, ait Cicero. ita nulla re magis absunt quàm specie iustitiæ, ingalare veritatem. Quod deplorans Ecclesiastes ait, *Vidi sub sole loco iudicij impietatem*, abutuntur hi potestate in exitium postulantium iura, & exercent latrunculorum mercimonia in sede iudiciorum. ideo nõ iudices appellandi, sed hostes, sed popliuori (vt vocat eos Homerus) cũ per dolum inferentes iniurias, sibi ciuium facultates, libertatẽ, & vitam vendicent. Quam iniustitiam qui admiserit, immmemor est Dei, quo certo certius, oculatius est iudicandus, quã quod ipse hominum errata decernit. horum potest effugere censuras, Dei vero potens iudicium, nequaquam. Qua de causa nullatenus flecti debet à recta methodo iudicandi, nec conniuere innocentiam perfundari à falsitate; cum non possint latere Deum insidiæ, quas scelerato opere adiuuat, quod in constituta die supremus iudex ad calculum reuocans, acerrimis multabit supplicijs. nec aliud lucrum capiet tunc in iniquus iudex suæ vesanæ nequitiæ, quàm animæ mortem æternam. nam sicuti iustitia diuina ianitrix felicitatis æternæ est probitati benignæ, sic horum præsertim scelerum est implacabilis vltrix, (nisi sit huius flagitij acrior pœnitentia) ideo neminẽ talium admittit in cœlum. *Quoniam cum essetis ministri regni illius, & non rectè iudicastis, & custodistis legem iustitiæ, horrendè cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet*, ait Eccl. Pro ligarie. Eccl. cap. 3. 6 Eccles. c. 4.

Interim infelicissimus est ille, nam vel facinus latere sperat, & tunc ignorat Dei potentiam omnia intuentem, & administrantem. ideo, Nulla est creatura inuisibilis apud Deum. Hebræor. cap 4.

Quem quia respicit omnia solus,
Verum posse dicere solem. Boet. 5. met. 2.

Vel rem palam fore cogitat, & tunc est audacissimus; cum tam grauis sceleris non pudeat, quod certè tempus veritatis amicissimum propalare solet ad eius perpetuum dedecus, & infamiam: & vr cæteros arceat à tam probrosi peccati conturbernio. *Quod si perpetuum commendationis fundamentum, iustitia est*, ait Tullius. æternæ infamiæ principia erunt similia dolosa iudicia, quæ saltem, (& si quandoque tales obruti facinorum pondere, dum valent eorum obliuiscuntur.) in fine vitæ reuocata, iusto Dei iudicio ad memoriam, summopore eius lancinabunt conscientiam, quo teste perculsus dicit. Off. 2.

Vehmisero mihi, mea nunc facinora
Aperientur, clam quæ sperauisse fore. Plat. in Tr.

Istorum deridenda, vel commiseranda potius, est stul-

Digitized by Google

ſtultitia: nam licet poſsint propria, vel amicorum vi cleuitare cenſuras, caſtigationeſque mortalium, immorralis Dei ne-
Ila. cap. 10. queunt corripientes manus effugere. *Vah qui condunt leges iniquas, vel ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt, quid facient in die viſitationis, & calamitatis de longè venientis?* ò quàm piè
In Ped. 8. monuit Xenophon, *Si omnes homines Dei metuentes eſſent, nihil illicitum inter ſeeſſe patraturos*; verum ſaltem remota iudicum praua iudicia, non tam de facili, & inuerecundè crumperent malignantium obtrectationes, & delationes confictæ, quæ cum in diem gliſcant audacius, ſublata pacis cuſtodia, (quæ potiſsimum oritur ex intemeratis iudicijs) etiam amicorum occuparunt animos, quos efferant contra ſynceros amicos.

Nouimus enim è cœlis ad nos deſcendiſſe amicitiæ vinculum, non ſolum præſidij cauſa, ſed etiam ſolatij, quo omni
Annal. 4. potientes felicitates etiam indigent, verum quia *gloria infenſos habet*, vt dicebat Tacitus, ideo licet quandoquè amicitia
7 ſit vinculum charitatis, per ambitionem tamen alterius efficitur irritamentum inſidiarum, concepta ſpe præmij ex amici ruina. oritur tunc tale periculum cum amici ſpes pubeſcit honorum. Quare ex egeſtate dignitatum inſidiandi emanat procliuitas, nam quorum honos in pace afflictus eſt, per cæterorum turbamenta ſibi ſpem facit. Qua de cauſa inter ambitioſos, & honoribus conſpicuos, nunquam ſolida coaleſcit fides. cum illi ſolum ſatientur calamitatibus regentium: & per
8 priuatam ambitionem amicitiæ iura ſubuertant; nec leuitatis crimine, ſed perfidiæ. Quamobrem vt nihil miſerius ab amico culpari, ita nihil fœdius, quam amicum proſternere iniquis criminationibus, etiam Nero teſtatus eſt, *Non eſſe ſapienti viro decorum, vnde amico infamiam, inde ſibi gloriam recipere*. Si non deſinunt homines conuicijs lacerare eos, qui irruentibus malis deſeruerunt amicos, quanto magis ſi ad inſidias deduxerunt? nec ſtatim hi inſontem corripiunt amicum, ſed per interualla temporum ſtruunt inſidias, & aggrediuntur facinus, cum nihil ſit ad perfidiam accommodatius ipſa
Annal. 14.
Tac. An. 14. ſpecie amicitiæ; ideo *Falſo attributum crimen eſt omni exitio grauius. Iniuria quæ alicui infertur per iram, per libidinem, per metum, iniuſta eſt, ſed quæ ex conſulto fatis grauior*, ait Ariſtoteles. hinc contra cum, qui mendacijs fœdauerit amici honorem, nulla dari poteſt erubeſcenda crudelitas. enimuero
Sect. 29. Probl. 13.
n Rheſo. I *Si nemo vir altæ mentis vult clanculo inimicum occidere*, vt dicebat Euripides; amicum perdere falſa criminatione, empto teſte, & corrupto iudice, deterrimi eſt hominis. cum flade Orat. 1. gitioſa ſimulatione perimat amicum. *Si nihil tam regium, tam*

libe-

Digitized by Google

Liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare à periculis, & retinere hominem in ciuitate, ait Cicero, certè nihil erit excerabilius, quam syncerum amicum, & innoxium virum deijcere à gradu impostoris, tunc vt ait Aristophanes.

Decepit ipse vineam palus suam. In Vespis.

Non amat falsum auctor: adulterium est apud illum omne, quod fingitur, dicebat Tertullianus. In spectac.

Si iniquus est omnis, qui in legem deliquerit per labilitatem naturæ, per contumaciam delinquens erit iniquior, at mendacio fauens impostoribus erit iniquissimus. cum nihil sit sacratius ipsa veritate. quare acerrimè sunt plectendi eiusdem violatores, nam vt veritas omnia illustrans negotia non patitur delitescere verum, vt cuique reddi possit, quod legum sanctionibus decernitur; ita mendaces testes illam suffundentes caligine, aduersantur patientibus iniurias. cum peruerso, & damnabili mendacio, quæ nec viderunt, nec audierunt, asseuerant se probè tenere, & scire. Quamobrem cum testes sint iudiciorum regulæ, horum iniquis attestationibus semper grauantur innocentes, qui cum nihil mali admiserint, emergere debuissent ex insidijs, ex anguistijs, non obteri mole mendaciorum. His namquè cælum ascendere fas non est, cum locus ille nullam turpitudinem admittat. idcirco in prauorum demigrant animos, quibus (veluti furijs) agitati, vltro se se offerunt verum in iudicio peruertere confictis imposituris. & hoc quidem, vt beneuolentiam captent potentiorum, aut lucrum: non verentes iuramento religionem violare, & deturpare veritatem ostentante se quæstu. 9

Hoc genus hominum deturbandum est ex vniuerso orbe, & suffodiendum omni telorum specie, *cum latroni, & insidiatori nulla iniusta nex possit afferri*, dicebat Cicero; imò detrudi ad caueam tartari; vt in illo cæco carcere parentis sui diaboli consuetudine vti possint, & acerbissimè torqueri, *cum deprauent hi scelesti honestiorum notas suis attestationibus*, vt dicebat Aeschines. Pro Cluēt. In Ctesiph.

Hos cum plectendi se se obtulerit occasio, sæuissimis pœnis conficiendi sunt, cum in istos misericordia, & lenitas sæpe fit aliorum miseria, & calamitas. cum in alios insurgant deinde occultius. nec vnquam satis hi affici possunt pœnis, cum conentur simulata religione omnem venerationem iuramenti cõscindere à cætu hominum. vsurpant hi in tanto nefario ope Sanctissimi nominis Dei inuocationem, religione religionem fallentes Dei, qui si in sacra profanantes irascitur, certè acrius excandescet in eos, qui cum testem inuocant in- 10

mon-

Digitized by Google

mendacio, quo contumeliam inferunt Deo, & exitium quandoque omnium bonorum proximo. *Ideo testis mendax pe-*
Prou. 21. *ribit*, ait Salomon.

Commæreo tuis malis Amice, (istorum omnia sunt communia veteri prouerbio,) vel verius, ingemisco communibus miserijs; cum nemo à similibus imposturis, iniquisque iudicibus se tutari possit quauis sagaci prudentia. hinc potest quis inculpatè viuere, innocentiamque vitæ custodire, non autem se efficere immunem ab ijs molestijs, sicuti nec vitam tueri à sicarijs; enimuero sicuti contracta crapula per meraciorem potum, & per opipara cibaria, proni efficiuntur lasciui ad amatorios complexus, donec deferuescat æstiua libido; ita ex aliorum bonis concepta inuidia, vel ambitione, cum apertè irrumpere non valeant, aggredientur innocentem dolosis criDe mundi opif. minationibus. quare verissimè dicebat Philo. *Non minus homo, quàm serpens circumfert venenum dentibus*, & eò pernicioſius vibrat quandoque, quod porrigit illud oſculi inuolucro, & beneuolentiæ insigni nota. Adde quod vt natura auersamur serpentis aspectum, ita concupiscimus amici præsentiã, & intuitum, à quorum doloso amore sæpe improuisis exagitamur malis, quod iniquissimo quisque fert animo, cum innocentia, beneficentia, vitæque integritas se ab ijs calamitatibus redimi, liberarique non possint; cum semper illi prætendant odiorum causas, licet sola sit præda, quæ eorum agitat malignos animos.

Hæc animo ruminans, & damnans ob tui miserrimum lapsum à magistratu, manum appellere calamo prius non potui, cum omne robur animi deiecerint horum temporum cõditiones, quibus illud Senecæ conuenit.

12 In Agam. *Periere mores, ius, decus, fides.*

& Ecclesiastes, *Vidi calamitates, quæ sub sole geruntur, &* Eccles. c. 4. *lachrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos.* Nam si (vt in propria insistamus causa luctus,) testis simul, & delatoris considerem mendacia, tui amici insidias, nequitiamq; iudicis obstupescemus, si quomodo in tanta luce veritatis non omnino tua emerserit innocentia, irascemur, insuper inimicorum accusationis iure nobis sunt molestæ, quæ vero ab amicis satis grauiores, sed quæ fiunt à caris, sunt ipsa morte truculentiores. cum predonum more etiam in domesticum conspirent sanguinem, quo esse non potest certius argumentum improbitatis. qua de causa succumbendum est dolori, & mœstitiæ. cum testis fœdauerit veritatem, iudex iustitiam iugulauerit, & amicus, erga amicum charitatem extinxerit, ergo actum

est de

Digitized by Google

est de humanitate, iam transiuimus in naturam ferarum, in quibus nulla est erubescentiæ nota, nulla futurarum rerum cognitio, sed tantum quarundam rerum præsentium amor, & cupiditas. ideo in patre non est stabile præsidium pro filio, nec certa fides amici in amicum, nec in tribunali certa statio iustitiæ, nec semper ipsa diuini nominis inuocatio pura est, & simplex, sed quandoque sacrilega, & detestabilis: cum innocentia obruatur mole mendaciorum. Quamobrem semper nobis imminet aliquid mali ob detestabilem morum corruptionem. at futura mali expectatio timorem gignit, sicuti vsus dolorem, consequens est, vt gementes lucis huius potiamur vsura. igitur ad rauim vsque exclamandum, ò tempora, ò mores. nam licet olim *gregarius eques, occisum à se proxima acie fratrem professus, præmium à ducibus petierit*. teste Tacito. tamen nunc quorum summa debet esse charitas, summa sunt ódia, ob auaritiam, ob ambitionem, ob libidinem dominandi. cum aliorum bona sint cœteris simultatum incitamenta, & irarum, nec certè inter vicinos manere potest concordia, cum amici sint bellorum exempla. Hist. 3.

Quod vaticinans D. Paulus aiebat. *Instabunt tempora periculosa, erunt homines se ipsos amantes*. hunc nimium sui amorem (ex deducta serie vitiorum ab illo) constat originem esse omnium vitiorum. nec aliquod facinus auersatur ille, cui talis obrepsit affectio. *Increpant eas*, ait Aristo; *qui se ipsos maximè amant, & quasi in dedecus, sui amatores appellant; nam prauus omnia sui causa agit*, & Plato; *Nimius in se ipsũ amor omnium peccatorum omnibus semper est causa*; ideo Dux ciues opprimit, iudex supplices, pater filium, vxor virum, cum solius proprij boni lucra quæsitentur. hinc audias sæpe anteactis sæculis inauditas inuasiones, criminationesque falsas. abijciens namque paulatim improbitas pudorem, nullumq; verens periculum infamiæ, apertè contra æquitatem grassatur; quasi dissipatis iuribus naturæ, ciuilitatis, & conscientiæ. Quem nimium nisi amorem, quis restinxerit, secum defert perennem causam discordiarum, simultatum, & bellorum. 2. Timoth. 3. cap. 3. 12 Eth. 9. c. 8. de Leg. 5.

Verum cum in occursu molestarum rerum, lachrymæ querendæ non sint, sed lachrymarum medelæ. (repetiti dolores luctum augent, qui quandoque mortalium animos deijcientes ad voluntariam mortem, coguñt properare) quantum auxilij præstare tibi potero conciliandæ tranquillitatis gratia, illud omne impendam. nam

Non sum occupatus vnquam amico operam dare. Plaut. in Merc.

Vt tuas possim tempestiuas lachrymas cohibere, & meas fortasse intempestiuas, cum cuique viuenti miseriæ, & mala su-

Digitized by Google

perſint. Ab amico ſemper omnis cura adhibenda eſt, ne ſui negligentia intereat Amicus. etſi eſt aliqua ſcintilla prudentiæ, quæ poſſint prorogari conſilijs, illam fouere ſanioribus cohortationibus, vt in reliquo vitæ curſu conualeſcens, caueat amicus à deiectionibus animi, nam cuius vis rei maxima licet videatur cauſa mœroris, & inſanabilis, tamen niſi euerterit rationem, temporis decurſu mollitur, & tandem euertitur radicitus; cùm nos, & noſtros paulatim extinguat luctuoſos affectus ſua mora.

Ita ſagax natura, Dei dirigentis ſanctione, noſtrarum calamitatum miſerans, (vt modo dicemus) prouidit, ne amaritudinum colluuie obrueremur. etenim vt ait Seneca,

In Hercul. Oeteo. Mortis habet vices,
Lentè cum trahitur vita geumitibus.

Enimuero ſi in conuiualibus congreſſibus amico licet, & lubet amicum docere, quomodo in nauali conflictu cum hoſte inſtituenda ſit claſſis, quæ loca caſtrorum ſint occupanda, vt aggredientem poſſimus inuadere, & potiri victoria; multo magis decebit amicum mœrentem monere ſalubribus conſilijs, vt internum hoſtem dolorem inuadat, & proſternat conſtantiæ viribus, contra quem pugnandum non eſt collatis ſignis, ſed ſola animi virtute, cuius quis vtens clypeo, quiete potieturi, & tranquillitate. cum imperio rationis frænando laſciuientes, vel mœrentes cupiditates, conualeſcimus animo, non modo ſi non honeſtemur fortunæ bonis, ſed etiam ſi furentium hominum maligna proteruitate omnia euertantur noſtra, aut peruicacia fortunæ.

Quæ aſſolet ancillari ſicarijs, pijſquè iraſci. nec poteſt illa coerceri claustro; ſed ad inſtar fulminis durioria acrius comminuit. at ſi ſolam animi conſtantiam oppoſuerimus illi, ad hanc ex noſtris euerſis bonis inferemus triumphum, immobiles perſiſtendo in ipſa animi tranquillitate. non modo quia morũ candor, & vitæ probitas, non ita fœdari poſſunt ab improbis, vt ſua à ſupremo Iudice non aſſequantur merita; quæ quandoquè emergunt in publicum ad perenne dedecus malignantium, (vt omnino pateat illarum ſeruatorem eſſe Deum, & muneratorem munificum,) ſed etiam, quia nihil magis excitat virtutum laborem, quàm aduerſitas. tunc ad pietatem confugimus, quaſi ad munitiſſimã arcem, cuius tecti robore tolerantia, & manſuetudine inuadimus cœlum ipſum. non Allegor. 1. quia ſunt ibi intelligibiles naturæ, vt Philoni plauit; vel quia eſt conſentanea domus menti propter amplitudinem; vel quia ſunt ibi immortales ciues; ſed quia ibidem eſt noſtri principium, ad quod recurrentes adipiſcimur interminam beatitudinem,

Digitized by Google

dinem, & imperturbatam quietem.

Interim, quæso Amice, ad illud feramur spe, & desiderio, quod primaria causa est, vt contemnamus aduersa: licet harum aculeos temporis diuturnitas obtundens hebescat; cogens iuue nescere priorem statum pacati animi, non solum per inopiam propriam lachrymarum, & intuitum calamitatum aliorum, sed etiam per occursum rerum tranquillarum, à quibus fouentur mortales; vt alternatim valeant sufferre aduersa, vicissitudine dierum, & noctium tempus omne absumitur, ita lœtarum, & tristium vita nostra labitur, donec aquis lethi ablutis sordibus infortuniorum desinat tempus nostri metiri spatia cursus. nam vt est bonarum, malarumque rerum successiuè allator, ita antecedentium curarum obliterator satis efficax.

Animi molestiæ tempore, & ratione curantur.

Caput II.

MIhi semper præclara visa est Philonis opinio, qui de Mundi opificio differens, docuit, ideo postremo loco creatum fuisse hominem, vt paratis rebus omnibus, veluti ad instructissimum conuiuium, & ornatissimum spectaculum, (tanto auctore dignum) posset induci. prius apparari solent copiæ harum rerum à magnatibus, quàm conuiuę, aut spectatores introduci; vt confertim ab oblatis bonis voluptatem, lætitiamque hauriant. Ita munificentissimus Deus elementa nobis cõtigua abũdè instruxit seminaria vi, vt nobis illa suppeditarent per mixta ad vsum necessaria, & delectabilia ad aspectum; vt vna simul amplissimum humanis oculis spectaculum inferrent ad tanti largitoris decus; ex quo flammesceret perenniter hominis amor erga talem beneficentissimum principem vniuersi orbis. Et certè si sui generis, rerumque omnium auctori obsecutus fuisset mandatorum custodia, vitam sine dolore, sine labore, in vberrima rerum copia, & mentis felicitate transigisset. nec potuisset tunc infestari; aut languore, aut errore, aut vitio. Quamobrem non oberrans à vero, nec à prauis passionibus distractus, amore, & contemplatione, Dei fruens consuetudine, in illo beato domicilio paradisi fœlicitate potitus fuisset. Philo. 1

Sed occupata anima ab inobediente superbia, (quæ beatam, & immortalem vitam in mortalem, & miserrimam commutauit,) cupiditatibus se dedens honorum, diuitiarum, simiumque, abeunte innocentia, turbam admictens vitiorum;

impietatum suarum luens pœnas, curuata incedit pressa dolorum pondere. quæ mala sibi adducat, vel proprio, vel alieno vitio, siue à corrupta, infestaque natura inferantur illi in mulctam deserti Creatoris: cum omnia dicere, & facere oportebat ad præscriptum tanti Regis, & patris sui: eiusque iter sequi, quò virtutes eunt, vt tandem suo genitori assimilatus, particeps foret æterni Regni: at eius deserens sancita per esum ligni vetiti, cogitur assiduè substinere pœnas, à quibus miserè vastatur, & irrequietè, cum ab ipsismet voluptatibus traducatur ad lachrymas ad luctum. nam sensus ius regium exercès in mentem, per sordidum eius dominium infelix homo pacecaret. *Imò si notum fuisset Dæmoni lignum vitæ, illud etiam* de Trin. & c lib. 3. c. 30. *præripere suasisset, vt æternaliter miseros, & miserè æternos faceret*, ait Rupertus.

Nostri tamen miserans Deus oportuna malis contulit remedia. nec extingui potest illa ingens beneuolentia quouis scelere nostro, cum nouerit ille naturæ procliuitatem ad vitia. *Ad deteriora faciles sumus, nec pronum tantum est iter ad vi-* Epist. 98. *tia, sed etiam præceps.* dicebat Seneca. abripiuntur illecebris visibilium facillimè homines; cum lenioribus blandimentis mulceantur. Verum cum ille sit alieniissimus ab omni ira, profana, libenterque suas profundat diuitias, ita formauit hominem, vt vna simul miserias circumferret, & pharmaca, quibus lenire posset suos animi mœrores. nam corporea mala, & animi, corpore, & animo, mitigare potest, & euertere.

His malis hominem subijci nouerat, & fore summopere luctuosum carere medelis. ideoque tempus, & rationem illi largitus est, vt per has omne genus angustiarum sufferri possit, aut asserri, molestarum rerum species internis sensibus obsignatas deleri voluit diuturnitate temporis ad leuamen nostrarum calamitatum. etenim senescentibus illis, vel euanescentibus, obliuionis beneficio sensim dolor minuitur, & tandem extinguitur funditus, cum obliteratis speciebus molestarum rerum onera tolluntur amaritudinum. Qua propter optimus medicus est tempus, aut in tollendo luctum, aut in mitigando dolorem, aut mœrorem abijciendo, veterascentia simulacrorum molestarum rerum, quæ fit incessanter. istarum specierũ aliquæ abeunt, calore absumente humidum cerebri; aliquæ inferuntur de nouo ab externis sensibus illuc delatæ, ita fit in aliquo, calore transmutante cibum, & consumante humidũ, siue dissipabiliores partes. hinc secundum partes iuuenescimus, & senescimus simul. idcirco simulacris absumptis nostrorum dolorũ imponitur finis amaritudinibus. peritè itaq; ad Ciceronem, ait Sulpicius; *Nullus est dolor, quem non lon-*

gin-

Digitized by Google

ginquitas temporis minuat, atque emolliat: elabuntur poma, nullius impulsa manu deducta ad maturitatem, sic occidunt, & delentur recordationes calamitatum tempore labente: alioquin præstaret mori, quàm viuere; cum perpetuo nobis occurrent molesta, quę tenacius hærent animo, quàm lœta. etenim cum sit homo sui amantissimus, non tam penticulatè grata fortunarum accipit, quasi sibi debita, quare illis effusè occurrens, parum firmiter illarum simulacra imprimit memoriæ, & tuetur. aduersa vero vt extranea à suis promeritis respuens, & auersans constante proteruia, illa acrius cogit insidere memoriæ. Attamen quoscumquè dolores mitigari vetustate temporis Cicero docuit. & Ouidius, Ad Att. 3. Epist. 15.

Hoc etiam sęuas paulatim mitigat iras.
Hoc minuit luctum, mœstaq; corda leuat. De Trist. 4.

Si continuatæ voluptates hebetant concupiscentiarum furores, ita vt tandem assuetudine satiatos, illarum nos tædeat, quanto magis memoriæ dolorum semper ex ofæ animo? *Nullo melius nomine natura de nobis meruit, quàm assuetudine mollire dolores*, asseruit Seneca. Si senescimus annis, diebus, & horis, consentaneum erat, vt molestiarum memoriæ nostræ vitæ, pediscquę consenescerent simul, periodis præclusæ breuioribus, ne mortalium animi illarum opprimerētur multitudine, qua ratione dicebat Plutarchus. *Existimare luctum nullo fine carere, extremæ est dementiæ, cum quos vidimus grauissimo luctu affectos, temporis accessu mitiores reddi, & in quibus monumentis vehementer conquerebantur, lautissimas epulas cum muscis, & luxu constituere.* De Tranq. cap. 10. In Or. Cōs.

suis, aliorumque deploratis malis, (natura duce,) per obliuionem ad lætiora reuertitur homo, quia temporum interstitio matureſcunt omnia, & marceſcunt etiam quæ summis lachrymis prosequi solent homines. igitur à consternatione animi cauere debemus; cum aliquando detestaturi simus pertinaces dolores, à quibus adigi solent imprudentes ad furorem, ad incurabiles morbos, ad acerbam mortem, ipsa etiam consuetudine leuior mali species apparens, mitior efficitur, & ita euanescit sensim, medica natura finem dante mœstitijs. *Nam natura comparatum est, vt nihil permaneat, sed ambitu quodam temporis mutationem accipiat*, dicebat Arist. & Ouidius. Pol. 5. c. 12.

Lenescunt tempore curæ. De Art. 2.

Ita amantissima natura disposuit, vt dolorem breuem faceret, aut tolerabilem: ait Seneca, nam vel insensibili medicamento nostras amaritudines obliuione delens, priorique tranquillitati restituens, cogit luctuum obliuisci. Epist. 79.

Vel secundo doloribus reluctatur homo per rationem. Quę facul-

facultas est animi desuper nobis illapsi, sepij, mortisque expertis, ad quã dirigendæ sunt hominis actiones fœlicitatis consequendæ gratia; vt veluti domesticus herus contineat cæteras potentias in officio, ne illarum tumultu, & peruicacia, publicum perturbetur bonum, & quies. Etenim & si lenter obrepente malorum incogitantia emergat quæsita tranquillitas, altius tamen erant sedandæ passiones; ne nostra magistra, & auriga ratio potius videretur sequi, quàm imperare affectibus inordinatis, & perturbatoribus.

Tul. 4. Passiones istæ commotiones sunt à recta ratione auersæ, vt Zenoni placuit. vel affectiones animi minus obtemperantes rationi, vt censeurunt Academici. vel appetiones nimium abde Fin. 3. undantes. Harum quatuor sunt primariæ. (quas ingens multitudo subsequitur.) duo respiciunt bonum secundum opinionem, duo vero respiciunt malum. priores sunt lætitia præter modum gestiens ob aliquod bonum secũdum opinionem; altera vero cupiditas vocatur vel libido; & est immoderata cupiditas alicuius opinati boni rationi aduersi. Duæ vero, quæ malum respiciunt sm opinionem, est metus, & ægritudo. metus est opinio alicuius imminentis mali, sicuti ægritudo est ex opinione alicuius mali præsentis. Ab ijs abrepta anima traducitur ad dolores, ad mœrores, & quandoquè ad interitum. nam per lætitiam leuitate subsi ollitur, torquetur per libidinem ardore, per metum humilitate, & abiectione confu-
De Fortit. mitur, tabe vero cruciatur per ægritudinem. *Animæ sanitas est bona constitutio potentiarum irascibilis, & concupiscibilis*, vt dicebat Philo. ita ut rationalis cæteris præpolleat, cohibens eas velut ieffusos equos. in qua passionum custodia, & dominatu tota ratio consistit nostræ salutis, & quietis.

Si quis splendore fortunæ perculsus, se decipi patiatur ab illo; vel ab ementito fœlicitatis titulo inducatur ad brutales animi passiones, sequens bona, quæ sola constant opinione, vel imminentis malis concutiatur pauore; vel fortunarum amissione tabescat; certè oberrans à ratione, efficitur conceptaculum molestiarum, à quibus collimatur assiduè, & scinditur passionum interno bello. mentem illa impellunt ad ruinam, inficientes imprudentiæ morbo. nam vel illorum bonorum copiæ lasciuire suadent hominem, aut pronum efficiunt, vt prorumpat ad indecora, vel immoderatus metus, & dolor, illum demisse pauere, lugere cogunt.

7 Benè itaquè compositæ rationis munus est lenocinia aspernari fortunæ, illiusquè illata etiam mala corrigere, aut patienter ferre. ita virius animæ morbi depelluntur; cum ratione reluctetur lætitiæ, voluptati, timori, & ægritudini, veluti cõpositis

positis seruabregentis disciplina. Tunc à mœroribus (vt in nostro infirmitatis alimento) migrans animus erecta ceruice non sustinet, quiete abduci, & à tranquillitate, seruans imperium quasi partum per militares labores.

Primùs ratio illos affectus se insequentes declinat, quanta potest salubri oblitione. sciens luctuosam esse reminiscentiam malorum; cum illa sœpius repetita, fixius hærentia animo, cogant reminiscentes tabescere mœroribus, eosque redigant in miseram seruitutem; ex quo certa pernicies oritur. Quare Cicero ait, *Recordatione præteritæ vitæ, quotidie augeri dolores.* Ad Att. 3. Epist. 15. Itaquè clancularia fuga ex ijs salutaris est, cunctatio perniciosa, & mora lethalis. qua ratione monebat Menander 8

Semper fugato triste quicquid procul. Menander.

Nam & si mens omnino sit materiæ expers, corporis affectibus, sui collactanei prosequens luctum, omnino in omnetus compatiens illi, ita vt prorsus videatur ab eodem progeni ore materiali orta. ideo ratio delere conatur has funestas memorias ex præscripto Sileni, qui fertur dixisse Midæ, *Propriorum malorũ ignorantia est lætior, & iucundior vita,* vt Plut. refert. In Or. Cõs. ex illis certa inuehitur mœstitia, & periculum, & quandoque pernicius. Quod si ad huc se insecutam sentiet ratio à molestiarum reminiscentia, quasi audaci Corbero, eo minus cum illa prœliabitur his telis.

primo repetens Dei paternam beneuolentiam vndequaquè per orbem diffusam, (cuius omnia sunt participia ad modũ solis, immo præclarius; cum solis virtute foueantur naturæ vires, non semper corripiantur, at hominum infortunia Deo fauente commutantur in melius.) concipit animo se emersuram aliquando ex malis, & præsturis. 9 Discurs. 1.

Nostra quæ in Deum spes est, calcaria admouet beneficentiæ diuinæ, vt suis supplicibus ferat opem. & summopere lætatur illa, suas erogare diuitias. hinc damna reparat, quandoquè nouis subsidijs ad decus suę munificentiæ. Insuper & docet, in calamitatibus, nihil esse efficacius ipsa inuocatione diuina. *Qui enim salutem suam Deo committunt, præter opinionem è medijs emergunt periculis*, dicebat Ioseph. Anti. 2. c. 6.

Secundo nec egrè fert suas fortunas esse demolitas. cum omnia vrgeri videat assiduis mutationibus, & quasi suis transactis periodis interire. ita quodcumquè genitum ad interitum properare, vt naturalia corpora, ita imperia, ita & singulorum fortunæ. succedunt sibi omnia, cum ex dissolutis suboriantur alia. *Quæ orta occidunt, & aucta senescunt.* ordo cœlistis alia exaltat imperia, alia submittit. *Nec molliter ponit*, vt dicebat Seneca, *Sed ex fastigio suo iactat, nullas habitura reliquias.* Discurs. 2. Sal. in Iug. Nat. 9. lib. 3.

nec

nec aliquod exemplum afferri potest, quo demonstretur, vel priuata, vel publica res aliqua, non fuisse mutationi obnoxia,
de Cons. 3. & tandem morti. Quamobrem quodlibet infelicitatem ex-
ptou. 5. periri permutationem status cogitur. *Plena est exemplorum vetustas, plena etiam præsens ætas: qui reges felicitatis calamitatæ mutauerint*, ait Boetius. Xerxes Græciæ terror, (con-
Herod. tra quam exercitum duxerat hominum decies centenorum
Iust. millium) ad Salaminam pugnans magna affectus clade, piscatoria cymba fugere coactus, (qui paulo ante vt triumphans ingressus, cœlo, mariquè minitabatur.) rediens in Asiam pau-
Aure. Vict. lo post Artabani gladio occubuit. ita mutationibus rerum luxuriantes animi compescuntur. Valerianus Imperator interceptus ab hoste Persa Sapore, ignominiosa captiuitate, & seruitute, cogebatur dorsum prebere Regi ascendenti equum.
Paul. Iou. Militibus quoquè acclamantibus Mustapha redeunti à Persico bellico, Feliciter; Solimani parentis iussu strangulatus fuit. ita nec quidem per virtutem stabilis est rerum conditio. Sed omnia coguntur referre supremi corporis irrequietum motum & ordinatissimam mutabilitatem.

Nam etsi omnia rotans fortuna commutat, gaudetquè pari libertate principum versare regna, & miserorum, humilumq; facultates; tamen cum hęc diuinæ mentis sit ministra, occulto,
Discurs. sed iusto iudicio talia versat. Ideo tertia discussione ab ira abstinet ratio, sciens quandoquè fortunarum euersionibus corripi prauas hominum assuetudines, quandoquè sisti, quando-
Hier. c. 18. que ad bonum induci. Quid? *Vt lutum in manu figuli, sic nos in manu Domini*. quare ratio regentis Dei suscipiens, & venerans imperium, ablegat mœrores: cum felices successus magis pendeant ab immissore Deo, quàm à sedula ratione.
Tac. Hist. 1. hinc Tacitus, *Quæ fato manent, etiam significata non mutantur.* & Seneca.

Non sollicitæ possunt curæ,
In Oedip. *Mutare rati stamina fusi.*

Qua propter veluti propria voluntate ascita, tolerat ratio mala, & sic toleratu difficillima, leuia efficit magnitudine animi. nam vt monuit Plutarchus, *Hominum corpora, & fortunæ sũt*
In Or. cõs. *mutabiles.* & Pythagoras suos hortabatur, quamcumq; dolorum portionem sortiti fuissent, illam sufferre ne dedignarentur; cum omnia à diuina sanctione pendeãt. vt Fosius dicemus de Fato. Ratio itaque vanitatem mœstitię ponderans, supprimit lachrymas, cum istarum imbre non molescat firmum Dei decretum.

Soluite mortales animos, curasquè leuate,
Mar. Ast. 2. *Totquè superuacuis vitam deflere querelis.*

Ita

Digitized by Google

Ita series humanarum rerum perçurrens tempora, ancillatur; & seruit ordini à diuina mente constituto. quare nihil cũ conferant horridi luctus, placidè admittit aduersa mentis ratio. Ideo hæc nulla boni speciẽ, vel mali, abripi se permittit, sed constanti fortitudine obuiam it illis. quod si perpetua non lætantur fertilitate plantæ, nec indesinenter fœcunditate animalia, nec serenitate imperturbata cælum, nec tranquillitate põtus, certè nec perenni lætitia lasciuire debuerat homo. quapropter cui non ingruunt præsſuræ, caueat à periculis; cum cuique sit necesse accidere læta, & mœsta gloria; & gladius; triumphus, & luctus.

Itaquè, Amice, harum rationum pondere, supprimamus dolentes nostros affectus. ita dura bella alterius susceptа prauitate, finimus animi nostri sapientia. Cresus de se testatus est, *Mei casus etsi ingrati, mihi tamen extitere disciplinæ*. compescuntur cicurantur ab illis nostræ lasciuientes cupiditates, Her.lib.1. vt in incerta casuum non ferantur. cum subacta ab illis inferior anima, *Non tam præmijs periculorum, quàm ipsis periculis læta, pro certis, & olim partis, noua, ambigua, ãcipitia mauult.* Tac.Hist.2. hinc qui aliquando decepti sunt à fortuna, non consuescunt de facili fœlicitatibus corrumpi. cauentes ne venãdo eiusdem bona de veris animę bonis dimicent. cum rerum temporaliũ, turbata pace, mens expeditius ad cęlum dirigetur. ijque malunt temporalia perdere, quam periclitari de ęterna salute. Non fortunam itaque sequi velimus, sed rationem, quę hoc solum dominans sibi vendicat, hominis pacem tueri perenniter, etiam euersis fortunis: cum hoc ipsum à Deo recudi possit in præstantiorem statum. adde quod virtutum vsu parta interius pace externæ silent curæ, veluti per externum bellum quandoquè ciuium paratur concordia. *Præter culpam, & peccatum homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum*, ait Cicero. qua de causa, qui accidit animi mœror, non hostium vi, non grauitate mali, sed animi Ducis inscitia ortus, actusquè est. inconsultus itaquè impetus tui doloris, & si initio validus, vt spatio temporis langueſcat, & ratione, necesse est. nam saltem pudore irriti conatus omittes lachrymas: cum magnificatum infortunium quærimonijs, inurat dedecus muliebris animi, cuius quidem macula, & pudor, non soluitur per erroris confessionem. Famil.5. Epist.vlt.

His, alijsquè rationibus detegens homo sui luctus vanitatem in malis, mentem in Deum erigens, appetit potius ea, nosscens earundem vtilitates. cum in talium amaritudinum fuga, nullum sibi superſit otium salutandi caduca. Hinc summis viribus aduolat ad cælestem patriam desiderio, à qua exulans tã

Digitized by Google

frequenter malis inuaditur, & opprimitur. à cuius spe ne excidat, ne aliquo afflictionum genere perturbetur, sequens Dei mandata, altera manu Dei amicitiam magis magisque concilians sibi, altera tranquillitatem aduocat. nam postquam paulum diuino illucescente radio respirauerit a prauis cupidibus, collectis viribus insistit in suos domesticos, & familiares hostes, animaduertens abdicationem magistratus, similiaque,

De Exilio. *Non sua natura, sed nostro met iudicio affligendi, vel delectãdi habere modum.* vt ait plutarchus.

Igitur monemur ratione ferre aduersa. nam si natura cogimur circumducere corpus quandoque vlceroſum, etiam cadaueroſum ad centeſimum vſque annum: eadem tolerantiæ lege cœtera aduersa ſubſtinere debemus. Augere dolores ex inſulſa oritur opinione, poſſe alicui nihil aduerſi contingere. Quamobrem licet ſtultis ipſa dies mederi ſoleat, *tamen nos ipſa ratio conſolari debet, quæ plurimum debet valere*, ait Cicero. cum iniquum ſit, præſtantius deteriori ſeruire, & lethale, mentis conſenſus ad malum. Tunc veluti in publica peſtilentia, cum nihil ſit reliquũ, quod ægrotis poſſit mederi, actũ eſt de omnibus. idcirco ipſa linguarum confuſio in remedium temeritatis hominum fuit adhibita. diuerſitate etenim impediente, publico crimini fuit impoſitus finis, ſic ſi ratio pubeſcentes dolores euerterit, priuatam vitam præfert magiſtratui, per quem bonam animi pacem commutamus in miſeram ſeruitutem. *etenim neceſſe eſt, cum multis pugnare, qui multis imperat*, vt dicebat Ageſilaus. ipſa quoq; mali ſpecies leuior apparere debet; cum iam vidimus ipſa Imperatorum Regna inuadi à latrunculis. Ne itaque mens ex hera malarum affectionum efficiatur ſerua, ex illa educenda eſt ambitio, quaſi ex vulnere ſanies; cum irrequieta iactatio ægrotantium non minuat, ſed augeat dolorem. ergo compoſita manu prauum affectum ex viſceribus remoueamus. alioquin ſemper repueraſcens ambitio, gliſcet animi mœror, qui ſœuius ſemper incumbens, nos non deſeret, niſi in ſupremo funere.

Adcurio. Epiſt. 7. 11

Gen. c. 11.

Pl. in Aph.

13 Quod ſi adhuc conſequereris, quod iniquo iudicio, paucorum conſpiratione amiſiſti, an inexplebili cupiditati honorum ſatisfacies? quin iterum te obijcies eorumdem iniquitati, & fetari. cum quicquid obuium fit illis, corripiunt ad deturbandos probos à gradibus honorum. Quare reſpondit Craterus Alexandro dicenti, ſi vellet ſuam patriam, (quam ipſe demolierat) integritati reſtitui? *Quid opus eſt? nam forta ſſe alius Alexander diruet.* Itaque & ſi animi quies à luctibus paretur tempore, danda eſt opera, vt hanc citius adipiſcamur animi diſcurſu. enimuero veluti vtilitates ſobrietatis, (quæ ægritu-

Lipſius de Conſt. li. 1. cap. 22.

dines

dines arcet, acuit sensum, attollit corpora, mentem reddit aptissimam suis officijs,) tunc percipimus, cum discussa fuerit ebrietas; ita vi rationum eliminata mentis incogitantia, comperiemus nostræ mœstitiæ vilitatem, quæ per voluntariè susceptos dolores *latebat*. contra quam singulare munimentum est Constantia, per quam in singulis tristitijs amplam nobis parare possumus pacem.

De Constantia. Cap. III.

CIuilium administratio rerum res inconstans est, varia, multimoda. cum frequenter cogatur se attemperare personis, temporibus, rerum causis, locorum diuersitatibus, moribus gentium, aliterquè suo fungi munere pacis tempore, aliter belli, disparique ratione se opponere multis, aut paucis; cum contra hos constanter sit agendum, contra illos vero persuasione, & quandoquè prece. Nauclerus etiam non semper eadem methodo suum moderatur nauigium, sed quandoquè vela submittit, quandoque expandit; contrahit aliquando, pro varietate ventorum, quorum fauores excipit libenter expanso sinu; illis vero minacibus, pelagi verens vndas, clauo dirigit iter non nunquam quo sibi non placet, coactus necessitati parere, & tempestati. Medici quoque cum hoc vnum spectent salutem impartiri ægris, coguntur se ad infirmantiũ temperamenta, & ægritudines temperare, pro varietate incũbentis morbi, quem vt profligent, se attemperantes ad morbi naturam, quandoque contrarijs, vel disperatis vtuntur pharmachis. itaque ægritudinum rationes speculatur medicus, ventorum nauclerus, ciuilium rerum politicus. 1

Quorum omnium volubiles occasiones superat homo incõstantia suæ fortunę. *cum nullum sit animal, quod celeriores fortunæ mutationes accipiat ipso homine.* vt testabatur Plutarchus. Cui cogitur se attemperando parere. irriquietè etenim illius manibus omnia euoluuntur. ita temerè, vt de illius ordine nihil nobis prorsus constet. qua inscitia torquemur perenni dolore, aut timore; cum ad singulas suas vicissitudines noua subinde consilia sequi erudimur. & tamen in fœlicibus successibus, magis fortunam adesse opus est, quàm rationem, vt docuit Philosophus. In Or. Cõs. Mag. Mor. 2. cap. 9.

Duo sunt illarum rerum genera, quæ impartitur fortuna. Secundæ res sunt aliquæ, quibus votorum efficimur compotes assequendo fœlicia; reliquæ vero sunt nostris, cupiditatibus aduersæ, & nobis consequenter inuisę. In occursu rerum prio- 2 Metaph. 11 sum. 3. c. 2.

Digitized by Google

ris conditionis anima occurrit effusè, ideo dilatatur, contrahitur tamen in altero, dedignans excipere sibi molesta, & ingrata, nec quicquam nisi iucundum benignè accipit illa obsequens sensibus. Ne in vtriusque occursu deceptus homo illaqueari posset, Virtutum satellitio indigebat; vt quæ secundę sunt, modesto animo vtatur, & æquo aduersa suscipiat. cum munus sit nostræ mentis, huius nostræ paruulæ Reipublicæ moderari affectus, & ad salutarem statum dirigere, deuitatis lethalibus morbis. ideo ab illa seruanda est temperantia in prosperitatibus, ne plusquam ratio patitur se extollat; & in infortunijs constantia, ne delectione languescat. his virtutibus temerè non fertur deuio cursu, & caret omnino reprehensionis morsu.

Nulla cuique tanta potest esse felicitas, vt nihil tristè possit euenire: nec aliquid adeo aduersum vt illo maneamus perpetuo; omni excisa spe melioris fortunæ occursus. quamobrè imprudentis est hominis, aut magnitudine fortunæ se efferre, cum ista sit fœlicitatum inuida, partarumque rerum cumulum æquatum cœlo per iocum aliquando prosternat: & subinde eadem volubilitate celeriori motu, quo pessumdederat aliquè, ad præstantiorem statum erigit. ita enim omnium fortunas instabiles fortuna efficiens, fit frequens trāsitus à risu ad lachrymas, & à luctu ad lætitias. ne laberemur itaque, harum virtutum indigebamus sulcro.

Sunt istæ veluti præsidiarij milites in monumentum tranquillitatis animi. temperantia enim non insolescimus in bonis, nec malis obruimur constantia. *& satis incipimus victoriam, vbi prouisum fuerit ne vincamur*, ait Tacitus. Nam si annuis præsidijs, annonaque firmari solent ciuitates contra moras obsidionis; equidem nos ipsos contra irrequietum fortunæ bellum. (quo nomine omnia complectimur læta, & aduersa) maioribus munitionibus virtutū præmunire debemus: cum prudentis sit animi in vtraque fortuna seruare modum. enimuero variantibus casibus, modo tristari, modo lætari oportet. idcirco vtriusq; virtutis munus erit alternatam vicissitudinem componere. rerum de facili in contrarium mutantium homo consors est. ideo vt asseruit Plautus

Tac. Hist. 2.

In Curcul.

Nulli est homini perpetuum bonum.

ideo omnes debent malignam experiri fortunam, & vehemētem ad furandum ea, quæ quis sibi summis peperit laboribus in quo deprędandi opere, nullum sibi constituens tempus, nobis imminens, immaniter excruciat. cuius ne tabescamus terriculamentis, induere nos oportet constantiam; vt in aduersis p virtutē, discussa mētis caligine, illa excipiamus prudēter.

Est

Est enim Constantiâ animi robur,& firmitas contra quamcumque mutationem fortunæ in deterius, hinc *qui magno est animo, & forti, omnia quæ cadere in hominem possunt, despicit, & pro nihilo putat,* ait Cicero. obfirmatus tunc animus virtute, nec metu, nec dolore, superari potest. *& talis non modo cũ summis viris comparari potest, sed similis Deo habendus est,* vt idem ait. inconcussum tunc pectus gestans,omnibus dominatur fortunis, etiam si sint res suæ attritæ; cum ferre didicit extrema,& nouercã tem fortunã despicere magnanimo intuitu. sapienter monebat Diogenes, oportere naturæ opponere legem, rationem perturbationi, & confidentiam fortunæ. si ad Martis certamen magnis viribus descendendum est, certè firmioribus indigemus ad bellum fortunæ: cum in hoc minus habeamus effugij, & in potioribus bonis, hoc est animi, periclitemur. *Quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabat,* dicebat Tacitus. quare malè dispositus animus frangitur in aduersis,cum subita vim mentis conterant, veluti olim præmeditata vilescunt. de Finib. 3. Off. 1. Apud Laer. Hist. 3.

6.

Sapiens irruentibus calamitatibus non deprimitur animo, cum hunc gestet imperturbatum, intrepidum, & eminentem asperis, blandisque successibus. Quod præclarare ostendit Mithridates se præsentans Eunoni Romanorum Duci,ita nãq; effatus est,*Mithradates terra,mariquè à Romanis per tot annos quæsitus,sponte adsũ, Viere vt voles prole Magni Achemenis: quod mihi solum hostes non ademerunt.* peritè Seneca, Tac. An. 12.

Regium hoc ipsum reor,
Aduersa capere. In Oedip.

concinnata quadam mixtura memoriam secundorum euentuum cum deterrimo successu compensantes hi, lugubres calamitates deterunt. *Quæ animi magnitudo ex difficillimis facilia redigit,* vt dicebat Imperator Cæsar. sciunt etenim liberiori manu fortunam erogare tristia, quàm læta. immo vt notabat Publius, *Cum maximè fortuna splendet, frangitur.* & collabitur in culmine locata, Ciuil. 2.

Insurgentibus itaque nouis lętitiarum causis, vel luctuum, mens talium virtutum roborata munimine,intrepidè obsistit, cum temperantia murus sitin prosperis rebus, & constantia subsidium in aduersis. per omne vitę spatium ab istis acribus affectibus mortales vrgentur. *Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant. quia miseriæ tolerantur, à fœlicitate vero corrumpitur animus,* vt dicebat Tacitus, ideo si quis est fortunatus, insolentiam fugiat; si humilis, desperationem; si ex voto omnia illi succedunt, vereatur fortunæ mutationem; si illi sœpius aduersetur, benè speret; cum sœpissimè res humanæ Tac. Hist. 1

Digitized by Google

manæ commutari ſoleant. quare

Hom. 2. Oda. 20. *Sperat infeſtis, metuit ſecundis.*
Alteram ſortem benè præparatum.
Pectus.

7 inæqualis eſt rerum omnium curſus, & cuncta varijs, & omnifarijs mutantur viciſſitudinibus. ideo ex principibus fieri vidimus plebeios, ex plebeis principes, eſt enim via humanarũ rerum accliuis pariter, & decliuis, & incertis obnoxia caſibus, quorum inęqualitatem oſtẽdit tempus non obſcuris, ſed apertiſsimis argumentis. Quæ quidem rerum conditio, & cognitio, ſatis efficaciter conſtantiam noſtræ menti debet inſerere. cum omnia abeant, & redeant; occurrant, & refugiant. vt ſic alternata vice mortales torqueant, & lætificent. In incerto enim aguntur omnia, nullis firmis conſtabilita radicibus. qua de cauſa nihil poſſe vendicari ab inſtabilitate, & ab ineritu. Seneca aſſeruit,

In Oct. *Nihil ſibi quiſquam ſpondere poteſt*
Firmum, & ſtabile.

Cum quod olim magnum fuerat regredi cogatur ad ſua priora ſordida principia; imperia ad tributa, ad ſeruitutem

De Rep. 8. regna, homo ad cineres. *Difficile quidem eſt benè conſtitutam ciuitatem à ſuo ſtatu dimoueri*, dicebat Plato. ſed intulit, *Verum cum omne genitum ſit corruptioni obnoxium, talis etiam conſtitutio ſemper manere non poterit, ſed diſſoluetur.* Si ea quæ repueraſcunt diſciplina aſſidua ciuium, & tandem extingui oportet, quanta erit labilior diuturnitas familiarum, honorum,

8 vel perſonarum? Si bonæ conſilia erecto animo ſuſciperet homo, de facili ſe componeret ad temperantiam fortunæ; at quia eſt inualidus prudentia, ſimiliter ſuperatur à proſperis, & ab aduerſis. & tamen ſemper maior nobis ſpes debet eſſe in vigilantia temperantiæ, quàm timor in ſæuitia, vel blanditijs fortunæ.

Epiſt. 78. Ex illis veluti ex fonte omnis animi noſtri tranquillitas pendet. *Tene hoc mordicus, aduerſis non ſuccumbere, lætis non credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere, tanquàm quicquid poteſt facere factura ſit*, ait Seneca. Tunc præcipuũ

9 erit noſtræ conſtantiæ argumentum, quod iraſcemur nemini. ira enim eſt concupiſcentiæ nota. Quod duobus verbis Epi-

Ep. Gell. 17 cap. 19. ſtetus expreſſit, *Subſtine, & Abſtine.* Abſtine ab effræna lætitia, ab incontinentia voluptatum, à ſpe nunquam defuturæ tranquillitatis. & ſubſtine luctuoſa, cum facilius conſtantia compeſci poſſunt, quàm quauis prudentia tolli. Vniformi itaque cõſtantia contra multiformem aggreſſum fortunæ perſiſtendum eſt: *cum ad magnanimum ſpectat nulli fortunæ ſuccum-*

Off. 1.

Digitized by Google

cumbere, ait Cicero. Munus itaque ferendi talia noſtrum eſt, partiendi vero ſolius Dei. Quare ſapienter Philo colligit (ex ipſa nominis notione Noe) oriri pacem, & tranquillitatem ex iuſtitia, ex conſtantia. ita namque illud nomen interpretatur. ideo dicitur in ſacris literis, *Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus.* Cõſolari oportebat animam in externis, interniſq. preſſuris. hoc à iuſtitia fit primum, quæ nihil praui admittens, carenſque remorſu, iugi tranquillitate lętatur. alterum vero à conſtantia eſt, quæ potius tolerat aduerſa, quàm de illis cõqueritur. vnde Apoſtolus, *Fructus iuſtitiæ in pace.* Hoc donum Dei eſt, euertentis mortalium miſerias. ſequimur tunc, non quæ in vſu, ſed quæ ex vſu animo inferunt pacem. Nam veluti *In eodem prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertam*, dicebat Seneca. ita in malis effeminatus quæritat lachrymas, audax deſperationem, timidus fugam, vindictam temerarius, ſolus ſapiens conſtantiam, vt peropportunã mentẽ. ſic enim ſe ſe effert, ſe ſe deducit ad lucem, vel potius ad profectum ſuæ virtutis.

Quod deterius &c.

Gen. cap. 5.

Iacob. 3.

Epiſt. 108.

Qua propter ſunt ſubſtinenda ingrata nobis, vt virtutum fieri poſſit acceſſio. etenim

Cæliſtis ira quos premit, miſeros facit,
Humana nullos.

Sen. in Her. Oete.

Multos, qui conflictari aduerſis videantur, beatos; ac pleroſque, quamquàm magnas opes, miſerrimos: ſi illi grauem fortunam tolerent, ibi proſpera inconſultè vtantur, prudenter docebat Tacitus.

Annal. 6.

Animus erectus ad varietatem caſuum ſe accingens, ſemper retinet moleſtiarum clypeum conſtantiam; cum per hanc fruſtrentur omnia terriculamenta fortunæ, cuius nihil indiget, etenim egeſtati non eſt obnoxius, cum diuitias gerat animo: nec verecundatur abiectionis, cum mereatur gloriam: nec timet exilium, cum nullam ſibi vendicet patriam: nec aliorum inſectationes, cum ſolius Dei rectum iudicium veneretur. ideo magnanimitate, & fiducia plenus, etiam in poſtrema fortunarum iactura luctum omnem abijcit à corde. cum quoticſcũq; aliquid acceſſerit infeſti, ibi ſtatim parat virtutis conſtantiæ arcem. & ita ad rationis nutum, quæ præfectura gerit, & curam omnium noſtrarum affectionum, conſopiuntur moleſtiæ cordis. nec refert, quod externa tumultuent mala, cum interius compoſitam habeat pacem, & tranquillitatem.

11

Ita dum ſapientis viri talis virtus caret hoſte, ipſius eſt animi decus; at ingruente aduerſitatum bello, clypeus eſt illi, & telum. & enim *Aſſueſcit malis futuris, vt quæ alij din patiendo la-*

Digitized by Google

Epist.77. *do leuia faciunt, hic leuia fasit diu cogitando*, vt dicebat Seneca. *Sero animus ad periculorum patientiam post pericula instruitur*, idem docuit. pertinax Imperator cũ abamicis admoneretur, vt caueret à prætorianorum insidijs, respondit, Herod.2. *Indecorum esse, ac minimè dignum imperatoria maiestate, atq; ante acta vita, latebris, ac fuga sibi salutem quærere*. In occasionibus excandescens virtus, referando claustra, se magnificè ostendit. vnde dicebat Philo, Resip.Noe. *Vi tutis possessor illam ostẽdit.* veluti ignis sub cineribus latens, submini strata tamen materia eructat flammas. Tuetur itaque sui animi bona sapiens, Epist.109. nullis interitura malis. idcirco *Sapienti opus est agone virtutum*, vt monuit Seneca. vt possit ex occasione, domi referre triumphum. nam hæc impulsa firmatur, erigitur euersa, & lacerata viresci t. Quod si labor subst inendus est ob curam corporis, si sunt subeunda pericula ob honesta bona, quanto alacrius appetenda sunt aspera, cùm maximè sint quæstuosa nobis? commutant namque mortalitatem cum immorralitate, & terrenam domum cum cœlesti.

Lacedemonum pueri constanti animo ferebant ictus ad aras vsque ad profusionem sanguinis. Romani gladiatores decũbentes in arena alacriter præbebant iugulum, quando ab aduersario dicebatur, Recipe ferrum. & ex Sanecæ testimonio, Epist. 30. *Errantem gladium sibi attemperabant: & ne turpiter obirent, nec contrahebant collum*. Nos vero quam, quæso, constantiã non præferre debemus in hoc vili certamine, in quo nec sanguis, nec vita effundi necesse est, sed solum aspernari magistratus honorem? in quo opere ipsa vitæ innocentia tranquillitatem, sibi parat. nam licet possit hæc à maligno dente prosci ndi, inquinari non potest aliena prauitate, cum solius Dei Sen.Ep.27. pateat oculis. *Ideo sola virtus præstat gaudium perpetuum, & securum; etiam si quid obstet; nubium more interuenit, quæ infra feruntur, nec vnquam diem vincunt*. Quamobrem, nisi ab interno damnetur iudice, nec infestæ prauorum infectationes, nec criminationes iniquę, similiaq; hilaritatem adiment illi. nam abacto metu, (qui semper profanas sollicitat animas) æquiores sperat successus, (etsi ab hostibus nihil prętermittitur.) cum inuictam gestet animam, nullius admissi criminis accusatione perterritam. Itaque contra calidos hostes stat constanter innocentia, tranquillitate potiens inconcussa Pro Cluẽt. fiducia. *Si optimorum factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine vllo metu, summa cum honestate viuemus*, ait Cicero.

Deut.22. Iurè Moysis præcepto cautum erat, ne vir muliebribus vestimentis vteretur, ne aliqua macula se pollueret effœminati animi.

Digitized by Google

nimi: cum ad occursum cuius vis rei aduersæ firmare debeat animum, & se componere ad magnanimam constantiam. quo circa Liciorum institutum laude dignum erat, si ijs luctum incideret, se mœroribus dabant tecti mulierum tegumentis; vt vestium deformitate commoti, citius lamenta compescerent, vt refert Valerius. At à nobis grauioribus de Causis illa freno constantiæ sunt temperanda. nam quæ auferre non possumus, constanter ferre debemus. & ità passione resecta, nauigabimus in portu. nam etsi mali specie infortunium irrepsit, hac tempestate per cõstantiam ad stationem inducimur quietis, per vacationem à publicis officijs. Vall. 2. c. 1.

Quod si natura mater nihil nobis stabile contulit, nec quidem natiui soli vsum; an nouerca fortuna sua nobis conferet dona dispar conditione? & certè quod suo illa, & ista, munere fungantur, irasci non debemus; cum sit inconstantis animi indicium, & effeminati, habere semper surdas aures ad constantiam. Quare à nobis fortiter toleranda est necessitas, vt peruicaciter tueamur constantiam. alioquin deuictam animã dolore effundemus; non tam superatam per acerbitatem fortunæ, quàm per virtutis inopiam, & ingenij. cum inconstans fortuna constantissimè famuletur Deo. Qui omnia moderatur. & efficit. 13

Deum omnia regere. Cap. IV.

NIhil magis ingenijs humanis ingerit, & offert hoc spectabile vniuersum per intuitum, quàm solius Dei opere, quæ subiacent sensibus, & quæ sunt remota, constituta fuisse. nam & si ille nostros sensus lateat, (cum omnis potentialitatis sit expers) tamen anima nostra, qua viuimus, qua incolimus vrbes, qua beatam æternitatem adipisci speramus, licet sub aspectum non cadat, illã ex operibus intuentes, omnino aduersamur negare non esse. multo magis profiteri debemus, rerum omnium progenitorem esse Deum. Enimuero veluti visa statua statuarium percipimus: & visa domo porticibus exornata, & vestibulis, cœteriſque partibus, statim intelligimus ab aliquo artifice fuisse compositam. & si adierimus Rempub. optimis legibus instructam, statim affirmamus ab optimo Duce moderari. Ita hanc præcelsam mundi machinam circumspicientes, negare non possumus ab vnico, & maximo omnium fabro fuisse plasmatam; sine quo talia omnino efformari non poterant, nec consistere. 1

Qua propter ab eo tum campestria, tum montana perenni-

Digitized by Google

nibus, & quandoque temporaneis irrigantur fontibus: & conuellūtur tum domesticis, tum siluestribus pomis, vt perpetuo cedant in potum, & pabulum animantibus: vt nullum desit consentaneum nutrimentum, quod abundè erat suppeditandum illis; cum prorsus prudentiæ essent expertia. At si paululum extollemus oculos, sentiemus acris temperiem tributam fuisse animantibus, vt diutius viuerent; ne nimius cordis calor celerrimè absumeret humidum. statas deinde mutationes temporum; vt rerum productionibus consuleretur orbi. ita namque seminibus seritur, fœtatur, & fœcundatur vniuersum, sole calosaciente viscera terræ non solum externa telluris. ad hunc Solem, & Lunam, stellasque noctis, deique formatrices, & ostentatrices temporum, cæteraque sydera fixa, vel erratica, non deuijs curſibus, sed certissimis agitari itineribus. certè hęc omnia contemplantes, statuemus à Primario artifice condita fuisse, qui cœlorum corpora summa harmonia circum volui ordinauit ad omnium vtilitatem, quę illorum complectuntur ambitu, & fouentur sinu.

At si sagacius hoc opus præstantissimum disquiremus, comperiemus manifestè stirpes, metalla, animalia, cœlestia corpora, mundum ipsum mundo fuisse donatum, ad mutuū
2 vsum, ad diutinam conseruationem totius: vt perenniter, & succesiuè noscerent homines à beata illa cœlici natura Diuinæ beneficentiam erumpere, veluti à Sole lumen. & adeò, vt ab hac omnium suarum virtutum antiquissima creatus sit mun-
De somnijs. dus. quod testatur Philo dicens, *Deus est nomen beneficæ potentiæ.* ita suæ essentiæ participem efficiens, illam manifestauit. cum aliqualis participatio sit illius nostrum hoc sensibile mundi theatrum. Non suffert nostra mortalitas infinitā Dei virtutem: hinc ille sapientissimus se ad nostram attemperauit fragilitatem, vt vsui essent apta, & confinia intelligentiæ: ne rerum fulgore hebesceret intellectus, sicut iubare solis oculorū frangitur obtutus.

3 Primo formauit simplicia corpora; vt reliquarum rerum essent veluti plasmationis subiectum, quibus duplicem qualitatem indidit, quarum altera reactione mutua ad inuicem altercando regenerarentur, altera vero similari, vt sese mutuo fouerent. etenim consulendum erat partibus elementorum, quod similari fit qualitate, & speciei, quod à dissimilari præstatur. A quibus primis corporibus varia mixtione tàm multiplices efformauit metallorum, lapidumque nobilium species, vt difficilè illorum numerus possit miri, & commendari præstantia: cum quædam audeant cum cœlestibus luminibus contendere de luce, & lumine. inferendo namque noctis tempore

Digitized by Google

pore lumen in domibus tenebras fugant. quod si magnitudo non deesset, æquarent solis munus. quid? nec quidem senio confici videntur, & vetustatis inimica etiam apparent. Plantis quoque tam temperata largitus est naturam ex pluribus potentijs, cum multa ab illis producenda essent actiones. nutriuntur illæ, vt deprehenditur. enim vero nisi rigentur arescunt, & rigata in altitudinem sese attollunt, quæ paulo ante serpebant humi. ita augeri patet, tam in his, quæ sese parum extollunt, quàm in his, quæ nubium æmulantur altitudinem proteruè. Nec certè illæ expertes sunt vitæ; nam brumali 4
tempore, quasi clausa natura recepto semine, vel nutrimento comprimunt ora, vt quasi recollectis viribus verno tempore, & æstiuo, promant denuo palmites, pampinos, flores, & fructus, quos occultis meatibus nutriunt, veluti materno lacte, & fouent ad maturitatem vsq; qua absoluta, dimittunt ad propagandas stirpes sibi similes, vt etiam in plantis appareant ge- 5
nitæ, & genitricis quasi amores. ita Deus inchoata producit ad finem, & rursus à fine reflectit ad principia, cum à plantis, veluti à principio, oriri faciat fructus, à fructu vero, per semẽ ibidem ineluſum, iuuenescere faciat plantam, tanquàm à fine principium. quo circulari motu perennaret rerum species.

Animalia composuit deinde opifex Deus, sensus, imagina- 6
tione, motuque locali differentia à plantis. externis enim sensibus inferenda erant obiecta internis sensibus, qui futuri erãt quasi amplissimum penuarium rerum omnium, quę erant sensibus obuiæ ibidem obsignandum erat, quicquid ab externis importetur obiectis; vt rerum cognitis differentijs, quarundã rerum assuetudine vterentur, quarundam vt nociua refugerẽt. Hinc agnus agno gaudet, lupi vero aspectu statim tristatur, impetu quodam à natura facto ad tutelam animantium. At quoties talia simulacra obsignant animæ potentias sua effigie, illarum seruatur memoria, donec obliuio eius inimica rerum deturbet imagines, aut deturpet ideas. qua de causa loco sese mouendi facultas illis est impertita, vt possint salutaria quærere, & declinare aduersa. Quæ tamen vigilantia fugare non possunt mortem, sed certis temporum spatijs decursis, æuo cedere cogantur. Cui in seriè consulens Deus, seminariã vim indidit, vt hac vi, generatione nequè singularium, incessanti propagatione, brutorum species aliqualem nancisceretur immortalitatis similitudinem, cum vnumquidque sua prole videatur existere, & species prole successiua perpetuari.

Tandem hominem fotmauit singulari consilio, cui munus 7
mentis eximium largiens, præstitit, vt anteceſſat cunctis, & emineat vniuersis. nam cunctas repræsentans res, complectitur

Digitized by Google

omnia, & meliorem, purioremquè essentiam sortita, inuestigat etiam substantias omnino materiæ expertes; quin etiam Deum O. M. omni entitate eminentiorem. A quo cum propria, & solius ipsius manu sit producta ad esse, non ex latebris materiæ, vt cætera sublunaria, immortalis censetur, & libera à vinculis necessitatis. Ideo homo est iuris sui. qua ratione cum sit ex destinato operans, merito in infamiam incurrit, & in laudem. à qua prærogatiua plantæ arcentur, & animalia, quorum vbertas vel sterilitas, motus in obiectum vel fuga, cum libertatis facultate careant, nihil quidpiam merentur, vel demerentur. ducuntur eorum potentiæ ab obiecto: & cum rectore careant, carent etiam culpa. sola hominis anima hac facultate potitur. vnde Stagirita monuit, *Vnum ex omnibus animalibus diuinitatis est particeps, aut omnium maximè*,

De Part. 2. cap. 10.

Meritò ilaque cum sit finis rerum omnium homo, quæ sub aspectu cadunt, postremo illum Deus plasmauit, quasi extrema sphæricæ figuræ compaginans: vt necessitudo sit, & amicitia inter cœlum primo formatum, & hominem postremo: cum sint ambo immortalia; ambo Dei domicilia, & sedes: ambo complectuntur omnia; cœlum materialiter, intelligibiliter homo; ambo exornata fulgoribus, vt Solis, & Lunæ corpora cœlestia, artium, & scientiarum mens hominis. idcirco illi sensibili corpori tribuit esse principium, finem vero homini, cuius natura effigies est diuinæ essentiæ, quam nomine proprio appellans Moyses vocat Imaginem, *Significans quod archetypus rationalis animæ sit Deus.* vt ait Philo.

Gen. 1. ψ deterius, &c.

Nec solum re opifex summus, sed edicti maiestate hunc regem constituit omnium, quæ sub Luna degunt præclaris illis verbis, *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.* idcirco animalia illo viso obstupefacta mansuescebant, & natiua deposita feritate, qua semper se inuicem petunt, obsequebantur homini. Immo etiam ea, quæ omni sensu carent illi famulabantur, vt elementa, vt corpora cœlestia, vt astra, suis salubribus influxibus. Solare sydus ita quoque attemperatè locauit, semetum à tellure, vt suis retentis viribus, & illud præstaret, quod rerum productionibus erat necessarium, & suauiter nostris occurrens oculis, veluti sociali congressu, prospiciendi vim mortalium perficeret, non deuastaret.

Gen. cap. 1.

Tantorum donorum naturæ, & gratiæ excellentia exornatus, veluti peculiari Dei operi sceptrum imperandi deferendum quoque erat. Quod præstantia vultus significans, timorem incutiebat animalibus, & venerationem. quare & illis nomi-

Digitized by Google

nomina indidit in signum dominij, & sapientiæ. quod certe imperium eximium fuisse in primo Parente arbitrandum est, cum post tot secula, ad huc scintillæ remaneant illius prioris principatus, & concessæ potentiæ, abolitæ tamen propter primarium scelus, cuius fœditate deturpato homine, non modo illum non venerantur, vt olim primum Parentem, sed quandoque illum truculenter inuadunt. & iure, nam si Dei Ducis abijecit ille sancita, vnius pomi delinitus intuitu, & voluptate captus, consentaneum fuit, vt quæ homini erant subiecta, non natura, sed gratia principis, contra suum hunc semper tumultuarent secundarium primarij rebellem.

Constat Deum constituisse hunc sui officij vices gerentem, visibilem ducem, redolentem diuinæ Maiestatis, & Sapientiæ. ita erat consentaneum ordini rerum; cum coniunctissimus Deo, cæteris expertibus cœlestis originis imperare debuerat. cuius rei memor assiduè oculos attollens ad cœlum, regressum anhelat. nec quauis fœlicitate detineri potest ita, quin oculis, voce, & votis appetat illud eximium tabernaculum. Interim consulens vtilitatibus omnium, vt parentum honori, liberorũ disciplinæ, patriæ saluti, legum constantiæ, pietati in Deum, cicurat animalia, & fræno circumducit ad sui obsequium, & ad illorum vtilitatem. Etenim humanæ consuetudinis effecta consortia, non ita inclementijs cœli atteruntur, aut torquentur cibi inopia. sed tanti beneficij principis libenter imperata faciunt, proscindendo terram, vellera tribuendo, veluti annuum pensum, deferendo onera, vel insidentis recepto fræno ad metam cursu properant. & vt summatim dicamus, nullum est animal, quod sibi libertatem vendicare possit; cum aliquod genus seruitutis præstare homini cogatur. Nec etiam volucria denegant illi famulatum. nam & si leuitate, & velocitate imitentur fulgura, prædantur tamen in obsequium sui domini, imò gesticulantur, & cantant, & sui heri referunt voces in subiectionis signum.

Nec solum ista alicuius disciplinę capacia beneficentijs humanis illustrantur, sed etiam siluestres plantæ traducuntur ad mitius ingenium; aut saltem cum nemoribus gaudeant illæ, consociatæ domesticis referunt syluarum quietem; vt laxent suaui frondium plausu, leni commotæ aura indesinentes curas hominum. Mitia vero virgulta sua industria promouet homo ad incrementum. nam luxuriantes arbores putatione coercet, diffusas propaginat radices, parum fructiferas insitis stolonibus ad vberiorem reducit frugem. Qua sagacitate vnam arborem multarum referre frugem dirigit, & cogit; vt naturæ perfectioni præstantiorem fructificandi modum inse-

rens,

rens, pateat aurigam esse sublunarium, & præpositum orbis.

Ideo vt terrenum animal terram ingreditur, & inhabitat; vt aquaticum vrinatur, natat, & nauigat; vt sublime in eleuatis turribus, & cænaculis degit; & veluti cœleste, præstantissimo visus sensu ætherea contemplans audet Dei immensam domum lustrare animo, illiusque abstrusissima rimari arcana. quibus si esset denudata excellentius, paulatimque vilescens
§. 10 nostra natura, in ordinem esset redacta cæterorum animantiũ, quibus seruire conuenit, non dominari.

Verùm cũ cómuni lege cuius vis operis auctor sui opificij curam gerat; ita homini præfectura rerum est demandata, vt ille rerum omnium opifex omnibus sua consuleret prudentia, veluti parens suam fouens progeniem. Per prudentiam quasi per clauum dirigit cuncta ab initio creationis, vsque ad orbis occasum. non enim homo tantarum virium erat, vt singulorum necessitatibus posset occurrere, & sæpe ille ad tutelam suorum amicorum, vel peruersorum interitum, naturæ cursum immutaturus erat, quod absoluere poterat nulla creatura. Hinc sibi soli Deus omnium commisit habenas, sciens à sua prudentia malè regi vniuersa non posse, sed maximè omnium concinnum motum fore, & salutarem.

Quomodo poterat homo totius cœli circumferentiam irrequietè agitare, cum totum illud corpus sit voluere, & inter se motus contrarios habeat? à quo varietate maxima summa cõficitur harmonia. nec valebat ita illud attemperare, vt nunquã suum desereret ordinem. nec cogere Solem, & Lunam, ad idẽ redire signum. Causant hæc suis mutationibus hiberna tempora, æstiua, verna, & autumnalia, quibus producuntur, & matureſcunt annui prouentus. cum ijs circuitibus temporum cibaria hominibus erant tribuenda. ideo quibusdam occultatis astris proscinduntur sulci ad sementem, illorum postea instãte ortu, mortales lęti expectant affluentiam frugum. quarum delatione adhorrea gestiunt, libentissime illas condentes, non modo pro quotidianis vsibus, sed etiam ad productionem similium, cum seminariam vim contineant, certis sed occultis rationibus insitam. Quæ si euanida fuerit, aut malè subacta, vel destituta benignis aspectibus astrorum, mortaliũ deludit labores. etsi quandoq; eorum opulentia Dei est munus. ita testantur sacræ litteræ, cum cæteri experirentur solũ infœcundum, solum Isaac, sæuisse, & inuenisse centuplum illo
Gen c. 16. anno. Qua ratione quarto die Deum produxisse solum constat, & astra reliqua, aut illa lumine perfecit, ne mortales prouentum frugum cœlorum lationibus tribuerent; cũ iam prius solus Dei voluntate terra produxerat omnigenas plantas,

omni-

omnigenos fructus, quaslibet fruges. quę viſenda nobis cœleſtis prouidentia prębuit, ut ſenſibilia ſint intelligibilium ſimulacra, atque imitamenta, ut dicebat Plutarchus. De Tranq.

Nullius itaque ope Deus indigens, clauum rerum omnium regens, ſingularum rerum dirigit itinera, qua ipſe uult uia. *Quare credendum eſt ſicuti in curſu aurigam, aut in naui gubernatorem; ita in rebus omnibus ſuperſtare cum. Qui Eſt, corporibus animabus, mentibus humanis, angelis, cunctis demum, quæ terra, vel aere, vel in cœlo continentur naturis, tàm viſibilibus, quàm inuiſibilibus.* hęc Philo. totum enim ille mundum à ſe pendentem regit. Nam & ſi hoc totum moderatur ad inſtar ciuitatis magnę, in qua magiſtratus eſſe uoluit, ſub quorum præfectura, aut ciuntur orbes, aut telluris commendantur partes, aut regnorum moles; tamen ipſe vt ſummus moderator replens omnia, omnia mouet. *Vt cuiq; commodum eſt*, vt decuit Philoſophus. Quod ſi mens noſtra ſenſuum inſtrumentis præeſt, an non multo excellentius cauſa vniuerſaliſſima dominabitur cunctis? illius præſtantia certò omnem noſtram vim mentis excedit. Hinc non ſui arbitratu hoc vniuerſum mouetur, ſed illius, qui ſalutariter gubernaculum regens omnium (cum omnia in ſuo contineat gremio, quaſi viuentem fœtum parturiens.) omnibus ſua dona abundè ſuppeditat, nullum errorem admittens, nullum lapſum; cum ſumma ſit apud eum ſapientia, & poteſtas. quamobrem fiunt omnia ad illius conſtitutum ordinem, quem intellectu, & voluntate formauit, hoc eſt prouidentia, quæ ſine illis conſtare non poteſt; hac ſingulis aptans media, ad ſuos deducit fines. De ſomnijs. De mundo cap. de Deo

Duo ſpectat illa potiſſimum, ordines rerum ad fines, ſubinde executionem, quod quidem ſe ſolo aliquando molitur, aliquando neceſſariarũ cauſarum concurſu, quandoque liberè agentium, non more Regum ille ſuum adminiſtrat imperiũ, cum ipſis ſit ſatis mandaſſe, Verum ille intelleſtualium, & naturalium motuum origo, & cauſa, immediatè ſua prouidentia diſponens ſingula, determinatos fines efficit attingere determinatis medijs. *Nam ſubditæ cauſæ præſcriptos ordines exequuntur.* vt ait ſapienter D. Thomas. Cont. Gen. 3. cap. 76.

Omnium itaque miniſterio ſtipatus Deus deberata perficit; cum ab ipſo æterno Numine vniuerſa pariter, & ſingula pendeant. Ideoque paterna cura vniuerſa fouens, ſyderibus aſſidens vniuerſis, mundique partibus, cooperatus quicquid admundi ſpectat perfectionem, & ad inculpatam diſpenſationem. Ipſe enim tribuit ordinem indigeſtis, in compoſitis congruentiam, concinnitatem contrarijs, diſtantibus vnitatẽ, 11

coe-

Digitized by Google

cœlis motum, plantis uegetationem, animantibus uitam, homini mentem, probis uirtutē, Angelis beatis intellectum nunquam bruteſcentem. quod ſapienter aduertit Galenus dicens,

De dieb. de cre. 2. *Qui libros à me ſcriptos denaturalibus facultatibus, cæteroſque eiuſdem argumenti legerit; quantum in illis natura impenderit prouidentiæ, & ordinis facilè cognoſcet. attamen has ipſas ſclertias deſinet admirari, ſi repetet quartum illa à cæleſti ordine, & prouidentia ſuperatur: animaduertet enim quodammodo inordinationes connatas noſtræ naturæ. Hinc pulcherrimum omne, & ordinatum, & artificioſum à ſupernis naſci cenſebit.* hæc ille.

Cœterarum cauſarum quandoque conatus fruſtrantur. Deo tamen pro arbitrio elaborata ſuccedunt omnia, cum huius ſupremi Imperatoris nemo detrectet conſtituta; nec aliquis deſertor inueniri poteſt illarum ſanctionum: etenim peritè ait

De Victim. Philo, *Dei regnum inexpugnabile eſt.* & iuſtè moderatur ſingula, & vniuerſa. idcirco illi tribuenda eſt medicinæ ſalubritas, agriculturæ vbertas, actionum proſperitas, temporum tranquillitas, nauigationes fœlicitas, ſanitatis integritas, honorum ſtabilitas. cum nec leuiter quis poſſit diuinos ordines tranſgredi, occultè illo regente ſingularum rerum motus efficaciſſimè.

Hæc primaria cauſarum non patitur quicquam agi in ſuo bonitatis, ſapientiæ, & potentiæ emporio, quod ſuo ordini redigi non poſſit; vt demoſtret omnia ſuæ tutelæ præſidio ordinari, foueri, & perfici. etenim ipſe rerum omnium auctor eſt, & finis. Quod ſi ſingularium partium huius mundi ortum, interitum, vires, imbecillitates, ſtatum declinationem; & quæ illis contingunt, tam abſoluta ſolertia promouet, & dirigit ad finem vſque, vt etiam *Præparet eſcam coruo, quando*

Iob. cap. 38 *pulli eius clamant ad Deum, vagantes eo quod non habent cibos.* quanto magis ea, quæ ad hominem pertinent curabit; cum ſit ſummæ Diuinatis imago? cœleſtis beneficentię in ſublunaribus primarium exēplar? corporaliū rerum finis. mortalitatis, & immortalitatis nexus? ideo inter Deum, & hominem tanta intercedat neceſſitudo, ſagaciori ſtudio tuetur veluti effoetus pater extremam ſobolem.

Quamobrem effectus omnes humanos, fortuitoſque à Diuina Prouidentia proficiſci profiteri oportet. nam & ſi reſpectu hominis ſint per accidens, reſpectu tamen Dei regentis, & adminiſtrantis omnia, ſunt præuiſi, ſunt ordinati. ſimilique ratione actus intenti. Nam & ſi æternaliter ſint ordinati, cum tamen ſecundæ cauſæ illius motiones ad ſuę naturæ conditionē recipiant, ab hac modificantur, & determinantur. Ideo quidam

dam actiones sunt liberè, quædam fortuito. Etenim quæ liberè actio ad modum patientis fit, non agentis. Quo circa à Deo æterna ordinata, homo liberè exequens in tempore, nullam varietatem inducit in Diuinis ordinibus. *Ideo multa, quæ prouideri non possunt, fortuite in melius cadunt agente Deo*, vt Tacitus affirmat. Annal. 12

Constat igitur vnicum esse Plasmatorem omnium, singula, & vniuersa regentem. quare iure Stagirita quosdam hoc negantes ebrietate laborantes nuncupat, cuius auspicijs perenniter, & compositè, totus regitur orbis. Nam si fecit vtique formauit, si formauit, moderatur, si moderatur ordinat, si ordinat, futura constituit, si futura constituit etiam præscripsit, si præscripsit à constituta sorte egredi non possumus; cum infallibilis sit Dei sapientia, & virtus insuperabilis. *Deus ipse Dux est, & Imperator vitæ mortalium*, dicebat Sallustius. Metaf. 12. Sum. 2. c. 2. In Fragm.

Omnimoda libertas soli Deo conuenit, sicuti creaturis omnibus adnata est dependentia à creatore. ideoque tanta homini est tributa libertas, quanta à naturali agente distingui opus erat. Naturale agens vnica se ratione ad effectum commouet, homo vero multipliciter; cum velit aliquando, quandoque nolit, actionem quandoque suspendat, & aliquando prorsus cohibeat. secundo naturalia agentia à cœlo pendent, at hominis voluntas à solo Deo, etsi indirectè à cœlo. à qua solum per inclinationes mulcetur ad obiecta. Tertio positis omnibus necessarijs ad actionem, non potest non agere agens secundum naturam, secus se habet in homine. Postremo naturale agens non se determinat ad agendum cognoscendo, deliberando, & eligendo, quæ omnia efficit voluntas humana. liber itaque dicitur homo si ad naturalia referatur agentia, at si referatur ad Deum, etiam liber est, sed libertate dependente à Deo. quam ob rem dicebat Augustinus. *Ita hominem munerans libero arbitrio, vt tamen regeret Imperio*. quod exactius rimabimur infra; vt mirari desinamus, & indignari liberalitatis diuinæ, qua erogat sua dona: quasi nostra liberalitas minus sit subiecta legibus, quàm Dei, cuius potestas cum nullius leis præcludatur necessitudine, solus imperat, seruiũt creata omnia. quare molesta, & læta homini transmittuntur à Deo, cui reluctari non valemus. & ita insequi desinemus luctuosis querimonijs fortunam, & cœlum. *Cum potius colere officijs, non ex asperare iurgijs oporteat supremam potestatem*, dicebat Ioseph. cui duo semper assident iustitia, & constantia. 12 Enc. 6. c. 25 De Bello 2. cap. 16.

Iustitia semper assidet Deo, cum ab eo nũquam abesse possunt sua sapientia, & sua bonitas. à quibus veluti ab indefinẽte principio æterna est rerum administratio iustissima. Nam

& si in cæteris substantijs intellectualibus est semper motus voluntatis in bonum, (licet multæ aliquando errauerint, cum harum omnium defectibilis sit natura.) Dei tamen concitatior est, & absolutior, quia summè perfectus. Quare non potest sibi non velle bonum, vt est (inter cætera) seruare, quod est consentaneum suæ sapientiæ, & bonitati. quo circa sequitur, Dei voluntatem esse normam rectissimam agibilium: cum à iustitia omnino recedere non possit, & ab ordine. Qui quidem reperitur in rebus non modo secundum substantiam, & secundum cõnexionem partium vniuersi, sed etiam secundum successus humanos. qua propter vniuerso formato testante Moyse, Gen. c. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* quorum ordinum rationes cum immobiliter in mente præexistat Diuina, inuariabilis est eius prouidentia. Itaque sure eius decreta in æreas tabulas à Parchis exarari olim sapientes finxerunt. vt docerent, Dei deliberata cuiuis non posse cum nulla subinde consilia mutet.

Diuinæ voluntatis ordinem esse indemutabilem. Caput V.

23 NVllo potiori, euidentioriue argumẽto nostri luctus vanitas ostenditur, quàm illo, quo demonstratur, quæ contingunt aduersa nullo consilio, aut prudentia euidi potuisse, cum quicquid decreto fati est sancitum, illud necesse est infallibiliter contingere. idcirco, qua via fatagimus declinare ab illis, obuiam imus sponte ductore fato, ita attemperante media, vt illa ipsa videamus expetijsse aduersa. cum latentibus opportunitatibus, nos liberè currentes ad determinatum deducat, & inducat exitum. Qua ratione luctibus imponendus est finis; cum nec fatum in iudicium vocare possumus, nec impositum iugum excutere, nec lachrymis inducere ad commiserationem: & nostra sponte sæpe ad mœsta propetemus, specie lætarum rerum decepti, sub quibus latebat pernicies, veluti sub petra Scorpio. Itaque cum ex funestis lamentationibus nullam nanciscamur vtilitatem, insipientis erit hominis sed dedere pertinaciter tristitiæ. idcirco quicquid acciderit, æquo animo substinendum est. Ep. 77. Sen. *Nam scimus id accidisse legibus Diuinæ, qua vniuersa procedunt.* inani contumacia reluctandum non est necessitati; ideo compescendus est moeror. Egesi. 2. c. 9 *Cum nihil tam æquè exasperat feruorẽ vulneris, quàm ferendi impatientia;* vt dicebat Egesippus. satis vt dius obsequium fato præstatur sufferendo aduersa, quàm lachrymando illius ordinibus irasci, enim vero velimus, nolimus, nobis dominatur omni-

omnino. & talis cognitio, pars medicinæ est animi. Nam vt Iuuenalis ait (*Fata regunt homines.*) Satyr. 9.

Verum cum de fato disputationem instituamus, prius differendum quid sit, de quo quærimus. (nam an sit, nihil est magis decantatum omnium ore) ne in æquiuoco laboremus. A Mathematicis incipiamus, à quorum prædictionibus ferè dementatus est vulgus. *Genus hominum*, dicebat Tacitus, *potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate nostra, & vitabitur semper, & retinebitur.* Hi fatum appellant vim illam cœlestem nectentem omnium, & præsertim hominum actiones, euentusque omnes ad syderum virtutem, siue positurarum stellarum, à qua (vt ipsi asserunt) omnia sublunaria reguntur, quam nemo declinare valet. quam opinionem Trismegistus sequens asseruit, Nulli potestatem inesse, qua sibi cauere possint à potentia stellarum, quas tela vocat, & arma fati. Manilius quoque cecinit, 2 Hist. 1.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege. Astron. 4.

nec aliorum referenda sunt dicta, cum illorum ingens sit numerus, & pertinax doctrina. Sanctæ Ecclesiæ præcepto explosum est hoc fatum à fidelium mentibus, Deo monente suis sacris Oraculis, *A signis cœli nolite metuere, quæ gentes timet, quia leges populorum vanæ sunt.* nec quicquam potest verius afferri ipsa doctrina cœlesti, in qua nec ignorantia cadere potest, nec deceptio. nec ratio est inefficax. Si vniuersales causæ in agendo pendent à materia, à cuius proteruitate sæpe traducuntur illæ ad nostra patranda, quanto magis nequibunt hominem cogere natura superbum, & moribus contumacem? quod si hominis voluntas induceretur certò ab astris ad statuto euentus necessitate cogente, nec virtutis, nec vitij, esset capax; cum talia munera sint liberæ voluntatis. Quod si solum illa suadent, & non trudunt, nullus certo statui potest effectus, quia non erunt ineuitabilia. Adde quod sæpe Dei motione sic agitur voluntas hominis, vt suarum consuetudinum, & inclinationum obliuiscens, parcat inuadenti, furanti largiatur bona, moneat insidiantem, mortem intentantem liberet à vitæ periculo; quæ certe virtutum, non naturalium causarum vi patrari possunt. Quare Astrologorum prædictiones futiles sunt; vt olim mutæ fuerunt oracula vana Apollinis, cum ab eadem penderent cognitione astrum. Itaq; vere ait Philo. *Quemadmodum sensus nostri ministri sunt mentis, sic & isti cœlestes magistratus ministri sunt Dei.* quare non à stellarum virtute sed à Dei præfectura humana pendent, quæ ipse deducit ad præordinatos fines, vt consentaneum est cuiuscumque naturæ. *Nam vbi necessitas dominatur nullus potest esse dignitati* Euseb. de Præp. lib. 5. c. 10. de Mon. l. 1 Exam. hō. 6

locus, in quo iustitia regnat maximè, vt dicebat D. Basilius.

Stoici vero asseruerunt, Fatum vim quandam esse spiritualem, à qua hoc Vniuersum regebatur, necessitatem imponens rebus, & actionibus; cuius vim fugare nemo posset. imò, adeò erat efficax, vt hominum, Deorumque dominaretur actionibus. Quare Stoicus Seneca docebat *eadem necessitas, & Deos allegat, & irreuocabiliter cursum vehit diuinæ, & humanæ naturæ*. Apud Ouidium ipse quoque Iuppiter testatur.

De Prou.

Me quoque fata regunt.

Metamo. 9. & in Herodoto legitur, Apollinem Pythium dicentem, *Decretam sortem, nec Deo quidem est effugere*. Ita impietate oraculorum impij dæmones impiam instillantes doctrinam impium effecerunt, & dementarunt mundum, quem quandoq; sequuti sunt philosophi eodem detenti, & maculati morbo. hinc liberius cæteri pro maxima doctrina amplexati sunt insipientiam. Si superiori virtute reguntur diuinarum mentium actiones, certè ab illa pendent, consequitur necessario, vt illæ absint à conditione naturæ diuinæ, cuius constitutiua ratio est independentia. At ex stoicorum assertu Dij erunt executores fati, & per consequens prima causarum erit fatum, quare Dij Dij non erunt. tunc namque Fati subigerentur imperio, & voluntati. sed de ijs satis, cum properemus ad enucleandam veram Fati cognitionem, quæ summopere ad pietatem conducit, & deseruit religioni.

Mer. lib. 1.

Nos fatum appellamus à fando; cum sit quædam diuina sanctio, & cœleste mandatum, quo singula ordinantur à mente Diuina. Vel vt vtar verbis D. Thomæ, *Fatum est quoddã effatum Diuinæ mentis, veluti vocale verbum est quoddam effatum interioris conceptus.* vel vt expressius dicamus, Fatum appellamus ordinationem, quæ in rebus est ex Diuina Prouidentia. quod ita definiuit Boetius, *Est inhærens ordo mobilibus rebus*, (nam illè qui reperitur in mente Diuina, prouidentia est.) *secundum quem prouidentia Dei suis quoque nectit ordinibus*. Enimuero cum omnia illi sint præsentia, aptissima connexione efficit, vt ad constitutum suæ voluntatis succedãt. Qua de causa Augustinus dicebat, *Semel loquutus est Deus: hoc est immobiliter loquutus est Deus, sicut nouit incommutabiliter quæ futura sunt, & quæ ipse facturus est*. & D. Thomas, ait, *Secundum hanc acceptionem fatum negare, est prouidentiam negare*. Nam hæc est causaliter fatum. Incommutabilem itaque illam Diuinam sanctionem, quæ firma, & fixa inhærens rebus efficit, vt vnaquæque res constitutum à se ordinem sequatur, Fatum appellamus. enimuero vt series illa effectuum

Aug. de ciu 5. cap. 9.

Senr. 1. dist. 31. 9. 2. art. 1. ad 2.

De Con. 4. pro. 6.

De Ciu. 5. cap. 9.

Con. Gen. 3. cap. 93.

in Di-

Digitized by Google

in Diuina mente existens, est, & verè dicitur prouidentia; ita fatum est ordo causarum ad producendos effectus præuisos, & ordinatos. Qua propter cum talis ordo, & series eludi non possit, nec ad aliud traduci, (etenim manens in Diuina mente prouidentia indeclinabilem causasum ordinem promit) ratione ordinis huius, necessarius est euentus rerum, necesitate tamen conditionali sic se habet in omnibus; etiam in actionibus hominis meritoris, vel demeritorijs. Vt in ijs etiam pateat Dei deliberata non esse obnoxia mutationibus: sicuti de malo fortunæ probauimus. Nam vel illa bona opera voluit simpliciter Deus fieri ab homine; qua stante determinatione, ita suauiter mulcet hominis voluntatem, vt nihil magis expetat. Vel in illa sua prædeterminatione negationis concursus ad bonum, tanquam in speculo nouit infallibiliter aliquos ad malum culpæ lapsuros. His decretis immobiliter hœrentibus, rebus, hominibusque singula suum absoluunt ordinem tempore, & loco sibi constituto à Deo. *Et si ordo ille, vt ad inferiora delabitur, non aufert contingentiam, & libertatem à rebus, cum deferatur per mobiles causas: vt vero nexus ille successuum subest diuinæ prouidentiæ, immobilitatem, & necessitatem sortitur*, ita ait D. Thomas. etenim nec Dei cognitio frustrabilis est, nec potentia. *Scio*, dicebat Augustinus, *& certus sum, quod vitâ nostra non temerarijs motibus agitur, sed à te Domino Deo nostro disponitur, & gubernatur.* & Boetius, *Quicquid aliquo mouetur modo, causas, ordinem, formas ex Diuinæ mentis stabilitate sortitur*, & alibi.

Signat tempora proprijs
Aptans officijs Deus:
Nec quas ipse coercuit
Miseri patitur vices.

§ P.P.q.116. art.3. In Med. c. 38. De Conf.4. prof.6. De Conſp. met.6.

Quamobrem omnia sine errore, aut violentia prædeterminatum insequuntur finem, & certo attingunt. Nam Dei statuta, (quæ ad ordinem spectant) in æternis exarata codicibus, singula temporum momenta succesiuè in lucem efferũt. quod sapientia testatur dicens, *Tua Pater prouidentia ab initio gubernat.* idcirco cuncta apertè, vel occultè sunt obnoxia mutationibus, cum necessitati Diuinæ omnia pareant. quod etiam Cicero profitetur, *In mundo Deus est aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudinem ordinesque conseruat: terras, & maria contemplans, hominum commoda, vitasque tuetur.* hoc idem rationibus reddamus perspicuum, vt pacatius in miserijs conquiescat homo. Sap. c. 14. De nat. Deor. 1.

§

Prima ratio, quotiescumque aliqua (vel multa sint illa, vel pau-

pauca) ad aliquem finem diriguntur, illius subseruiunt ordinationi, ad quem potissimè spectat finis. militū exemplo hoc patet in prælijs. nam etsi aliqui in certamine regressum ad patriam spectent, aliqui hostium vastationem, alij ostentationē virium, aut animi ferociam, prædam alij, alij gloriam, conspirant tamen omnes ad Ducis victoriam, licet quisque à sua cupiditate trahatur. At cum omnia sint producta ad Dei significandam bonitatem. ita Salomon, *omnia propter semetipsum operatus est Deus, impium quoque ad diem malum*. (nec minus sese Dei bonitas extulit per horribilem mortem Herodis Antiochi, quàm per pretiosam mortem sanctorum Martyrū) hinc sequitur, omnium singularium etiam actionum Deū esse moderatorem, vt singula possint, & valeant attestari bonitati diuinæ, quæ elucet etiam in impiorum interitu, & profana morte scelestorum.

Prou. c. 16.

Secunda ratio. Primus motor est Deus, (quod omnium patet consensu) & adeò, vt nequeant sese reliqua mouere sine illius motione prænia, (siue natura præcedat, siue tempore) at omnia mouet intellectu, & voluntate; hinc cuncta, & singula regit ille. etenim sic mouere est regere, & gubernare. nec solum quæ materia constant, sed quæ ad huc illius sunt expertia; cum pariter omnia efformauerit ad suæ bonitatis argumentum.

Tertia ratio. Si Deus est, quod nec quidem barbari abnuunt, ergo est præscius futurorum, *quod negare summæ esset dementiæ*, ait Augustinus. Quamobrem cum omnia Dei annuntient bonitatem, futura contingentia Deus prouidentia moderatur: vt talia similiter vario modo ineffabilem Primæ Causæ repræsentent bonitatem. Igitur ad hunc finem ipse adigit omnia. hinc consequens est, futura contingentia Diuino constituta decreto, pariter ab illo regi. *Ne dicas* (monebat Ecclesiasticus) *coram Angelo tuo non est prouidentia, ne forte iratus Dominus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum*. Nam veluti munus est Ducis ita aciem in castra deducere, vt possint milites victoriam adipisci; ita Dei est præscribere futuros euentus, vt in varijs, & multiplicibus successibus eius pateant attributa. Sic populum suum ex ægyptiaca seruitute in libertatem vendicans, potentiam ostendit. Abrahamum muneribus afficiens, suam significauit liberalitatem. Rebeccam fœcundans, se in promissis esse constantem denotauit. similiter magnificans Iosephum, suam extulit sapientiam. Dauidem à saulis gladio protegens, sedemōstrauit piorum tutelarem. Prouidum etiam, nam ipse *Præparauit piscem grandem, vt deuoraret Ionam*; ne fluctibus absorbe-

De Ciu. 5. cap. 9.

Eccl. c. 5.

Ionæ 2. a.

sorberetur, vt deinde restitutus telluri, operam naueret prædictioni apud Niniuitas. *Nam singulariter stabiliterque facienda disponit*, ait Boetius: Ibidem.

Huius Diuinæ prouidentiæ duæ sunt partes, Fortitudo, & Suauitas. Prima insuperabilis est. etenim omnibus imperans, non admittit aliquid accidere, quod à se ordinatum non fuerit, illudque vel frustari, vel aliorsum traduci, vel retardari. Psalm. 145. Quod testatur Dauid, *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra.* cum in ijs creaturarum domicilijs nulla tantarum virium inueniri possit, quæ ordinata à Deo non adimpleat. idcirco aiebat Augustinus, *ostendit omne tempus, quid, & quando fieret, vel fieri fineret, ab illo esse dispositum, qui tempori subditus non est, quoniam quæ futura erant per singula tempora in Dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora.* In Io. c. 17. Hinc etsi videatur homo victus parsimonia, vitæ continentia, acris temperie, tueri vitam imbecillem, terminumque vitæ sibi constitutum à temperamento prorogare: similique ratione quosdam inordinata viuendi ratione, aut violentia vltro suscepta, vel illata ab alijs, sibi mortem accersere; hi non aliam vitæ periodum nacti sunt, quã constitutam à Deo per illas causas. enimuero vt priori largitus est prudentiam, & opportunitatem ad prorogandam vitam; sic cæteris euenta tribuit, vt vitæ stamen abrumperetur ab incontinentia, à pugione, à lethali potu. cum causæ omnes, vel à nobis ascitæ, vel ortæ aliunde, prouidentiæ famulentur Diuinæ, cuius artes admirabiles enumerare, solius Diuinæ est mentis, quæ suis vsibus aptans omnia, extollit, & euertit quidlibet. quare licet multorum dominatus forent euertendi propter scelera, tamen tunc nutabunt, & corruent, quando à Diuina impellentur manu. quin imò si homines laborabunt opprimere; illos firmabunt potius. ideo inclamat Hieremias, *Quis est, qui dixit, vt faceret, Domino non iubente?* cum causarum efficacitas ab illo pendeat, atque subsistat. igitur verè monebat Liuius, *Dei lege immobilis rerum humanarum ordo seruatur*, & Statius, Hier. cap 3. Liu. lib. 25.

Graue, & immobile fanctis
Pondus adest verbis, & vocem Fata sequuntur: Stat. lib. 1.

Necessitatem, vel ineuitabilitatem rebus impositam nulla vis fraenget, & temerè contra illam pugnatur à quouis. cum Dei potentia nullis coerceatur limitibus. ideo dicebat Manilius,

Mitto quod certum est, & inuitabile fatum. Man. Ast. 2

Qua ratione peritè docet Seneca.

Multi ad fatum
Venere, suum, dum fata timent. In Oedipo.

Titius

Titus quoque Imperator ad quosdem dixit. (quos nouerat contra se conspirasse, perculsos Imperatoris constantia, cum illis tradidisset gladium, quasi ad explorandam aciem.) *Potestas fato datur: ideo frustra tentatur facinus spe potiundi, aut amittendi metu.*

Suet. c.9.

Altera pars diuinæ prouidentiæ est suauitas, qua singula regit, vt est cuique naturæ consentancum. est enim ille cuius vis rei causa ad constitutum suæ voluntatis. quare aliquæ sunt necessariæ, aliquæ contingentes, reliquæ vero liberæ. nam & si nullam ille habeat habitudinem ad creaturas, sed neque ad modum constitutionis ipsarum, tamen semel deliberatũ perficere cogitur, non quidem externa coactus necessitate, sed interna; vt per sacra oracula professus est, *Ego Deus, & non mutor.* & Augustinus, *Res, quas creauit, ita administrat, vt eas fines suos agere sinat.* quod prius asseuerauerat Dionisius, *Non est prouidentiæ Diuinæ violare naturam, sed est cuiusque naturæ conseruatrix.* Qua ratione disponit omnia suauiter, nulli vim inferens; sed singula valent suos attingere fines iuxta constitutionem suæ formę. idcirco necessarius ordo Diuinus ex suppositione non tollit contingentiam in rebus humanis. Quamobrem hominum peccata hominibus sunt tribuenda non Deo; cum ab optimo Deo sint optima, à sancto sancta, ab immaculato immaculata. Enimuero si summè bonus est, igitur non potest velle malum culpę; cum nulla ratione possit reduci ad bonum iustitię veluti malum pœnę; ideo mori poterat Dominus Iesus, sed nequaquam peccare. immo quomodo peccatum esse potest, si Diuinę non aduersaretur voluntati? qua de causa in peccato nulla esset peccati ratio, cum non dissideret à voluntate Dei. *Igitur opinio eorum detestanda est, quæ Deum cuiusque malæ voluntatis facit auctorem*, vt dicebat Augustinus. *Nam insanum omnino est, & contra rationem, dicere, voluntatem Dei ex voluntate Dei non fieri*, vt idem ait.

Malac. c.3.

De Ciui. 7. cap. 30.

De diuit. c. 4. p. 4.

7

8

Ad art. sibi, &c. art. 10.

De Præd. san. cap. 10.

Defectus itaq; & peccatum in actionibus contingit ex conditione secundarum causarum, cum istę non potiantur omni perfectione, sed limitata. at solus Deus illimitatam habens. ideo origo est, & fons omnis bonitatis. ueluti tibię motus à causa fit motiua, ut claudicatio est à uirtute tibię; quę est ratio, ut motiua uirtus perfectè non expleat suum munus; ita agere, quia perfectio, est à Deo, at defectus à deficiente homine proficiscitur abutente libertate arbitrij. *Sunt à Deo*, dicebat Augustinus, *omnium potestates; non tamen sunt ab illo omnium voluntates: nam malæ voluntates ab illo non sunt, quoniam contra naturam est, quæ ab illo non sunt.* Igitur non solius boni operis

D. Ciui. 5. cap. 8.

Digitized by Google

operis auctor est Deus. *Cum fine illo nullius boni operis fructus acquiritur. vt idem docuit.* mali vero operis permissor nō molitor est. Et hoc quidem, vt sua vtens libertate homo, virtutum, vitiorumque effectus domicilium, præmiorum, pœnarumque effectus capax, suas iræ, & misericordiæ Deus ostēderet diuitias. qua varietate decorandus erat orbis, in quo euidentissimè Dei apparent præsidia pro pijs, & tela euaginata in impios. Ad art. sibi art. 14.

9

Poterat Deus cuncta scelera ex orbe eliminare sua validissima manu, firmumque reddere hominis propositum in bonū, quo semper voluntariè in Domini incederet mandatis: attamen Dei sapientia censuit fore melius bonum ex malo eligere, quam prorsus non admittere illud, quod his verbis Augustinus docuit, *Deus omnipotens nullo modo sineret malū aliquod esse in operibus suis, nisi adeo esset omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo.* Nam licet illa videantur mala particularibus; illa tamen ipsa in alterius cedunt vtilitatem, vel multorum. quamobrem talia admittere munus erat Diuinæ prouidentiæ. vnde Dionysius ait, *Quin etiam ijs, qui sunt mali, benigna prouidentia vtitur ad illorum, siue aliorum communem, siue priuatam vtilitatem.* Vniuersalis itaque prouisor vt imbecillium animantium carnibus pascit carniuora, sic impiorum errata cogit in alium relabere ordinem. *Etenim tanta est, & sola Diuina virtus, vt illi quoq; mala bona sint, cum competenter eis vtendo boni alicuius eliciat effectum. ordine quidem cuncta complectitur, vt quod ab ordinata ordinis ratione discesserit, hoc idem in aliam tamen ordinem relabitur: ne quid in prudentiæ regno temeritati liceat*, hæc Boetius sapienter. Ench. c. 11. De diu. nō. cap. 4. p. 4. De cons. 4. pro. 6.

10

Apertissimum exemplum deducamus ex sacris literis, vt assertum sit luce clarius. loquens Deus cum Abrahamo de sua illustri progenie asseuerauit, *Generatione autem quarta reuertentur huc*: (causam afferens dilationis) *non dum completa sunt iniquitates Amorrhæorum.* nec in dubium reuocari potest, illos diuinis se opposuisse mandatis, & per consequens displicuisse Deo: attamen has impietates ad suum transduxit ordinem. etenim cum propter scelera statuisset pœnis afficere Amorrhæos, cæterosque populos, promisit Abrahæ, quartæ generationi se in possessionem daturum terram. Itaque seruierunt ordinibus Diuinis Cananæi, non quidem peccando. (etenim quod contra Deum est, non est à Deo,) sed merendo expelli. Vt consentaneum erat Diuinæ iustitiæ fontes plectore, sic sapientiæ, & constantiæ, viam inire, qua posset adimplere promissa. ergo peritè ait Philo, *Completum iniquitatis* Gen. c. 15. De leg. her.

Num. c. 1. *tis earum gentium, & tempus puniendi, non fatali necessitate definitum erat, sed prouidetiæ Diuinæ, & ordinationis decreto destinatum, & præfixum.* Hebræi quoque territi explorantium relationibus, cum submurmurassent contra sui itineris ducem Deum, (quo peccato circumducti sunt, & subacti spatio quadraginta annorum.) diuinis ordinibus famulatum præstitere. etenim, nisi huius impietatis remora, recta pergentes via, non generatione quarta, sed tertia ingressi fuissent terram philisthinorum. hoc est (vt citra controuersiam affirmemus verum, cum in illa enumeratione sit dispar interpretatio) non anno quadrigentesimo trigesimo, vt promiserat. sed trigentesimo nonagesimo potiti fuissent ditione Cananæorum. sed neque Dauidi Saulis regnum tribuere poterat, (vt sua sponte Dominus promiserat,) nisi Diuina transgrediens iussa Saul opima spolia sibi seruaret ex hoste, qua inobedientia regno abdicatus fuit in sua posteritate. Quo circa Prouidentia Diuina semel omnia disponens, per immobilem causarum seriem certò ordinata producit. ex quo Fati vires inexpugnabiles oriuntur.

Est itaque conspicuum nil Dei manum effugere, quin Diuinis pateat, vt parcat ordinibus. quod peritissimè, vt assolet in omnibus, docuit D. Thomas dicens, *Quamuis hominis voluntas peccando à Dei voluntate deficiat quantum ad motum voluntatis, nunquam tamen potest deficere quantum ad exitum, vel euentum. quia semper voluntas hominis hunc effectũ sortitur, quod Deus de homine suam voluntatem impleat.* & S. Leo. *Admisit in se impias manus, quæ dum proprio inobedẽt sceleri, famulatæ sunt redemptori.* Non quia nostris, aut indigeat, aut gaudeat sceleribus, sed vt hac rerum molitione ordinatissima perspicuam redderet Deus constantiam, & potentiam in suis deliberatis; promissionem, & libertatem in homine. qua ratione iustissimi sunt omnes rerum euentus.

Quæst. disp. 9. 6. art. vni co ad 5.

De Pass. serm. 1°.

12 Vt itaque ad propositam disputationem regrediamur, vt animi conualescat insipientia. ratum habeamus Amice, si mala quæ accidunt homini, non relatiuè perpendamus ad nostram deprauatam ætatem, sed ad occulta Dei iudicia, quibus omnino reluctari non potest, omnis à nobis erit eliminata murmuratio, vt docebat Caietanus. etenim illa moderantur summa prudentia. hinc certo certius, non absunt à summa iustitia; licet omnino nos lateat. Quamobrem quibusdam tempestates fluctusque ventique deseruiunt, quidam Seiani equũ domi habent, quorundam *destinata prudentior fortuna euertit, atque distulit*, vt ait Curtius. & quod ipsa calamitate calamitosius est, quandoque in culpam tranũt, quod laudibus esse-

Gen. c. 15. animadu. 4 explicans illa verba. Non dũ cõpleta sunt.

Curt. lib. 3.

Digitized by Google

efferendum erat. *Nam cuius fortunam Deus mutare constituit, consilia corrumpit*, ait Velleius. & quandoque quod alterius improbitate euenit, accidisse videtur nostra imprudentia omnia tamen moliuntur, dirigente Deo. *Cuius nutu dissipatum fuit consilium Achitophel vtile, vt induceret super Absalom malum.* ita referunt sacra oracula. & Augustinus, *Agit enim omnipotens in cordibus hominum etiam motu voluntatis eorum, vt per eos agat, quod per eos agere voluerit. Qui omnino aliquid iniustè velle non nouit.* Vell. lib. 2. Reg. 2. cap. 17. De lib. arb. ad Val. capit. 11.

Quamobrem à sua tranquillissima, & altissima domo Deus quosdam attollit, vt elidat, quosdam deprimit, vt magnificet, sic tamen nostras attemperans voluntates, & studia, vt nostro labore talem fatalem statum peperisse appareat. hinc *Adducit ille in stultum finem consiliarios*, vt testatur Iob. *Cũ nulla vis mundana, vel virtus meruisse vnquam potuit, vt quod præcepit, vel præscripsit fatalis ordo non fiat*, vt docebat Ammianus. & Apuleius, *Nec consilio prudenti, nec remedio sagaci Diuinæ prouidentiæ fatalis dispositio subuerti, vel reformari potest.* hoc idem fatetur Curtius dicens, *Licet eludant quibus temerè humana negotia volui, agique persuasum est; equidem æterna constitutione crediderim nexuque causarum latentium multo ante destinatarum suum quemquè ordinem immobili lege percurrere.* perite igitur monebat Tucidides, *Quæ immittuntur diuinitus, necessario ferre oportet, quæ vero ab hostibus, viriliter.* Iob. c. 12. Amm. l. 23. Ap. met. 9. Curt. lib. 5. In Orat. 2. Pericl. 1

Eamus modo indignabundi, doloribusque habenas laxemus, incassumque gemiscentes, nitamur sceptrum à Deo eripere, hoc est, inuictam vim Fati ad nostrum traducere obsequium. cum omnia mala pœnæ non solum sint ab illo permissa, sed immissa. Ideoque cum nostris calamitatibus irascimur contra immissorem Deum irascimur. nam *Clades sunt à Deo.* vt dicebat Euripides. Fluxus itaque, & refluxus, ortus & interius, cuiuscumque status sunt ab illa incommutabili lege, quam si pacato, æquoque animo non tolerauerimus, diuinis indignamur sanctis ordinibus. Qua necessitate nihil stabilius, quæ voluit, mandauitque, vt ait Seneca, Euripides. De Cons. ad Helui.

Nullius rei eòdem semper loco stare fortunam.

Et Lucretius acclamat,

Res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulchros fasces, sæuasque secures
Proculcare, & ludibrio habere videtur. Lucr. lib. 5.

optimum est igitur consilium, quod emendare non possumus, tranquillè accipere: *& Deum, quo auctore cuncta succedunt, sine murmure comitari*, ait Seneca. nam si durum est aduersari natu- Sen. Epist. 108.

naturæ, semper erit impium de Deo conqueri, *& superstitiosè violare, quem colimus*, vt idem asserebat. licet non facile sit inter puram conscientiam, & iniquam fortunam modum seruare in luctu.

Sen. Epist. 123.

Quicquid aduersi contingerit patienter ferendum est, nam accidit Deo auctore.

Cap. VI.

LAeta itaque, & exporrecta fronte excipere fœlicia, & obducta ferre aduersa incogitantis est animi. cum ab vno Moderatore omnium singuli casus aduersi singulis sint attributi; tam firma constitutione, vt prorsus à quouis nequeant labefactari. *Nulli cedit ille difficultati*, vt dicebat Arist. nec deliberata immutat. Quamobrem omnia intuens absolutissima sapientia deliberat, & constantissima exequitur deliberatione. qua de causa etsi videmur sagacitate, vel socordia, versutia, vel simplicitate; proprio studio, vel fortuito; honores, vel opprobria; diuitias, vel paupertem, acquisiuisse; æterno tamen Dei decreto, ita sancitum erat. Quo circa deliberate, vel fortuitò asciscant sibi mortales fœlicitatum, vel miseriarū causas, semper Diuinis parent ordinibus. à quibus quandoq; eripimur, non nunquam obijcimur infortunijs, ad præscriptū Diuinarum constitutionum tunc vel nostras manus in nos aduocat, vel suis viribus vtitur. ideo omnia ad sua fata eunt ad constitutum cœlestis deliberationis. à qua prospera, & aduersa succedunt, medijs nostra sponte quæsitis, vel occurrentibus, sponteque susceptis, aut saltem illatis coactè. Quo genere omnia complectimur, quæ auertimus animo, vel ab humana prauitate sint illa, vel ab irata fortuna, vel ab ægra, & imbecilli natura. Demonstremus hoc firmis rationibus, vt robustior sit in malis constantia. cum ab hac solum illa curari possint, nam de cœtero omni carent medela, cum omnis motus finis, & principium sit Deus. quo constito omnis mœror eliminandus est ab animo.

De Mund. o. de Deo.

1

Prima ratio sit ista, Deus est, qui tribuit, qui tuetur, qui perficit motum cuiuscumque rei, igitur iure affirmandi datur ratio, quod omnia Deus molitur. Nam cum causa sit rerum essendi, & operandi quoque causa est. qua propter talium munerum largitori attribuendæ sunt tales perfectiones, quæ ab illo pendent tum in esse, tum in operari, igitur, vere Isaias ait, *omnia opera nostra operatus es in nobis Domine*. quod etsi præsertim

2

Isa. cap. 26.

Digitized by Google

sertim verum sit de operibus meritorijs vitæ æternæ, cum ipse tunc largiatur, ex doctrina Apostoli, *Velle, & perficere*; tamen in cæteris quoque verum est. *Nam in ipso viuimus, mouemur, & sumus*. Philip. c. 1. Act. c. 17.

Secunda ratio sit. si nullam prorsus moliri potest creatura operationem, si Dei cooperantis, (immò incipientis) virtute destituatur, cum sit prima causarum, iure omnis actio in Deū est reducenda, veluti in principium omnis motus tum physici, tum metaphysici. Nam illo non influente omnis motus cæterarum causarum arefit, & euanescit. qua ratione ille Babylonicus ignis nec comburere, nec quid contristari valuit Danielem. cum immota manens primaria causa motus, cætera immobilia effici, necessario discursu concluditur. hinc abnuente Deo, nihil moliri potest quiuis. quod Caietanus asserit; *Primum agens mouet secundum, ergo ipse est causa omnium actionum agentium*. P. P. q. 105. art. 5.

Tertia ratio. operatrices virtutes omnes se suis dedunt operibus per aliquem motum, vel corporis, vel animi, verum cum Deus vtriusque motus primum principium sit, Deo tales motus sunt attribuendi, etiam si nostrarum fortunarum euersionis causæ erunt: docente D. Thomâ, Non enim sufficiens ratio actionis est forma, sed motio primi mouentis necessario requiritur. Quamobrem animi nostri motum ad Deum referens Apostolus aiebat, *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex Deo est*. P. 2. q. 9 art. 1. & alibi.

Quarta ratio, omnis applicatio virtutis ad operandum primò, & principaliter est à Deo; huius enim motus cæterarum causarum antecedit motum quandoque tempore, quandoque natura; cum sit requisita conditio, vt præcedat consequens est; at cum ipse applicet actiuâ ad agendum, primaria causa est omnis motus. Ita constat conditio subditarum causarum; ve nisi primaria præcesserit, sequentes nec moliri, nec effectū attentare possint. Verum cum omnis actio magis sit tribuenda principali, quam instrumento (ita secundæ se habent ad primam) potissimum Deo assignandæ sunt actiones omnes, (vt perfectiones sunt, cum defectus sint à causa secunda.) *Cum ipse etiam aliis rebus operandi sit auctor*, vt dicebat Philo. Cho. 2 c. 3. Alleg. lib. 1

Ita docet D. Thomas scholasticorum omnium facile Antesignanus; cum vbique nos demonstrationibus instruat. In qua doctrinæ præstantia non video, quam illi præferamus, aut æquemus. Qua ratione ab vniuersa Reipub. Christiana Angelicus vocatur, quasi ex cœlesti sede ad nos aduolans, pellucidam detulerit diuinarum rerum cognitionem. nostras mentes Côt. Gêtes lib. 3. c. 67.

eri-

erigens ad illud inteminum lumen.

Ideo exultabunda mea incedit Italia, & patria Neapolis tanti viri parens, quin imò & noſtrum Caſinenſe cœnobium, (in quo inſtitutione noſtrorum Patrum rudimenta imbibit monaſticæ vitæ,) cum in vno ſuo Thoma cumulate collectum conſpiciat à Diuina munificentia illud omne, quod ſparſim in ſuis ſapientibus recepit orbis. Hoc idem fatetur Proclus dicens, *Cauſa ſuperior agit in opere prius poſteriuſque, quàm inferior, & vna ſimul cum illa.* & Ariſt. differens de principio motionis intellectus, & voluntatis ait, *Mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine.* & inferius, *Principium habent intellectu, & voluntate præſtantius.* ergo verè, quæ contingunt, omnia ſunt à Deo, etiam ſi aduerſa ſint homini. quibus omnibus vtitur Deus ad normam ſuæ voluntatis. quæ omnia diuinis oraculis fatetur ſe patrare, & moliri: præſertim vt deſinamus illa attribuere ſecundis cauſis. vt ex ſequentibus erit perſpicuum.

De Anima. & Demon. End. 7. c. 18

4 Prænuntians ipſe Dominus futuram domus Heli ſummi Sacerdotis euerſionem, ita loquutus eſt, *In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia, quæ loquutus ſum ſuper domum eius, incipiã, & complebo.* abſoluit hoc Philiſthinorum bellò, in quo necatis ſuis filijs, acceptoque funeſto nuntio captiuitatis ſacræ Arcæ, mœrore correptus Heli, è ſella labens, fractis ceruicibus expirauit. Reſuſcitatus Samuel dixit Sauli (conſternatus timore imminentis prœlij) *Idcircò quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.* Et cum populari perfidia ſciſſo regno Roboami, vellet ipſe armis cogere rebelles, vt ſuo deſeruirent imperio, per prophetam Semeiam edictum fuit populo armis accinto, *Hæc dicit Dominus non aſcendetis, neque bellabitis contra fratres veſtros, quia mea hoc factum eſt voluntate.* ideo ipſe Dominus prædicens funeſta domus Ieroboam ait, *Ecce ego inducam malum ſuper domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum in Iſrael, & mundabo reliquias domus eius, ſicuti mundari ſolet ficus vſque ad purum.* quod accidit inſidiante Baſa. cuius idolatriæ peccatum ita ſe puniturus Deus profeſſus eſt, *Ecce ego demetam poſteriora Baſa, & poſteriora domus eius: & faciam domum tuam, ſicuti domum domum Ieroboam;* quem temulentum confodit Zamber, inſuper & amicos omnes confecit gladio.

Reg. 1. c. 3. Re. 1. c. 28. Re. 3. c. 12. Re. 3. c. 14. Re. 3. c. 16.

Ex ijs liquet nunquam diuina oracula eludi: inſuper à Deo omnia dirigi. quare tumenti Pilato iudiciariæ poteſtatis faſtigio dictum fuit, *Non haberes in me poteſtatem, niſi deſuper tibi datum eſſet.* Quamobrem ſapientiſsimus Iob cum vlcerum dolore torqueretur magnopere, & iactaretur memoria numeroſe extin-

Ioan. c. 16.

Digitized by Google

extinctæ prolis, bonorumque omnium iactura, non animo attendens talia inferentem dæmonem, sed ordinantem Deum, dicebat, *Dominus dedit, Dominus abstulit.* nequeunt impij damna inferre, nisi ad mensuram facultatis sibi à Deo indultæ. Iob.cap.1. Quod monuit dicens Iacob, *Non dimisit eum Deus, vt noceret mihi.* Gen.c.31. Iurè itaque ab illo flagellari, ab illo corripi, ab ille euerti, ab illo ad merita erudiri fateri cogimur, à quo talis indulgetur potestas, quæ omnis emanat à Domino Deo. quod fatetur Eccles. *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas, à Deo sunt.* Eccl.c.11. & Daniel, *Iuxta voluntatem suam fecit Deus tàm in virtutibus cœli, quàm in habitatoribus terræ: & non est, qui resistat manui eius, & dicat, quare fecisti?* Daniel.c.4. & Iudit, *Tu fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est, quod ipse voluisti.* Iudit.c.9. Exploratum est igitur ex sacris voluminibus occursum calamitatum Deo tribui oportere, à quo talia moderantur, vt suis famulentur finibus: cum omnes euentus hoc vnum spectent Dei bonitatem celebrem reddere vario, multiplicique actionum genere.

5

Ideo sæuire in nos poterunt homines, ferinaq; impetere rabie, omnemque adhibere conatum vt perdant; attamen nisi Diuina accesserit voluntas, nihil afferre poterunt detrimenti. nam tunc Diuina moderatio hoc illis indulgens, est quoque motus initium, sine quo nihil moliri potest iniquitas, cum Dei imperio singula accidant. Qua ratione peritissimè ait August. *Non quicquid passi ab inimicis fuerimus, hoc inimicis deputandum est, sed Domino Deo nostro, à quo non nocendi voluntas tribuitur, sed potestas. Remanet ergo* (ait ille) *sola nocendi cupiditas, & hanc habet homo in sua potestate cupiditatem nocendi voluntatem ad perniciem: si autem cuiquam nocere poterit, non glorietur, non ipse fecit, data est ei potestas.* In præf. ps. 29. In Psa. 105. con. 4. Et alibi. *Ipsa mala voluntas nulli nocet, si ille non permittit.* In Psal. 13. con. 2. Et alibi in persona Iob loquens ait, *Quanto ille accepit potestatis, tanto ego patior. non ergo ab illo patior, sed ab eo, qui talem potestatem dedit.* In Psal. 23. con. 4. Hanc veritatem apertissimè confessus est Laban ad Iacob, *Deus patris vestri dixit mihi heri, caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius.* Gen.c.31. Vnde absolutè ab Apostolo dicitur, *Non esse potestas nisi à Deo.* Rom.c.9. Quæ verba explicans Augustinus ait, *Non dixit, non est cupiditas nisi à Deo, est enim ista mala cupiditas, quæ non est à Deo.* In Psal. 32. con. 2. & de Ciuitate; *Omnium potestas, non omnium voluntates sunt à Deo.* De Ciui. 5. cap. 8. & contra Iulianum: *Ipse non facit voluntates malas, sed eis iam malis vtitur, vt voluerit.* Cont. Iul. 5. cap. 5. & alibi ait, *Temporalia sine causa petuntur ab hominibus, vel à dæmonibus. quæcumque bona accipiunt inimici Dei, ab illo accipiunt; sicuti cum patiuntur, & putant ab illis puniri, nescientes ab illo puniuntur.* In Psal. 66. De Gen. ad lit. 11. c. 3. & alibi,

alibi, *Nocendi cupiditas ineſt cuique à ſe, ſed poteſtas à ſolo Deo eſt*. Quamobrem Dauid (vt hoc exemplo pateat, peruerſorũ iniquitate promoueri à Deo piorum virtutes, ſicuti in narratis geſtis impios à Deo mulctari peruerſorum Satellitio) cum contumelioſe probris à ſemeia afficeretur, palam inuadentis filij metuens, & fugiens arma, dixit, *Dominus præcepit illi, vt malediceret Dauid*. nec certè dæmon inſilere in Iob potuit, niſi prius ſibi indulta facultate à Deo, in quo ſolo eſt vel plectendi, vel probandi poteſtas, ſicuti in malis ſola eſt cupiditas nocendi. ergo verè, *Puſillum, & magnum ipſe feci t*.

Sap. cap. 6.

Ad hoc idem confirmandum vtamur ſapientum opinione. Antiqui tum cernerent multa contingere homini ob fœlicitatem, vel infœlicitatem ſpectantia, quæ à natura vniformiter operante nequibant proficiſci; ſed neque ab humana ſcientia vel electione; etenim non diſpari ratione contingerent; hinc ſtatuerunt fortunam cauſam eſſe horum omnium, quæ temerè & ſine ordine efficit talia, vt ſors euenit. cui atteſtans Ariſtotel. dicebat, *Fortunam in huiuſmodi rebus cauſam eſſe, vbi nec mens, nec ratio eſt*. quare ſuorum effectuum illa eſt cauſa per accidens. Verum cum omnis cauſa per accidens, vt reducatur, neceſſe eſt ad cauſam per ſe, (vt in orbe detur ordo, vt Peripatetici demonſtrant.) & tales effectus nec naturæ tribui poſſunt, nec homini, ſed neque fortunæ, neceſſario ad Deum reducendi ſunt, cum ab ipſo pendeat natura, ratio, cœlum, & mens. ſunt igitur à Deo intenti.

Mag. Mora. 2. cap. 9.

patet ex ijs fœlicitatem, & infœlicitttem contingere homini per ſupremam cauſam Deum. *in cuius manibus ſunt ſortes noſtræ*, vt teſtatur Dauid. & Seneca,

Pſal. 30.

Quicquid patimur mortale genus,
Quicquid facimus venit ex alto.

In Oedip.

Nec Lucanus diſſentit,

Hæremus cuncti ſuperis, temploque tacente
Nil agimus niſi ſponte Dei.

De Bello Ciui 9.

Molitur omnia Deus, etiam peccata vt ſunt actiones, non ea ratione vt peccata ſunt, deficiunt iſta à præcepto officio, idcirco nequeunt ab indeficiente cauſa oriri, ſed ortum habẽt à deficiente. *Malum fieri, non virtutis, ſed infirmitatis eſt*; vt docuit Dionyſius. *Nec fieri poteſt, vt per quem à peccatis reſurgitur, per eam in peccata decidatur*, dicebat Auguſtinus. ab auctore omnis boni nihil malum, aut turpe eſſe exiſtimandum eſt. *Hæc ſunt affectiones adhærentes, & concomitantes ipſam generationem, ſicuti ærugo æs, & ſordes corpus. verum nec ærugi-nem faber fecit, nec ſordes auctor produxit, ita nec malitiã Deus*, ait Triſmegiſtus.

De Diui. c. 4 p. 4.

In reſp. ad 14. art.

In Pimand. cap. 14.

Nam

Digitized by Google

Nam licet Deus intellectum moueat, & voluntatem: (vt paulo ante ex Philosopho dicebamus) tamen quia mouet secundum mobilium rationem, mouet illa vt indeterminatè se habentia ad multa; vt ait doctissimus Thomas. mouet itaque voluntatem quantum ad exercitium actus, non quantum ad determinationem mali obiecti. Qua propter sicut, *Oportet omnium voluntatum, & electioaum motum in diuinam causam reduceere*, vt idem Thomas docuit, ita defectum imperfectionemq; electionum in hominis deprauatam voluntatem. Idcirco valuit Saul excidio imminere Dauidis, perficere autem scelus non potuit. quia ad ministerium eruditionis, & meriti pij Dauidis assumptus fuerat, non ad patrandam carnificinam. *Impiorum etenim ministerio Deus bonos erudit, & per potentiam damnandorum exercet disciplinam liberandorum*, ait Augustinus. *Cum mala secundum boni priuationem, in bonum conuertat*, vt Areopagita testatur.

Q disp. 9. 6. art. vnico.

Con. Gen. 3. cap. 91.

Psalm. 73.

De Diui. c. 4. p. 4.

Quamobrem apud Iob Dei seruus nuncupatur diabolus: *Nunc quid feriet tibi pactum, & eum accipies seruum sempiternũ?* & in Hieremia eodem honestatur insigni titulo Nabucdonosor, *Ego mittam, & assumam Nabucdonosor regem seruum meũ*. quod peritè explicans Rupertus ait, *Qui certè non intentione, sed cooperatione; non voluntate, sed effectu seruierunt ordinibus diuinis*. & alibi de diabolo loquens ait, *Dum Deo volens aduersaris, Deo volens cooperaris. & mirò modo, cum mala intendis, bona facis: & dum quasi malleolus aurum Dei nequiter affligis, affligendo magis etiam extendis ad gloriam* & Augustinus, *Mali suo malo prosunt, dum Deus vtitur & malis benè*. Et alibi, *Vtitur malis ipse, qui bonus est benè*. veluti peruersi Dei donis optimis abutuntur. Nec quidem his libera tribuitur vis vexandi, & euertendi quos cupiunt, sed in eos solũ, quos euerti secretissima, & iustissima Dei statuerũt iudicia ne ad multorum pernicie talis erumperet occasio. cum labilis natura parum assueta criminibus, paulo post nesciat terminos coercere facinorum. plerique improborum per hos suas luunt pœnas, sicuti studiosè puritatis animæ talium opportunitate nutriuntur, augentur, ditantur, cœlestibus donis: etiam fœlicitate temporali quandoque. nam Dei erumpens clementia palam, cœteros tali munificentia ad pietatem excitat, suadet, & trudit.

Iob. c. 40.

Hier. c. 25.

De vict. verb. 6. c. 4. De Trin. & eius op. lib. 3. cap. 18.

De Ciu. 18. cap. 51.

In Psal. 77.

7

Audiamus quæso Origenem præclarè ostentantem Dei prouidentiam, quæ ex rerum ordinata serie, nobis edit incogitata: imò quæ captum mentis humanæ excedunt. explicans ille verba numeri, *Petit Angelus Domini contra Balaam*. ait, Malitiam fratrum Ioseph si tollas, simul perimes dispensationem

Num. c. 22.

Digitized by Google

Dei: si Ioseph non venditur, nec somnium Pharaonis interpretatur, nemo in Aegyptum frumenta congregebit. hinc peribit Aegyptus, fenitimæque vrbes, & ipse Israel quærens panem non ingredietur Aegyptum, nec certè inde egredietur in mirabilius Dei, quæ fecit S. Moyses. quare nec sicco vestigio transibit mare, nec manna vescetur, nec aqua de petra fluet. nec in Monte Sina dabitur lex, nec aliquis promissionis terram ingredietur. hæc Origines. In qua recensita rerum serie liquet, ex paruis initijs aliquando magna à Deo patrari, hoc est ex seruitute regnum, ex paupertie diuitias oriri.

Alleg. 1. Verè sapienterque ait Philo, *quæcumque nostris artibus fabricantur, semel absoluta permanent. at quæ Deus perficit sua scientia, mouentur denuo, vt finis diei nostri est initium; mensium fines annorum sequentium sunt initia; dum alia corrumpuntur, generantur alia.* non dispari ratione dicamus, Fines permissorum scelorum bonorum operum sunt initia; non modo ea ratione, quia probatorum virorum augentur virtutes, & merita; aut quia corripiuntur iniqui, aut euertuntur proterui: sed etiam quia celebris efficitur Dei punitiua iustitia in vasa iræ, (vt dicebat Apostolus) apta ad interitum; & celebrior eius bonitas, quæ in vasa misericordiæ manifestatur.

Rom. c. 9. Ergo perspicuum est, *Quoniam omnia deseruiunt illi.* Quod si homo proximior est Deo cæteris visibilibus creaturis, equidem in potioribus rebus nauabit operam; ideo occasionaliter Dei tributa effert in lucem magnificentius, quàm cætera copulata, & immersa materiæ. Ita hanc veritatem docuit Au-

Psal. 118. Psalm. 36. con. 1. gustinus. *Aliquando data potestate impijs, pius flagellatur, vt inde proficiat pius, vnde deficit impius.* etenim vt ipse ait,

De Ciui. 5. cap. 9. *In eius voluntate summa est potestas, qui treatorum spirituum voluntates bonas adiuuat, malas iudicat, & omnes ordinat.*

8 His speculationibus se ipsa fit robustior mens, cibum ruminans sacrarum literarum, quo acutior reddita, anathomica vigilantia discutiens humanos casus, suis passionibus frænum injiciens medetur. commutat tunc timorem in audaciam, tristitiam in lætitiam, fugam in concupiscentiam calamitatum. cum ingens sit robur meditatorum cœlestium oraculorum, à quibus nostra emollitur, & frangitur proteruitas. quo pharmaco multum lucrabitur quis pacis, & tranquillitatis. sciens nemin em euertere potuisse Dei decreta, sed omnes in illa impegisse fataliter. quod ipse fatetur Aristoteles dicens, *Deum*

De Mundo c. de Deo. *mouere, & circumagere pro arbitratu sue omnia, in diuersis formis, atque naturis.* Quæ si quis matura prudentia ruminauerit, stabit contra aduersa inconcussè, *Cum fataliter in æternitate omnia sint destinata*, ait Cicero. vel ipsam causarum

De Diui. 2. seriem

Digitized by Google

seriem intellexerit Cicero, vel Diuinam Prouidentiam de qua ita loquitur Augustinus. *Antequã exirem de vulua quidquid tibi placuit præordinasti de me. quæ & qualia sint in libro tuo scripta de me, in secreto consistorij tui, ego quidem ignoro. vnde & valde timeo; tu vero nosti, quoniam quod ego per successus dierum, & temporum hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto, in conspectu æternitatis tuæ iam factum est: & quod futurum est, iam factum est.* Solilo. c. 26

Hic est verus cibus animæ ad fugendum aptę. cum de petra durissima molestiarum eliciat oleum, quo se malis pressam foueat tempestiuè. ita nullius aduersitatis asperitatem sentiet, nec quauis temporalium iactura dimittet animum. Nam veluti ex temperantia sobrietas oritur, ex sobrietate salus, ex salute virium integritas, ex integritate virium naturalium functionum perfecta executio; ita Dei cognita infallibili prouidentia comperimus erga nos tutelam, ex tutela amorem, ex amore iustitiam, ex iustitia iustissimam distributionem pœnarum, præmiorumque. qua ratione aduersitates omnes referentes in Deum, illas veluti de cœlo lapsas complectemur benignè: Cum nouerimus infligendas pœnas subditis potentijs esse demandatas. vnde Xenophon ait, *Viro principi vbi pœnarum aut correctionis res est, alijs id delegandum, vbi præmiorum, aut munerum ipsi obeundum.* & Philo, *Conuenientius est, vt beneficia porrigat ipse, qui suapte natura bonus est, supplicia vero non sine iussu eius, qui regnum sempiternum tenet, per alios tamen exigantur, quos decet tale ministerium.* Ergo mansuetè feramus aduersa. etenim Deo, vt Dominus, quæ iubent, licent. vt vero iudex, nunquam à iustitia abesse potest, immò vt Pater, nec suæ benevolentiæ obliuisci. quare vel citra condignum punit, vel erogat beneficia. 9 In Hier. De Profug.

Itaque doctè ait Augustinus, *Quicquid hic agitur contra voluntatem nostram, nouerimus non accidere, nisi de voluntate Dei, de prouidentia ipsius, de ordine ipsius, de nutu ipsius, de legibus ipsius,* In quibusdam sacrificijs pectusculum hostiarũ auferri sanciuit Moyses, ventrem vero tergi. Cum ita ait Philo? *Quia perfectus sapiens vim omnem irascendi in aduersis exscindere potest, & debet: at necessario potu, & cibo vti natura cogitur. ideo à delitijs solum repurgare ventrem potest, at iram prorsus potest ab animo expellere, & agere in exilium.* Nam si à contumacia ferendi aduersa augetur mœror, & à tolerantia oritur tranquillitas. certè illa passio compescenda est, cum sapientes vtilia præferant inquæstuosis. etenim vt aiebat Plutarchus, *Tristari non modo est inutile, sed vanissimum, & stultissimum.* Inuictæ leges necessitudinis hominem dirigunt, 10 Psal. 148. Alleg. 2. De Exilio.

Digitized by Google

Boe.de cō. 4 p.6. Sal.ad Cęſ. 11 De vict. 5. cap.9. vt per voluntarię ſuſcepta media ad ordinatum à Deo finem tendat. Quo circa immobilis prudentia Dei, immobilem efficit cauſarum curſum. Qua de cauſa, *Vnuſquiſque eſt faber ſuæ fortunæ*. Cum hebræi vellent ſe fœdare idolatriæ ſcelere, regni gubernacula conceſſa fuerunt Ieroboam, *Quia Deus peccare volebat Iſrael*, ait Rupertus Abbas: Nequeunt itaque præcaueri ordinata à Deo. non quia truditur voluntas, ſed inducitur: ſi ad bonum, à Deo; ſi ad malum, à cœteris cauſis, quæ voluntatem mulcent, ita ordinante Deo. Ex Ioſue afferamus exemplum. Recenſita illa ciuitate, quæ vltro ſe obtulerat Ioſue, ait Sacer textus, *Aliàs omnes bellando cœpit Ioſue: Domini enim ſententia fuerat, vt indurarentur corda eorũ, & pugnarent contra Iſrael: & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent, ſicuti præceperat Dominus Moyſi*.

Ioſue c. 11.

Scutum nobis itaque ſumendum eſt, ſub quo melius animi pacem nanciſcimur, quàm gladius, quo aduerſa nec fugare, nec ſuperare valemus; cum imprudentiæ laboremus morbo, & virium imbecillitate. quo circa ſœpiſſimè eligimus media, non quæ ad optata deducunt, ſed quæ ad oppoſita inflatis velis inducunt. Ita Saul in Dauidem peccans, dum nitebatur eum interficere excidit à vita, & regno. Et Iſraelificus populus ſuorum ciuium conſternatus ſtrage, arma verens Philiſthinorum, Dei arcam afferri præcepit in caſtris, vt ſui Dei tutela præualeret in hoſtes; in luctuoſiorem tamen internicionem incidit præſentia ſacerdotum Ophni, & Phinees, quorũ domum ſe iudicaturum promiſerat Dominus, quæ nunquam victimis erat expianda: nec redimenda iniquitas, qua in Deum peccauerant Pater, & filij,

12

Reg.1.c.3.

Ariſtoteles facilè philoſophantium princeps hanc veritatẽ ſua firmauit ſententia, Deum appellans Neceſſitatem, & Fatũ. *Neceſſitatem, quia eſt immobilis naturæ: Fatum, à conſerta rerum ſerie inoffenſo tenore procedente*. In qua rerum conſerta ſerie, non omnimodam neceſſitatem fatemur inueniri, (cum humana voluntas ſe determinet liberè,) ſed omnimodam conſtantiã in ſanctis Dei ordinibus. quod ipſe fatetur in Iſaia, *Conſilium meum ſtabit, & omnis mea voluntas fiet*.

De Mundo c. de Deo.

Iſa. cap. 46.

Quamobrem veluti ſepto maris, ſcopulique anguſti clauſtro, nulla prodeſt fugæ celeritas, ſi velit inſilientem hoſtem euadere: ita nos vndequaque Dei obſiti potentia, ſpem omnẽ euadendi aduerſa amiſimus. ideo conſtanti animo ſunt toleranda, ne preſſi malorum pondere, deſperationum abſorbeamur fluctibus. nã ſi fortibus viris honeſtè mori ſemper licuit, quãto magis nobis præſentia aſpernari, ſpe munerationis æternæ?

Digitized by Google

ne? nihil itaque respuendum, quod nos manuducit ad hanc perfectam christianam virtutem. profiterique insuper debemus, iustissimè à Deo flagris cædi, & erudiri miseriis. Ita enim molem nostri status labantem Dei benigna manus (abiecto flagello) eriget, & sistet. nam facillimè benignissimus ille Pater ex ira in miserationem delabitur; summopere appetēs incolumitatem nostrarum animarum. idcirco vbi terruit nos, vel corripuit, vt ad veniam properemus, ostentat libentissimè amoris irritamenta. nequit enim ille suæ paternæ beneuolentiæ obliuisci, nec nostris sceleribus obliterari potest illa. 13

Contextus itaque rerum omnium cum Deo ductore procedat, semper vnusquisque sibi præassignatum ordinem in hac chorea tenebit; & ad normam suæ naturæ operans, nullā mutationem inferet in diuinis ordinibus. Idcirco dicebat Peripateticus, *Deus nobis lex est, in omnem illa quidem partem ad æquilibrium vergens; nullam correctionem admittens, nullam varietatem: quippe quæ est stabilior ijs, quæ in tabulis inscribuntur æneis*. hinc vidimus quosdam magnificos mortalium ausus euanescere, & ad nihilum deduci munita castra. Etenim quanto contentiosius se mortales oppoſuerunt sanctis cœlestibus, tanto celerioribus, & acrioribus fulminibus atteruntur à Deo. idcirco illos calamitas, & confusio sequuta est: cum indissolubilibus vinculis Diuina connectantur deliberata, quorum omnium seriem omnia exequuntur, & homo præsertim est illorum obsecutor, aliquando pia, quandoque impia non nunquam inscia voluntate. Igitur Deo deputandæ sunt aduersitates occurrentes, non homini inferenti illas. De Mundo c. de Deo.

Exemplis demōstratur, non posse Diuinæ voluntatis ordinem immutari. Cap. VII.

RAtionibus perspicuam effecimus superiorem sententiam, quam illustrandam ad huc exemplis censeo, vt animo pœnitus hærens, discutiat, & demoliatur omnem tristitiam, quam aduersa ingerere homini solent. tunc minus nos tædebit malorum, cum ineu tabilem nouerimus esse sancitum ordinem rerum. nam Deus ipse, nostra pedissequa voluntate, (dirigens ille humana quò lubet) tenet rerum exitum in sua potestate, & libertate. obloquitur itaque omnis ille Auctori rerum, qui pacatè non suffert aduersa. cum illius sit donum largiri, & fœlicitare prudentiam, quam

Virtutem Deus in nobis auget, minuitque
Vt voluit. Hō. Ody. 6.

Supre-

Suprema moderatrix (incapax inconſtantiæ) cauſa hoc
Nat.9.2. nobis impoſuit onus, quod nulla poſſumus ratione diſcutere, ſed ferre ſolum conſtanter. *Cum primaria lex ſit diuinæ mētis, ſtare decretis*, vt dicebat Seneca. hæc partiens aduerſa, & fœlicia hominibus, ſimul ad vtrumque conceauſas præparat, quarum opera ſtatuta molitur. noſtraque ſibi aptans ſtudia, vel otia perficit cuncta. idcireo recte ait Nicephorus, *Vbi di-*
Niceph.l.2. *uina prouidentia non commilitat conſilijs, actionibuſque humanis, malus ijs rebus obuenit exitus, & cogitationibus valdè aduerſus. Nam tunc vir conſultus non eſt, nec fortis fortis, ſed etiam ſapientiſſima conſilia inſipienter definunt, & generoſa facta, & maximè fortia turpem, & infamem exitum cōſequuntur*. nam iunc vt ait Liuius, *Excæcat animos fortuna*
Liu. lib.5. (prouidentia nempe Diuina,) *vbi vim ſuam ingruentem frangi non vult*. hoc idem cantabat Homerus,

Homerus. *Non eſt, qui fixas parcarum auertere leges,*
Effugere aut poſſit.

Ordinatarum rerum ſerie conſtat orbis; in qua adamantina lege omnes euentus præſtatuuntur. quod ita expreſſit Cicero,
De Diui.2. *Fatum eſt ordo, & ſeries cauſarum, cum cauſa ex ſe cauſam gignit: eaque eſt ex omni æternitate fluens, & ſempiterna virtus*. Hæc per temporaneos motus ſibi ſingula aptans, in lucē ſancita effert. idcirco ſi quis ex tali ſanctione confodiendus eſt glodio, aut impoſturis eijciendus ex vrbe, aut in bonis mulctandus, nulla ratione auertet hæc. quod ſi quis à ſuis ceruicibus fugauerit gladium, ſimiliaque effugerit, in tali temporum neceſſitate, & periculo, talibus adeſſe decreuit Diuina prouidentia. ideo opportuna tribuit tunc, vt pericula fugari poſſent, & auerti ruinæ. à quibus ſi quis inuaſus opprimitur, ab effectu certo ſtatuamus, ita exaratum fuiſſe in æternis codicibus. *Quare nec ignis, nec monumenta ferrea arcent Fatū*,
Pindarus. vt dicebat Pindarus.

Libera, & æterna itaque Dei voluntate temporanea nobis,
2 & æterna conferuntur bona, nulla meritorum prius habita ratione. cum ſine illo vlla in nobis eſſe poſſint, & vtrorumque diſpenſator eſt ad arbitrium ſuæ voluntatis. cætera vero ſummo à nobis quæſita labore, etiam ſi manibus apprehenſa videantur præteruolant vt nubes Auſtro actæ. hoc verum eſſe demoſtremus ſacrorum voluminum auctoritate. quale, deprę-
Daniel.c.4. cor, erat meritum Nabucdonoſoris idolatræ, *Cui Deus cæli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam* ſe dediſſe fatetur apud Danielem? ille primo Iudæam coegit ſibi pen-
Reg.4.c. dere tributa'. deinde eam obſidens diripuit, & exoculatum
24.& 25. Sedechiam Regem vna cum populo in Babylonicam tranſ-

duxit

Digitized by Google

duxit seruitutem. cuius tam ingens erat superbiæ peccatum, vt Dei mulctatus sententia, vna cum bestijs septem annis compascuus fuerit, *Donec sciret, quod dominatur excelsus super regnum hominum, & cuicunque voluerit dat illud.* Idcirco tota ratio largitionis Dei ex eius libera solum pendet voluntate. Qua Cyri quoque apprehendens dexteram, subiecit ante pedes eius nationes, & thesauros patefecit absconditos, & cætera, vt in Isaia legimus. cuius charitas in Iudæos licet cõmendari iure potuerit cum eos patriæ, pristinæque libertati restituerit, impietatem tamen contra Deum non deserens, quæ in illo poterant esse merita, vt tantorum bonorum temporalium cumulum esset promeritus? & Dauidi ingratitudinem exprobrans, dixit *Ego vnxi te Regem super Israel*, nec aliud munus tunc exercebat puerulus, quam curare patris gregem. in quo pastorali opere, regni adipisci merita posse non apparet. quid dicemus de multis Romanis Ducibus, qui malis artibus acquisierunt imperium, quod tyrannicè subinde administrantes, totis viribus Dei Ecclesiam perdere conati sunt? Tullium Seruium vernam natum, Tertium Regem Deus dedit Romæ. Terentium quoque Varronem à macellaria patris taberna educens, consulari dignitate sublimauit, & postea dictatura. refert Curtius, quendam tonsorem ob solam formæ præstantiam adamatum à Regina, interfecto per insidias Rege, occupauisse regnum magnæ ditionis in India.

Daniel. c. 4.

Isa. cap. 45.

Reg. 2. c. 12.

Halica. l. 3.
Val. 3. c. 3.
Curt. lib. 9.

Nullum itaque præcognitum meritum fingi potest ante deliberationem voluntatis Diuinæ. docente Apostolo, *quid habes, quod non accepisti?* si omnia sunt munera Dei donantis, ipse deliberat prius largiri, quæ ad finem conducunt. hinc talia non præcedunt, sed subsequuntur Dei deliberata, vt instrumenta opificem. Quod in prædestinatione oculatius, manifestiusque est, docente Paulo, *Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & magnificauit*, liquet, cætera ad prædestinationem comparationem habere mediorum, non autem causarum. Nec dissimiliter differendum est de meritis respectu temporalium bonorum. nam cui talia largiri disposuerit, ad agendum præparat concausas. etenim nec orbis constare potest sine dependentia à Prima causa, nec secundæ agere possunt sine motu Primæ; At primus motus Primæ causæ est intellectus, & voluntatis, consequenter sequitur, nisi illa constituerit sua voluntate velle dare, nec nos nostra voluntate potuerimus appetere, quanto magis exequi? nec aliqua efficacitas in medijs reperiri poterit, quarum finis à Deo non est ordinatus.

Cho. 1. c. 4.

Rom. c. 9.

Quæ

3 Quæ temporalium áffecutio duplici pacto à Deo fieri mihi videtur, (ni fallor) Primo à se largiente nulla nostra præuia auiditate, secundo nobis volentibus ipsoq; adiuuante. prioris particionis adducamus exempla ex sacris libris, vt grauior sit eruditio. Moyses pastorali fungens munere in saltibus Arabiæ nec quidem per somniũ imminebat principatui Hebraici populi, (nam aspernatus fuerat Pharaonis adoptionem) tamen à Deo immediatè constitutus est Dux sui popoli, imò & Deus Pharaonis. & Abrahamo ita loquutus est Deus; *Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam.*

Exod.c.4.

Hebr. c.12.

Gen.c.15.

Nec Saul patris obsequens iussis, quærensque asinas venabatur regnum, sed à Deo per Samuelem in Regem vnctus est Israel. Nec Dauid inpascuis custodiens gregem, se ad regni gubernacula fore aliquando eligendus à Deo meditabatur. Nec Aaron ad summi Sacerdotij munus, sed solius Dei beneficentia ad illud vocatus est onus. vt dixit Plautus. In plerisque aliis hoc innotauit, vt taliũ donorũ profusione illustrior esset Dei liberalitas, quæ quorumcumque erogatione donorũ non exhauritur, sed ditescit locupletius. etsi non semper suscipientibus fuere vtilia, suscipientium tamen vitio hoc euenit, non largientis Dei. Etenim iste *Ex se largiendo terrena, suadet cœlestia*, vt monuit Gregorius. quin imò vt satis probè ait Vopiscus. *Discant, qui regna cupiunt, non caput esse illa adire, sed mereri.*

Reg.1.c.9.

Re.1.c.16.

Hebre.c.5.

Greg.hom. 32.

Vopis. in Tacito.

Aliquando illa suprema Maiestas, quod est secundum particionis membrum, vt velimus, vt venemur, vt adipiscamur efficit. ita Moyses in libertatem transduxit Hebræos. ita Ieroroboam inuasit regnum Israel. vt sæpe legimus in libris Regum. Quo stante diuini muneris auxilio, nullum efficax esse poterit impedimentum omnino deturbans finem: sicuti nec vlla esse potest tã pertinax proteruia in peccatore, quę emolliri, frangique non possit à Dei efficaci gratia. Efficacissima

Exod.c.12.

Re.3.c.12.

4 enim persuasione mulcens voluntatem efficit certo, quod simpliciter vult fieri. quod etsi videtur moraliter agere, cui non subsequitur effectus necessario, tamen cum certo certius producat effectum, physicarum causarum naturam redolet non moralium. Qua ratione dissidentes opiniones posse conciliari arbitror. Vt quantum ad modum agendi sit causa moralis, cum persuadeat uoluntatem natura liberam. quantum ad effectum, qui infallibiliter sequitur, (cum illuminata uoluntas desuper natura, & dono, appetat bonum.) sit causa physica. sic seruata libertate uoluntatis, necessario necessitate consequentiæ,

Digitized by Google

quentiæ non consequentis, liberum actum non producit. hanc colligamus doctrinam breuiter ex Augustino dicente.

Consentire vocationi Dei, vel dissentire propriæ voluntatis est. ergo non determinatur voluntas, sed suadetur. alioquin iam determinata ad assentiendum procederet; quod opus nō propriæ voluntatis esset, sed determinantis Dei. Et alibi *certum est nos velle cum volumus, licet Deus facit vt velimus.* si aliunde nostrum determinaretur velle, nostrum non esset cum volumus, at nostrum est, quia persuasione præueniens efficit, voluntatem velimus. quare voluntas suadetur, non determinatur. Et alibi, *Ipsum velle nostrum est, & Dei; Dei vocando, nostrum sequendo.* Hinc physicè non determinatur nostra voluntas, quia vocatur illa: alioquin compulsa sequeretur. quare motus voluntatis nostræ erga Deum Dei esset, non nostræ. & alibi, *In potestate hominis est mutare voluntatem.* si aliunde determinatur. quomodo in hominis potestate est mutare voluntatem, nisi quia nostra voluntas à Deo in bonum inducitur persuasione? Quamobrem cum ita hos suadeat, vt persuadeat, semper efficaci gratia mentes eorum illustrans molitur conuersionis effectum. qua ratione videtur opus edere ad modum physicarum causarum, quod ex eiusdem doctrina colligitur apertissimè.

De spi. & lit. c. 34.

De Gra. & lib. arb. c. 6.

Ad simp. 1. q. 2.

Retract. 1. cap. 22.

Etenim ipse definiens prædestinationem ait, *Esse propositum beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur*. si certissimè ad salutem perducuntur, infallibilis erit diuinæ persuasionis effectus. idcirco non sapit talis causa moralium causarum, sed physicarum naturam. & alibi, *Gratiam efficacem à nullo duro corde respui posse*. subinferens rationem, non ait, quia voluntatem determinat, sed quia *ipsa cor emollit*. Itaque certitudo operis non est ex determinatione, sed ex persuasione, quæ cor emollit. & alibi ait, *Si ita præpararet, atque operaretur Deus hominis voluntatem, vt tantummodo legem suam, atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec vocatione illa sancta atq; secreta, sic eius ageret sensu, vt eidē legi, atque doctrinæ accomodaret assensum; proculdubio illam legere, aut prædicare sufficeret*. Cum igitur sancta illa, & secreta vocatione sic nostrum sibi accomodat assensum, vt ex eo certò erumpat conuersio, in re tali, physicè operatur Deus, quia tamen liberè vocantem Deum sequitur homo, apparet Deum non determinare hominis voluntatem, sed mulcendo persuadere. *Tua igitur aliqua ex parte est gratia, quare merito ingredieris coronatus*, dicebat Basil. Ideo liberè se determinat voluntas pellecta à Deo, suauissima illa motione Dei, quæ cuiusuis cōuersionem moliens, perficit certo, & infallibiliter.

De Bono pers. c. 14.

De Præd. sanct. c. 8.

Epist. 107.

In Gen: Hō. 10.

Digitized by Google

Est enim illa Diuina persuasio altioris ordinis, & per consequens, efficacitatis, quàm humana. cum ad nostram necessario, vel certo non sequatur effectus, ad illam vero Dei, infallibiliter, non ex vi determinationis, sed ex suauitate persuasionis. sicuti ex præstantia obiecti visionis beatificæ determinatur beatorum voluntas ad illud bonum, à quo non possunt excidere, Non quia à præstantia summi boni tollitur libertas, sed quia tollitur naturæ mutabilitas, nos vero possumus viatores, quibus non licet illud intueri. Itaque Diuina persuasio, quia persuadet, remanet in nostro arbitrio libertas, quia certissimè persuadet, certissime sortitur effectum: & ideo est omnino certa. Quare stante libertate arbitrij, nemo potest eripere oues de manu Domini, cum indubiè ad se pelliceat, quoscumque cœlesti illa persuasione. assertam doctrinam firmemus exemplo. Cæsar obfirmato animo capitalem sententiam in Ligarium edicere statuerat; adeò vt nec Ciceronis oratione fateretur posse dimoueri. attamen isto orante, se primo commotum ostendit grauitate orationis. sed cum Cicero eius retulisset beneficia, simulque gloriam Pharsalicæ victoriæ, veluti amens prosiliens è sella, proiecto, quem manibus gestabat, supplici libello, rerum Ligarium absoluit Cæsar. Certè si cui voluisset persuadere, potuisset Cicero eadem ratione, licet causa moralis esset quantum ad modum, quantum ad rem causa physica esset. De qua re satis sit dictum cum sit extra cancellos.

Plut. in eius vita.

Simili pariqué methodo Deus bonorum temporalium affluentiam impertitur, quorundam ad illa deliberationes excitans, quas ipse subinde moderans dirigit, vt finem consequantur. sicuti secreta illa sancta vocatione ad assensum pertrahens, delinquentis conuersionem elicit. Nam nihil magis proprium est illi, quàm benefacere. ideo etiam indignis suas partitur munera, non solum, vt suas ostentet, & eroget diuitias, sed vt nos etiam æmulatores efficiat huius suæ eximiæ virtutis. Huic veritati multa attestantur sacra exemplа. Dauid, duce natura, Saulis gladium à suis ceruicibus auertere cupiebat, sed Deo interius excitante ad oraculi Diuini monita confugiens, cum nouisset se ciuium Ceilam perfidia tradendũ Sauli, fuga elapsus, irruentis Regis declinauit rabiem. sic excitatus Dauid, adiutusque oraculo, vitam seruauit.

7

Re. 1. c. 13.

Et interfecto Saule, vna cum Ionata filio, oraculi sequens consilia Dauid, ascendit in Hebron. ibidemque electus est Rex super domum Iuda. Et incensa, & uastata Siceleç, abductisq; animabus in seruitutem, superueniens Dauid consuluit Dominum, à quo monitus fuit, ut consequeretur illos latrunculos, à qui-

Reg. 1. c. 2.

Reg. 1. cap. 30.

Digitized by Google

à quibus prædam excussurus erat, quod vt præstaret Deus, ita instruxit causas, vt Philisthæi congressuri cum Saule non admitterent Dauid in castris; vt recto itinere ad suos reuerteretur; vt moneretur oraculo; vt infirmus Aegyptius illi latrunculos inuestiganti occurreret; vt hic nosset vbi subsisteret cuneus ille prædonum; vt illos operam dantes epulis inueniret Dauid; vt felici certamine sua, suorumque reduceret bona. nam quæ alicui cœlesti beneficentia destinata sunt bona, humano nequeunt consilio, vel malignitate retardari, Deo monente quandoque externo oracuIo, vel interno prudentiæ lumine, vel commutante omnia ad deliberatum suæ voluntatis. Quis in dubium reuocat, si Hannibal post victoriam de Romanis adeptam ad Thrasimenum lacum, vel post alteram ad Camnusium acquisitam, in quibus plusquam centum millia Romanorum occubuere, si statim Romam inuasisset armis, potitus fuisset imperio? At vero Deus illius moderans consilia, & voluntatem regens, compescuit ardorem; cum solum flagellare decreuerat Romam, non euertere: & hanc Regni Christi constituere regiam, (vt in Danielem dixerat) nō Carthaginem. quod ipse Hannibal animaduertens confessus est, *Potiundæ sibi Romæ, modo voluntatem non dari, modo vero deesse potestatem*. Cladius Cæsar rumore cædis Caij territus, cum se in deformi latebra abdidisset, à qua ab ignobili extractus milite, cum illum deinde multi deferrent timtem, ac trepidum, *Miserante turba obuia, quasi ad pœnam, & supplicium raperetur insons, creatus fuit Imperator*. ait Suetonius. Ergo verum est dictum Thymaleontis, *Rerum humanarum nihil sine diuino numine agi*: vel aperto monitu, vel occulta moderatione concausarum, vt refert Aemilius Probus.

Flo. 1. c. 6. Polib. lib. 3. Daniel. c. 7. Paul. Aqui. lib. 3. Suet. c. 10.

Ergo cui vult Deus aliquod elargiri bonum, quandoque commouens eius voluntatem, (& si etiam alijs rationibus idem præstitat) largitur media, vt quæsitet, vt veneturs & dum iste quæsita appetit, ille efficit, vt iste potiatur. Cui vero denegat, obsistens, mediorum efficaciam commutat. ita quæ profutura erant, aduersa redduntur, qua ratione laboranti impedimento fiunt. cum à priuario Duce causarum vim pendeat. hinc magis influit ille effectibus, quàm cœtera agentia. quamobrem videmus sæpe læuibus causis magnarum rerum moles momento euerti, & ingentes consiliorum apparatus nullo impellente ex se funditus rui. etenim vt perite Augustinus ait, *Voluntas nostræ tantum valent, quantum Deus valere voluit, atque præscitur. ideo quicquid valent certissimè valent, & quod facturæ sunt omnino facturæ sunt, quia valituras, atque facturas ille præscinit, cuius præscientia falli non potest*. De Ciui. 5. cap. 9.

8

Digitized by Google

Assiduis constat experimentis, accuratum obsequium, & turpe otium; assidua munera, & spretam beneuolentiam; notas virtutes, & erubescenda crimina; similiaque aliquando prodesse, & quandoque obesse apud Principes. etenim verum est
Hist. lib. 1. illud dictum Taciti, *Gratus Neroni Otho æmulatione luxus.*
Hist. lib. 2. ideo *Quibusdam fortuna pro virtutibus fuit.* Quamobrem aggressuri negotia firmo teneamus animo, nihil aliud nos esse consecuturos, quam quod Diuina largitas nobis impertiri constituit. etsi interim nos lateat illa: tamen niti debemus vigilanti labore. Nam si suprema illa manus nobiscum operata non
5 fuerit, nihil succedet ex voto: at illa propitia omnia nobis viam munient, vt etiam ignari complectamur temporaneas fœlicitates. quo prudentissimo regendi munere Deus timore incutit superbos, miserisque spem tribuit, & lugentes subleuat à mœroribus. cum ab improuiso causarum recursu deprimi possint illi, isti vero extolli. qua causarum efficacitate, demonstrat, aliorsum non posse traduci suas sanctiones, & sua fata vitari non dari. Quod modo ostendamus exemplis, eorum primo, qui fœlici euentu declinarunt à funestis. sed
Annal. 3. illud Taciti prius dicamus, *Mihi quanto plura recentium, seu veterum reuoluo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotijs obseruantur. quippe fama, spe, veneratione, potius omnes destinabantur imperio, quam quem futurum principem fortuna in occulto tenebat.* & Aristoteles philosophorum magister,
Mora. Eud. 7. cap. 17. *Felicitatem vel naturæ beneficio quis accipit, vel vt inquiunt, beneuolentia Dei, qua etiam in exilio, & ciectus, benignitatem fortunæ experitur.*
10
Vale. 1. c. 7. Simonides nauigans, cum appulisset littori iacentis mortui corpus humauit, à quo admonitus per quietem, vt sequenti die à nauigatione abstineret, consilio parens nauigium ascendere noluit, cæteri vero ad nauigandum obstinati inde soluentes procellis obruti fuere.

Vale. 1. c. 8. Idem Simonides apud Scopam cœnans, cum relatum illi fuisset, duos iuuenes ad ianuam astare magnopere illum flagitantes, prodiens inuenit neminem. cum interim corruens
Curt. lib. 9. domus conuiuas omnes sua extinxit ruina.

Alexander Magnus Tolomæi assidens lectulo, qui penè animam efflabat ob inflictum vulnus à barbaris venenato telo, somno correptus Rex sibi visum à dracone ostendi herbam, qua moribundus curari posset, quæsita fuit, ostensis signis, illa inuenta, & applicata conualuit.

Curt. lib. 8. Idem Rex fatidicæ mulieris iussu repetens conuiuium, (quę per totam noctem protraxerat) necem effugit, quam parauerat illi inferre suus grex exoletorum, cum eum oppressum somno videret.

Qui-

Digitized by Google

Quibus vero matura est pernicies cœlesti constitutione (hoc est Diuina, ne sequi videamur Astrologorum deliramenta) suis se miseri perdunt consilijs, quia *Inexitabilis sors est*, vt ait Curtius. Ita supremus artifex animi nostri motus attemperat obiectis, assuetudinibus, inclinationibus, assentationibus, prauis consilijs, opportunitatibus, cœterisque concausis, vt liberè nos eligentes nostra sponte sequamus fata nolentes: qua ratione prudenter disposita infœliciter succedunt propter duram conditionem fati. Est enim Deus auctor cunctarum actionum, vt docuit D. Thomas, quia vires tribuit, quia substentat, quia applicat, quia dirigit, & tandem quia determinat. Ideo Roboam iuuenum consilium sequens, locum dedit suo fato. ita ait Sacer textus. *Non acquieuit Rex populo, quoniam auersatus fuerat eum Deus, vt susciteret verbum suum, quod locutus fuerat in manu Abiæ Silonitæ ad Hieroboam filium Nabat.* (Defecit enim ab illo major pars regni) qua pœna mulctatum fuit peccatum idolatriæ Salomonis, cuius, dum opportunius iudicauit adolescentium consilium, in Domini incidit sancitum decretum, *Egredi gladio de vagina Dei*. vt dicebat Ezechiel. *Legimus etiam in Primo Regum* admonitos filios Heli nō paruisse patri, subiungitur ratio, *Quia voluit Dominus occidere eos.* fræno itaque diuinæ inspirationis non coercitæ illorum voluntates, à se in præcipitium actæ sunt & ita se ruierunt cœlestibus decretis. quia occidi meruerunt. *Nam potest voluntas mala in se corrumpi, & resolui per proprium vitium, sed non potest per velle extra se præcipitari, nisi qua ei aperitur via; & qui præcipiti, qua vult ad ruinam via aperit, quodammodo ipsum inclinat, non impellendo, sed permittendo, & non tenendo. nec ipse est auctor ruendi, sed incedendi ordinator,* Hæc præclarè ait Hugo. ita ab irato Numine supplicium, & ruina componitur. De profanis aliqua promamus exempla.

Curt. l. 10.

Cont. Gen. 3. cap. 67.

Re. 3. c. 12.

Exec. c. 21.

Reg. 1. c. 2.

Hugo de S. Victore. De sacra. p. 5. cap. 29.

Iulius Cæsar Astronomiæ peritissimus tametsi videret Martias idus sibi fore exitiales propter Scorpionis occasum, (cuius etiam admonuerat Spurina) imò Senatum petens conspirationis admonebatur per quendam supplicem libellum, quem gestabat manibus, tamen ineluctabilis fati decreto, neq; hunc legerat, spreueratque cœtera. idcirco destinato fato functus est ad Senatum accedens. Philippus Macedo oraculo admonitus, vt à quadrigæ violentia suam tueretur vitam. solui omnes quadrigas à regno præcepit. non effugit tamen pugionem Pausaniæ, in quo celata erat quadriga, per quam incidit in suū luctuosum fatum.

Paul. Aqui. lib. 6.

Val. l. 6. c. 8.

Alexander eius filius ex India reuertens à Caldæis monitus, vt ab

Curt. l. 10.

Digitized by Google

vt ab ingressu cauerent Babilonis, cum ostenta illi portenderet mortem. prædictiones aspernans, à significato fato occupatus interijt, occupatis præcordijs à veneno.

Val. l. c. 7. Crœsus cum per somnium vidisset sibi successorem filium abripi ferro, omnem circa filium amandari ferrum iussit. tamen instante fato dum ingentem aprum venantur amici, lancea, (quæ in bestiam erat immissa) contorta in illum, orbitatis fuit causa patris, & necis filij.

Constantia deliberatorum Dei est in causa, vt nihil substitui possit in præordinatis à Dep. etenim sicuti omnia mobilia corpora ad immobile aliquod corpus reduci necesse est, ita volubiles voluntates ad inuolubilem Dei. sunt ei omnia præsentia. hinc exacto consilio deliberat, & efficacissima exequitur voluntate. quamobrem omnia omnibus succedunt iuxta constitutum à diuina mente. vt sæpe diximus, & sæpissime memoria repetendum est, ne aduersitatum procellis aliquando impellamur à tranquillitatis gradu. hinc nec prudenter dispositis læta succedunt semper nec insipienter ordinatis à nobis mœsta subeunt. *Si sanis hominibus*, vt dicebat Seneca, *publica priuatis potiora sunt.* sequitur, vt Deo sit carior custodia vniuersi boni, (quod est ordo) quàm priuatorum vtilitates, & felicitates. qua de causa omnia sunt abillo, quod cecinit Boetius.

De Ele. l. cap. 4.

De Cons. l. 4 met. 6.

Sedet interea Conditor altus,
Rerumque regens flectit habenas
Rex, & Dominus, fons, & origo,
Lex, & sapiens arbiter æqui.

Igitur sicuti non ad altum Diuinæ gratiæ gradum aspirare possumus, quàm ad præordinatum à cœlesti munificentia: ita non ad alia potiunda tempora alia nobis vires suppetent, quàm quæ benigna Dei manus nobis largiri statuit. Nam tam in primo, quam in altero munere, ipse præparat, largitur, fouet, & perficit media. arescant semper nostræ felicitates tum priuato, tum aliquando publico malo, nisi ad finem vsque illas fœcundare Dominus concausis à se ordinatis statuerit, alioquin omnis labor in incassum cedet illo non propitio. *In cuius manibus sunt tempora, & sortes nostræ.* Itaque vere asseruit Plato, *Homines ad felicitatem dirigi non posse, nisi à moderatrice Dei manu.* & Aristoteles docuit, duo esse genera hominũ, qui ad amplissimam inducuntur felicitatem. ambo tñ illam adipisci sine ratiocinatione: Vel vt ille ait, *Irrationales vero ambo.* Moral. Eudemi. lib. 7. cap. 18. Nec alicui nisi sapienti contingere posse felicitatem semper asseruit. Ethi. 10. cap. 9. & Tacitus, *Batauorum coborles in Germaniam fuere remissæ,*

Psalm. 30. Peleg. 1.

Hist. lib. 3.

prin-

principium interno, externoque bello paranibus fatis. Enim vero vt inferiores causæ illa solumodo perpatrant, quæ moliuntur Motores orbium, sic isti nec aliud operari studeant, quàm quod perfici nouerint à cognito, & amato Deo.

Nitè oportet contra aduersa.

Cap. VIII.

ITaque si fati constitutos ordines nulla ratione possumus ad- 1
nostra transducere vota, cum inalternabiles sint illi, demissis manibus, reiectoque labore, desidiæ opem demus, & otio. Si à cœlo demittuntur omnia, (cui omnino imbecillis homo reluctari non potest) expanso sinu recipiamus aduena, & fœlicia: cum cœlestis illius mandati ordo sit prorsus ineuitabilis. hinc cum ab eo declinare satagimus, ingredimur carceres, & dum obsistimus, vincimur ferrea catena. Ingenio itaque, & viribus imbecilles desinamus bona prosequi fortunæ, vel auertere mala; cum contra vim illam omnia ordinantem, & moderantem frustra nititur labor, & defugat sagacitas; vano studio quærens ea, quæ æternis sanctionibus constituta sunt minimè nostra fore. sicuti nostra oscitantia retardari non potest fœlicitas, quæ ad nos properat diuinæ prouidentiæ iussu. Quamobrem assignati nobis euentus rerum infallibiliter contingunt; nam, nostra studia etiam, & otia, famulantur fato. qua ratione vel laborum pœnitendum erit, cum nihil contulerint; aut dolendum, cum illis nobis met ipsis concilauimus mala. Supremi itaque Numinis ordine certo omnia succedendo, spem omnem adimunt mortalibus, posse vigilantia declinare, aut saltem mitescere dura, asperaque euenta, aut aliorsum traducere: cum semper, qua imperata sunt serie, procedant. *Hinc inuictæ leges necessitudinis, pectus etiam ab amen-* Val. c. 16.
tia remotum, prodigia iusta æstimatione perpendere non patitur, vt dicebat Valerius. Committenda sunt itaque omnia Diuinæ menti, cum illius sit infinita virtus, & sapientia, contra quas nec consilium dari possit, nec auxilium. idcirco assolet, ad suarum virium ostentationem ad summum perducta, vt relabantur cogere; & subinde vt ascendant velocius impellere, quàm quod fuerant delapsæ. Ergo prudentia est, res suis ordinibus deserere, quos temerare non valemus. nec assequi bona auertente Deo, nec auertere mala ipso immittente. pari enim lege eueniunt ista. idcirco conspirent omnes animi nostri conatus ad vnicam certamque desidiam, fugamque molestarum cogitationum experientia demostrante vltro quibusdam

incre-

Digitized by Google

incrementa dari fœlicitatum à Numine, quorundam fedalis quæsita studijs denegari.

Plaut. in Bacchi. *Pro galea scaphium, pro insigni sit corona plectilis,*
Pro hasta talus, pro lorica malacum capitium pallium.

hoc est deserțis grauioribus studijs, ansijsq; solicitudinibus acquiescamus præsentibus; cum cuncta nobis accidant ad æternę legis normam, omnino inflexibilem nostris conatibus.

Amice, acquiescunt his rationibus libenter ignaui, & inscij, à quibus otium præfertur labori, & incogitantia sapientiæ, sic sapiens sibi videtur argumentatrix ignorantia quorundam, cum teste Iuuenale,

Satyr. 13. *Paulatim vitia, atque errores exuit omnes*
Prima docens rectum sapientia.

2 Hac enim certo agnoscunt prudentes Dei iudicia prorsus latere hominem. quo solo lumine fugant has tenebras humani ingenij. ita Augustinus docet, *Tu autem lumen fugans tenebras, illuminans me, non à me mihi lumen existens, sed lumen non participans nisi in te.* Sacræliteræ ostendunt, (in quibus verarum virtutum est manifesta cognitio) aliquando hominem tenuisse, Deo fuisse satis; quandoque impulisse, sed non euertisse; non nunquam prostrauisse, vt honorificentius extolleret. *Nē apud ipsum est sapientia, & fortitudo: ipse habet consilium, & intelligentiam*, vt ait Iob. Quæ Dei consilia incomperta nobis, impellere debent, vt in aduersis omnem mouentes lapidem. & contra fortunam stantes, auertamus mala. *Qui multa audent, aliquando fortunam affore debent sperare, etiam vbi vires, vel artes desunt*, ait Tacitus. Nam etsi semper perficiuntur iussa Dei decreta, ignoramus tamen an nostra sedulitate statuisse Deum illam aduersitatem fore à nobis fugandum, aut commutandam infœliciorem conditionem, cum ad suæ beneficentiæ argumentum, nos in plerisque concausare ordinauerit, vt nostris sedulitatibus daretur opportuna occasio. quare illa indicibilis Dei prouidentia terruit Niniuitas, impulit Ezechiam, Iobum ferè euertit, vt sua detegens arcana nobis prorsus ignota, nunquam in aduersis despondeamus animo: quin etiam contra nitamur. sed de singulis sigillatim dicamus.

De Verb. Domini in Matt. ser. 8.

Iob. c. 12.

Hist. lib. 5.

3 Quid minacius dici poterat Niniuitis à propheta Dei assumpta persona, quam *Ad huc quadraginta dies, & Ninive subuertetur?* quod adeo efficaciter sibi futurum suaserat Ionas, vt primo se proripuerit nauigio à facie Domini, ne tam luctuosæ cladis esset delator, & nuntius. at orta tempestate à nautis veluti piacularis victima fluctibus minacibus traditus est, & deglutitus à Ceto, rursus telluri restitutus à bellua; vt

Ion. cap. 3.

peri-

Digitized by Google

periculo correptus vitæ, impositio muneri prædictionis insisteret. secundo cœlesti, mœstaque promulgata sententia sub virorem hædere expectabat Ciuitatis euersionem intueri oculis, ignorans Dei sententiam minatoriam esse non decretoriam. hac ratione sapientissimus ille omnium auriga Deus decreuerat eam seruare territando. Nam etsi illa peccatis onusta consentaneum foret Diuinæ iustitiæ aquis Tigris subuerti, tamen *Dei misericordia antiquior illa*, vt ait Philo. eam reuocans terribili nuntio à lautitijs ad ieiunium, à lasciuijs ad lachrymas, à peccatis ad pœnitentiam, seruauit. Sciens satis illi fore ad salutem, si tam luctuosa prædictione concuteretur. cum territam nouerat per suam gratiam obsecuturam sibi abiectis sarcinis, quibus proponderabat ad naufragium. Patet itaque minatoria Dei decreta quandoque mutari. vnde Hierer. ait, *Pœnitebit Dominum mali, quod locutus est aduersum vos. si bonas feceritis vias vestras. Minatur sæpe Dominus, non vt opere compleat minas, sed vt correptis nobis minas ad opus minimè perducat*, ait Chrisostomus, *Nec in aliquo istorum mutatum est Dei consilium, sed tantum sententia*. sic idem docuit. Quod Deus sit immobi. Hier. c. 26. In Gen. hom. 22. In Gen. hom. 25.

Nec si aliquod Dei decretum, quid piam nobis molestiarũ afferret, quo videamur euersi, ideo de nobis actum esse arbitrari debemus. Nam ab arcta obsidione prius Regis Syriæ libera uit Ezecchiam, ita armis pressum, vt prope diem videretur ille cogi hosti præbere iugulum; & lachrymabundè intueri suorum ciuium bona rapi, mulieres stupris pollui, nec sacro, nec profano à barbaris abstineri, sed vastari omnia militari rabie. 4 Isa. cap. 16.

Postea vero à funere reuocauit, cum iam orci portas ingredi cogeretur, & regium solium commutare sepulchro. edicente Isaia ex iussu Domini illi grauiter ægrotanti, *Dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues*. Quo lugubri perculsus nuntio Ezecchias non in desperationem actus, sed potius excitatus memoria paternæ miserationis Dei, ad parietẽ oculos intendens, fleuit maxima cordis tristitia, dicens, *Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Suadere principi quod oportet, multi laboris, assentatio erga principem quemcumque affectu peragitur*, dicebat Tacitus. at vero cum Deo sola fiducia valet, quæ est veritatis comes. quare eius oratio celeri volatu ad solium vsque Dei ascendens, compulit, (priori deleta sententia) quindecim annos illi adijcere vitæ. adeo inflexibilem Deum piorũ lachrymæ ad clementiam descendere cogunt. Quamobrem non so- Isa. cap. 18. Hist. lib. 1.

Digitized by Google

lum acerba denuntiata amouet, felici commutatione, sed deiunciri se patitur, ne iratus sontium corripiat scelera quasi verens in illa animi constitutione transgredi iustitiæ leges. ita Exod. 32. Moysi dixit, *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos*. Emollitur igitur orationum vi, liquescit lachrymarum pluuia, rigor prænuntiatorum Primi Regis. quæ etsi iustissimè intenderat, ita poscente quandoque pestifera conditione nostri viceris, tamen mediatricibus lachrymis voluit ipse ad miserationem induci. Non solum vt suus amatus Rex diutius viuens, exercensque maiora pietatis opera, plenius populum instrueret similibus incumbere muneribus, sed nos ijs prædictionibus, (quorum exitus nos latent,) moneret minacem, & cædentem Dei manum auerti posse religiosis supplicibus. Idcirco Isaias non tam fuit prædictor mortis, quàm lachrymarum emunctor, quibus sanciuerat Dominus ad naturæ cursum Regis, quindecim annos adijcere vitæ. *Non consilium mutans, sed opera*, vt Augustinus, Manual. cap. primo. *Est enim immutabilis Deus, semperque perseuerat in his, quæ ipsum facere decet, nec vnquam admittit mutationum aduersa facienda, quæ ipsum dedecent*. Hæc Iustinus ad 36. quæstio. orthodoxorum. Nam Deus ipse, qui corda nostra regit, nos transducit ad spem Numinis, in quo vis miseriarum cumulos enimuero sicuti bruta non regūtur à brutis, sed ab homine, ita homo non ab homine, sed rectè moderatur à diuinis oráculis, & interno Dei illapsu.

Sed veniamus ad Iobum non modò territum, vt Niniuitæ, 5 non perculsum solum ægritudine, vt Ezechias, sed euersum, sed omnino perditum; cum tantumodo illi relicta forent labia circa dentes; vt luctuosa promendo, semper renouescerēt molesta. contra quem & multorum finitimorum conspirauerant arma direptis bonis, & cæca elementa. nec certe sine argumento irati Dei, cum ignis contra naturam descendens cōsumpserit oues, & pueros; & aer tam ingenti motu angulos domus concusserit, vt illam demoliens, vnico lapsu filios omnes oppresserit. quamobrem absumptis omnibus bonis, nec quidem in diutino temporis interstitio, vt leuius per interualla ferre posset tantam congeriem aduersitatum, dolore vicerum contortus, ad huc mulieris exprobatricis torquebatur insania, & consolantium amicorum audacia, à quibus palam, vt obnoxius criminibus, criminabatur. cum tamen in malis vnicum sit solamen inculpata conscientia. In qua miserrima iactatione tantarum calamitatum, quis crederet illum ad fe- 6 liciora disponi? quis affirmaret Deum talem virum fouere impensè? his similibusque miserijs quorundam mortalium

diui

dirui fortunas permittit ipse Deus, vt nihil mortales sibi spõdeant stabile. cum vnumquodque circumduci necesse sit ad perennem instabilitatem rerum omnium. vt ex ijs quandoque Dei sint palam iudicia, quibus scit, & vult, non nunquam funesta commutare in læta, & infœlicia in fausta. & tandem vt nullo bonorum naufragio desinamus inuicti persistere in petitione cœlestis auxilij, à quo sunt recta, & magnifica consilia. Ita Cambyses Rex Astyagi filio dicebat. *Imbecillis est, & hebes mortalium natura. Sed cum nihil sapientiam Dei lateat, omnia ex sententia ijs cedunt, quibus illa præest: cæterorum vero hebetari sensa manus injicientibus fatis.* Quare orbis Dux Iobum sanitati restituens, addensque duplicatam bonorum copiam, simulque fœcundãs pari filiorum numero, quorum filios filiorum intuens, diutius producta vita, lætè diem suum obijt. Meruerat Iobus innocentia vitæ (fortissimum aduersitatum munimen) sibi propitium fore Deum in aduersis. quibus ille obuiam iuit integritatis perseuerantia, & benigna susceptione; Proclamans, *Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineamus?* sciens in malis occurri posse. nam propitiato Deo illa fœlicius recudi possunt, & superari magnificentissimis Dei donis. Herodo. Iob. 42. Iob. c. 2.

Non itaque Dei etiam terrificis denuntiatis summouenda est nostra solicitudo, vt propulsemus aduersa; sed neque si ingruerint, vel si funditus demoliti videamur ab illis. nam & reici illa possunt, & traduci ad inopinatam fœlicitatem à munificentissimo Deo. assolet enim illis à nobis supplicationes extrudere, quibus summopere lætatur, vt paternum patrocinium apertè demõstret. quamobrem cum ansi actus diuinorum arcanorum nos lateant, etiam si Dei nomine aliquid aduersi nobis denuntiatum fuerit, obniti debemus opportunis remedijs, vt illud arceamus. & præsertim illis, quibus diuina clementia reconciliatur nobis. idcirco prudenter ille Niniuitarum Rex indicto ieiunio, oratione, & sacco, dicebat, *Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus?* quantò magis si humana nos impulerit fraudulẽtia, quæ satis imbecillior est, & semper inuisa Deo ob prauitatem? itaque 7 Ionas c. 3.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito, Aeneid. 6.

secundarum causarum adiumentõ. cum à Deo vis illa non tollatur, sed dirigatur sæpe ad deprecantium vota. hinc in infortunijs adhibenda sunt remedia. hoc enim nostri est oneris, sicuti prosperum iter tenere in quæsitis, Dei munus est largientis. qua de causa Constantinus Magnus imaginem suam sublatis in cœlum manibus, ad instar implorantis opẽ à Deo,

Digitized by Google

nummis aureis imprimi mandauit. Interim in tanta obscuritate arcanorum Dei irasci non debemus, nisi ægreferamus à tanto prudentissimo Duce gubernari, qui cum non nouerit nisi bona dare, temporalium loco nos quandoque ditat cœlestibus; vt in luctuosis aggressibus fortunæ. tunc namque ad
8 illum accurrimus suppliciter. Et eadem rerum obscuritas compescit iniquos, ne nimium exultent in nostris malis, nescientes quousque possit illorum malitia contra innocentiam grassari. Nec sese temerè iusti insidiantibus tradunt, expectantes definitum tempus à Deo sui scelicissimi exitus.

9 Quod si à magnitudine animi spes in aduersis solet proficisci aliquando, multo magis debet ab innocentia, quæ victoriarum solet esse pleniſſima ob Diuinum auxilium. quod certe licet patiatur illam vacillare, non tamen euerti. in qua fiducia omnis vitæ nostræ status sit lætior; & mœstus placatior, & depressus erectior, ideo fortiter reluctandum in aduersis.

Tuc. lib. 10. *Magis terrorem incuties inuadere volenti si prior occurres, quàm se solum te repugnaturum significes*, dicebat Tucidides.

Hist. lib. 2. & Tacitus, *Fortes, & strenuos contra fortunam insistere spei, timidos, & ignauos ad desperationem formidine properare.* Ad mouendę itaq; sunt manus laboribus, alioquin absolui nō potest opus ad votum. & fortasse nostris negligētijs irascens Deus, inerat duriora. solet ille (ex græcorū prouerbio) bona laboribus vendere. Quo circa assolet peritus nauta ingruentibus procellis modo submittere vela; modo tempestati cedens cursum prosequi, quò sæuitia ventorum impellitur, modo se vndis attemperat clauo, aliquando se vltro impellit remis. peruicacius, quàm quod truditur ab æstu maris; at si se lachrymis daret, cedens sæuitijs pelagi, procul dubio periret naufragio, non quidem fati ira, sed sua segnitie.

10 Non est igitur paueſcendum, aut desperandum ob alicuius
Hist. lib. 4. aduersitatis occursum. nam *Ausos libertas sequitur*, ait Tacitus. & exiguis momentis depressa emergunt, & inclinantur
In Paneg. erecta. *Habet vices suas conditio mortalium, vt aduersa ex secundis, & secunda ex aduersis nascantur*, dicebat Plinius. Confecto Cremonensi prælio, superato Othone Vitellius potitus est imperio. cum ibidem postea Vitellius non deflexisset oculos à tā lugubri spectaculo tot millium suorum ciuium
Hist. lib. 2. insepultorum, ait Tacitus, *Latur vltro, & tam propinqi sortis ignarus*. nam paulo post ipse fœdius eundem instaurauit
Tacito. exitum funebrem. Quod si verum est, vt verum est, *Deum*
Hist. lib. 4. *fortioribus adesse*: & Ouidius
Metam. 11 *Audentes Deus ipse iuuat*.

hoc animi robore Dei procuremus auxilia. cum sæpe nostrarum

rum lætitiarum initia sint ipsæ lachrymæ, ex quibus, veluti purgato humore, oriuntur gaudia.

Quo circa viuite fortes. Hor. Sat. 2.
Fortiaque aduersis opponite pectora rebus. 11

Hac ratione præsertim, cum nouerimus Dei promissa nostris promereri studijs. quod fuit perspicuum maximè in Isaac. Qui & si promissionis Diuinæ factæ *Abrahæ esset conscius, In semine tuo benedicentur omnes gentes.* quod etiam iuramento firmauerat, *Per me metipsum iurauidicit Dominus.* qua de causa certissimè nouerat se fœcundandum prolem; tamen *Præcatus est Dominum, pro sua vxore, eo quod esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.* quare doctè Gregorius ait, *Adde hoc electi per laborem perueniunt, vt postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante sæcula disposuit dare.* Gen. c. 22. Gen. c. 25. Dialog. 1. cap. 8.

Itaque viribus, vel etiam diuinis promissis adiungenda est solertia, & labor, vt consequi possimus fœlicia, aut deturbare aduersa. ita Ferdinandus Secundus Aragonicus res suas maximè bello attritas, ac pœnè desperatas ingenti cum gloria recuperauit constantibello. nunquàm enim voluit Caroli Octaui Regis Francorum conditiones pacis accipere, eo vsq; obdurauit, dum rerum fieret conuersio. Qua propter auitum Regnum Neapolitanum præclarè denuo suo subiecit imperio. exiguis namque momentis, quæ in bello geruntur, inclinantur, vel extolluntur. Vt fœliciſſimus ille Sylla, cum se à suis 12
deseri cerneret in prælio, exclamauit, Ego gloriosè moriar, Appia.
at vos, si quis quæsierit, dicite vestrum Ducem in Orchomeno tradidisse. qua commoti exprobratione milites repetentes bellum vicit Sylla: nam magnitudine animi propitiam sibi fortunam effecit. *Equidem infirmi est animi aliquo lapsu summæ rei diffidere*, vt ait Egesippus. sed experiunda sunt omnia. *Et more anguium, etiam obtrito capite, debemus saltem cauda minari*, vt dicebat Florus. ne nimium insolescant peruersi: & nos latent Diuina iudicia, à quibus non nunquam per lachrymas compellimur, & trudimur ad fœlicitates. Egesip. l. 2. Flo. lib. 1. cap. 15.

Spe erigendus est animus in aduersis.
Caput IX.

AD lætitiora modo transeamus Amice. etenim etsi semper 1
syncerè est monendus amicus, (cum veri indiligentia, & adulandi libido corruperint orbem.) illiusque errata sint corripienda ingenuè, ne nostra taciturnitate, aut lenitate, in-

dete-

deterius prolabatur. (semper à consulentibus dicenda sunt vera, inculcanda sunt aspera amicis quia vtilia; non iucanda, quia sœpe lethalia. ideo qui adulantium comitatu gaudent, infidis consilijs sunt obnoxij.) tamen illa suasio digna est amico, quæ animi calamitatibus subueniens medetur malis. at vero si assiduè repetet obuiam iri non posse malis ob ineuitabilitatem sanctionum Dei, facillimè deditum animum mœroribus, desperationibus obruet. quare non minuet, sed augebit amaritudines. tunc veluti altero formato choro tragico ad luctum, ad lachrymas prouocabit amicum. quamobrem imprudentia amici amicus ad desperationem adigitur. nam cuius compescendæ erant lachrymæ, augentur spe abscissa fœlicioris successus. idcirco pro solamine mœstitiam offert, quasi extremum remedium sit in malis deiectio animi, & efficax effugium laqueus, & acerba mors.

Aduersitatum itaque procellis agitatus animus nutriendus est spe lætioris fortunæ, quæ nunquam iuramento firmauit aliquem cogere perpetuis ingemiscere malis. sed nec quidem potest, cum summopere sit suæ volubilitatis amatrix. qua insidiosa arte suspensos tenet animos omnium mortaliũ. eadem inconstantia terrens fœlices, & spe nutriens miseros sui fœlicioris regressus. ideo rectè ait Tibullus,

Tibul. 2 eleg. vlt.

Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Spes etiam valida solatur compede vinctum.
Crura sonat ferro, sed canit inter opus.

sperabundam nostram naturam effecit Deus, sciẽs nos assiduè agitandos esse malis. ideo idem est terminus vitæ, & spei, Mors ista spei, & angoribus terminum imponens, bona, & mala cuncta mortalium profligans, nos trudit ad viscera terræ. interim calamitatibus depressi homines spe erigendi sunt, quæ opportuna similibus (natura miserante) nullo redimitur pretio. vnde Terentius.

In Adelph. *Ego spem pretio non emo.*

Vt ad manum sit hoc medicamentum omnibus, quo quisque suas leniat mœstitias. enimuero nisi formidolosi fœlicia sperarent, etiam lenibus flatibus aduersæ fortunæ humili timiditate consumarentur. vt absumuntur ignaui animo vtentes timore prauo consiliario, à quo extincta omni pectoris fortitudine, exeduntur die, noctuq; colluctantes cum suis funestis cogitationibus, & præ mœrore quandoque deuitant hominum frequentias, & ne limen quidem domus egredi audent, vt liberius se muliebriter lachrymis dedant. qua ratione se vexant calamitatum memoria, circumferentes caliginosum cordis luctum,

Digitized by Google

luctum, fugientes omnem hilaritatem. vt ait Terentius. In Andria.

Itaq; postquam adepta spes est, lassus cura confectus stupet.

Qua animi dejectione actus Octauianus Imperator, ob trucidatas legiones à Germanis imprudentia Quintilij per menses tonderi noluerit, & sæpe caput parietibus allidens, vociferabatur, Quintili Vare legiones redde. quasi mortuus extinctas legiones ferro, posset restituere luci. Quod si ad hunc mœroris vires processerint, adepta tyrannide ad voluntariam necem dolentem adigunt, quasi ad malorum finem. Ita Diospus Athenienſis nobilis pugil, cum ex prouocatione nudus solo armatus stipite vicisset Herrotam Macedonem omni ferè telo stipatum coram Alexandro, totoq; spectante exercitu, ex quo multum sibi conflauit inuidiæ, & odij. versutia inimicorum subducto ex conuiuio aureo poculo, cum notaretur ille oculis vt latro, impostoram hanc ferens iniquissimo animo, semetipsum gladio confodit. sibi met conciliado mortem, amicis luctum, & impostoribus inimicis lætitiam. cum solum nitendum erat vigilantia, & studio, veritatem in lucem efferre, quam aliquando ipsum tempus mendaciorum proditor nullo procurante patefacit. potuisset enim ad victoriæ laudem, adiungere decus vitæ innocentis ad perennem suam lætitiam, & infamiam eorum, qui tale composuerant mendacium. Sue. in Oct. Curt. lib. 9.

Qui frigida malenconia abundant, sæpe in aduersitatibus desperatè ferentes aduersa, sibi met mortem inferunt, ab illis etiam paruæ molestiæ apprehenduntur vt magnæ. cum adhuc sponte in eis emergant anxietates animi. ex quo (vt docet Philosophus) laqueo sibi mortem consciscunt. Sedes spei, & sapientiæ calor est, qui cum in illis sit exiguus, (sicuti in senioribus) parum sperant. sicuti ex opposito iuuenes calore abundantes spe complectuntur omnia fœlicia: sicuti temperatè bibentes vinum. nam moderata potione natiuus calor nutritur, conseruatur, augetur, veluti extinguitur excessu. quo circa languescente calore, quod senectute accidit, & morbo, tristamur assiduè. quod certè natura fit. at cum ingruerint mala, quasi per vim eorum extincto calore, illos irritant mala, & tristia ad laqueum. 4 Sect. 30. Probl. 1.

Imbecillis itaque est animi, nolle fœliciora sperare. cum exiguis momentis, quæ stare videbantur decidant, & emergant celsius rursus conculcata. nec raro visi sunt euersi, qui prælij initio victores censebantur. quamobrem maturo consilio in qualibet euersione erigendus est animus. & ne tristibus simus impares, assiduè lætiora complectamur animo.

Quam-

Digitized by Google

Ouid. de Pont. lib. 1. *Quamuis est igitur meritis indebita nostris,*
Magna tamen spes est in bonitate Dei.

5. Spes accipiendorum bonorum à Deo propria hominis est. quia solius hominis virtus est religio. cœterarum virtutum vestigia in cæteris animantibus apparent, huius vero nullum. idcirco qui in aduersitatibus non sperant, suæ aduersantur naturæ. etenim vt peritè dicebat Vegetius, *Euentus omnium præliorum vt plurimum, inter initia contra illos magis fuit, quibus victoria debebatur.* Iulius Cæsar contra Pompeianos dimicans apud Mundam fluuium, cum etiam suos veteranos milites terga vertere intueretur, & cogi, & cædi, se ferro confodere cogitabat, ne vnico, aduersante fortuna, prælio tot victorias fœdaret. tamen spe prius vincendi suos reperans, deinde fiducia, & magnanimitate, (quarum multum in eo fuisse arbitrandum est ob consuetudinem vincendi) Pompeianorũ fugauit, & vicit exercitum. qua propter virtutes illæ sunt fœlicitatum initia; quia sunt hostes pigritiæ. qua de causa legum latores semper bona spe ingenuos replent animos, ne marcescentes otio fugiant labores, quos quisque sperans amplectitur. hos beatos nuncupat Salomon, dicens, *Beatus qui sperat in Domino.* vt eius Pater, *qui confidunt in Domino sicut mons Sion non commouebitur in æternum.* est enim spes charitatis germen, & indicium. Illa *sperat omnia.* vt docuit Apostolus. etsi primario intuetur æterna, non abhorret tamen à quibusdã tẽporalibus, vt eripi à captiuitate, liberari à compedibus, aliorum contra se falsas criminationes traduci ad suam gloriam; eximi ab infamia, detecto similato mendacio,

Veg. 3. l. 25 6

Paul. Aqui. lib. 6.

7.

Prou. c. 16.

Psal. 142.

Cho. 1. cap. 13.

Ita Dominus Iesus cum aduersarijs luctans (quos ad deditionem compulit) aduersãtium omnium insidias, opprobria, & damna superando, *Adeptus est nomen, quod est super omne nomen.* quo exemplo nos ad eadem subeunda certamina hortans certa spe victoriæ ait, *Confidite, quia ego vici mundum.*

Philip. c. 2.

Ioan. c. 17.

A quo roborata spiritu illa pudica Susanna licet ad mortem duceretur duorum senum falsa criminatione damnata, (cum illorum insanienribus libidinibus castimonia occurrisset: magis Dei metuens iussa, quam peruicaces illorum voluntates ad iniquam accusationem: cuius contientiam in illo fragili sinu reuereri oportebat, non mendacio deturpare. (tamen *Cor eius fiduciam habens in Domino,* vt testatur Daniel. in ipso maximo angustiarum termino, quo vita priuanda erat per summam iniquitatem, à Deo erepta est, & restituta summa laude pristino honori. *Tunc maximè de Diuina miseratione sperandum est, cum præsidia humana defuerint,* dicebat D. Ambrosius. & stoici asseruerunt per fiduciam præsagiri victoriã.

Dani. c. 13.

In Exam.

Stoici.

Digitized by Google

gloria. & Pindarus illam nuncupauit, *Vincendi initium*. ideo illam omnino deserere nunquam debemus. scientes à Deo nos eripi posse, & fœlicitatibus inferi. cum libentissimè suis obuiam eat supplicibus, sciens liberalitatem maximè decere Reges. Pindarus.

Crede mihi, miseris cœlestia numina parcunt,
Nec semper lapsos, & sine fine premunt, Ouid. de Pont. 4.

Quæ certè fiducia non est culpanda audaciæ vitio, sed laudanda, cum à spe diuinæ munificentiæ ortum ducat, quæ adeò est beneficiorum ferax, *vt solem suum oriri faciat etiam super malos*. cum itaque hoc non deputemus nostris meritis, sed suo paterno amori, nostræ non irascitur fiduciæ, sed miserans, gratanter elimihans miserias, priori, & quandoq; potiri dignitati restituit. Idcirco nonnunquam prauorũ, insidias magna pijs attulisse ornamenta fortunarum scimus, dum illi hos euertere funditus summo studio laborarunt. Obstitit tunc Summus Imperator eorum conatibus, quos non solum fregit, euertit, sed in obsequium transtulit suorum amicorum, quos satis celsius euexit, quàm quod illi perdere decreuerant. *Sæpe fortunæ maiori locum fecit iniuria*, ait Seneca. Camillus Roma pulsus, deinde benigniori fortunæ occursu, eiusdem suæ patriæ secundus conditor appellari meruit. Demetrius Phalereus per exilium à patria inter primarios amicos Regis Phtolemi numeratus, gloria, & rerum copia fuit insignis. Themistocles ciuium suffragijs eiectus à patrio solo, maiorem amplitudinem assequutus est apud Regem Persarum. ita rerum exitu in aperto est, ex quauis angustia quis emergere posse fœlicitet. Matth. c. 5. Epist. 91. Plu. in eius vita. Pluta. de Exilio. Val. 5. c. 3.

Quis quæso crederet immani illo Aegypti decreto, (quo infantuli Hebræorum nuper in lucem editi necabantur obstetricum inhumanitate) disponi Moyses ad adoptionem eiusdem Regis, cum esset Hebræus? Nam eiusdem Regis filia miserans expositi pueri vndis Nili. (diffidendo parentes posse illum diutius occultare, suæ consulentes vitæ, illum cistæ impositum, fluminis voracitati commiserant.) adeo benignè fauit, vt etiam ad solamen suæ sterilitatis, sibi cum in filium adoptauerit. Deinde vero cum cogeretur Regis declinare iram, omissa illa nobili conditione, pastorali muneri (quod summopere auersabantur Aegyptij) operam dare coactus fuit. in quo cum ætate, & miseria consenuisset spatio quadraginda annorum, diuino imperio constitutus est Dux populi sui. Qua propter prius à paterna beneuolentia ad vitam seruatus est, deinde euectus ex immanibus vndis ad adoptionem regalem; postea ab eiusdem Regis amore ad odium;

Digitized by Google

subinde à palatio regio ad deserta mapalia mortis timore transductus, & tandem paupertate fessus sola pastorali virga Regem terruit, quem olim veteris declinauerat. imò illo inuito populum suum libertate donauit, dexteræ Dei potentia fretus, qua ad spem, ad metum; ad captiuitatem, ad regnũ; ad miserias, ad honores, paucis momentis impellit mortales.

Itaque pauoribus huius vitæ similibus exemplis occurrendum est. etiam amicorum monitis, quibus leniantur nostræ solicitudines, propriaque constantia, & maximè in Deum spe. est enim optimum vitæ solamen in tanti Regis beneficentia suam fiduciam collocare. cum sine intermissione benefaciat ille, dona donis cumulans; vt perpetuo sua in orbem recurrant munera. idcirco in illum sperantibus succurrit benignè suis opibus. eum interim ad tranquillitatem conferat talis expectatio cœlestium munerum. & tanto magis, *Quia in malis carere culpa, maximum est solatium*, vt dicebat Cicero. Quãobrem, vt ait Lucanus,

10 Epist. 7. ad cap. Mar. Lucan. l. 6.

Causa iubet superos melior sperare secundos.

Hoc enim multum fiduciæ adiscere debet. cum nouerimus viros probos variè fuisse exagitatos calamitatibus, ex quibus emerserunt gloriosores. præclarius illorum pœtatus virtus elucẽs in fortunarum commutatione. ideo semper nostris euersis bonis, firmemus nos hac spe. cum satis sit imprudentis viri, opinari nos irreuocabili infelicitate opprimi. *Et magnæ sit indolis signum, semper sperare*, vt ait Florus. nam benignior erga nos Dei influxus deferri potest. cuius ratione dicebat Philo, *Hominem spe carentẽ non esse hominem, sed belluam humana forma præditam*. cum illi desit spes ornamentum humanæ naturæ, prudentiæ filia, & virtus semper opponenda malis. Idcirco quauis vrgente calamitate, ex Consilio Menandri, *Cave ne spem deponas*. nam saltem hac stante infortunia non videntur ita acerba. *Cum spes sit gaudium ante gaudium*, vt asseruit Philo. ita ad temperiem reducuntur luctuosa. & certum est, nos coclearum more circumducere vitæ nostræ pondera.

11 Flo. 4. c. 8. De Abrah. Menand. Quod deterius, &c.

Quamobrem grauissimum est malum, spem adimere miseris. durumque imbecillis animis tali non subsistentari fulcro. Nam veluti excisa arbor noua potest germinatione pubescere; ita radicitus non amputata vita, possunt denuo nostra iuuenescere gaudia, & fœlicitates. nam quod quandoque mortuum reputatur ab homine, illud idem reuiuescere facit Diuina virtus: ne sibi omnia licere arbitrentur iniqui. cum præfectura omnium rerum solius sit Dei. *Cui cum facile sit subito honestare pauperem.* vt docuit Eccles. vsuperabilis est, qui

12 Eccl. c. 11.

non

non sperat. *Itaque omnia expectanda sunt homini, quantum vir inopinata*, vt testatur Dionysius. qua futuri boni expectatione temperamus dolores. etenim qui ita concipiunt animo, leuius ferunt insultantem fortunam. nam ista, vt vtar verbis Horatij, Halyca. 4.

Ad prælia trudit inermem, Epistol. 1. Epist. 5.

at qui minaci, constantique animo obuiam eunt illi, eius compescunt furorem, verens fortuna ne virtute vincatur. ideo desinit prouocare athletas. cum, vt cecinit Naso,

In audacem, non est audacia tuta. Meta. l. 11.

aut saltem animi sublimitate deiecta, pudoreque suffusa, desinit inferre molestias. etenim teste Seneca. Seneca in Medea.

Fortuna fortes metuit, ignauosque præmit.

Rationes istę omnes inserendæ sunt animo. tunc veluti firmati anchora prauorum inuadentes procellas non formidantes, nunquam omittemus prudentis viri officia in qualibet trepidatione. imò non desinemus nostrum statum commendare Deo. sperantes illum aliquando nobis affore, etiam nostris deploratis rebus. etenim vt dicebat Cicero. *Nonne aduertitis extot tabellis depictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint*? Quo circa nostra ipse aspirans vota, paterneque monens, vt ipsum piè inuocemus in malis, ad optata disponens deducit. Etenim veluti insitione miteſcunt arbores, disciplina bestiæ cicurantur, ita spe, & oratione truculentæ mansuefiunt à Deo aduersitates. De Natu. Deorum. 13

Compluens erga nos bona, quæ nullatenus ab aliena malitia retardari poterunt. quare ereptas res è nostris manibus alterius improbitate rursus inserit, & quandoque præstantioris conditionis per infimas causas. qua ratione demostrat causarum vim omnium ab illo pendere. Qua propter quorum fortunas ipse elabi facit, nequeunt retineri. & ideo horum irreuocabilis est lapsus. at quę ille repuerascere voluit, ab ipsis impedimentis deducuntur ad frugem, & quæstuosa fit omnis bonorum, honorumque amissio. vt per earumdem repuerascentiam noscamus Deum nostris fauere votis, & precibus. cum miro modo recuderit nostras miserias in præstantiorem fœlicitatem. licet quandoque videamur illius permissu esse expositos aliorum telis, & insidijs, & quasi belli iure in eorum potestate redactos,

Quo circa sicuti nec prudentia callidè, nec temperantia sordidè, nec fortitudine temerè, nec iustitia inhumanè, nec pietate superstitiosè vti debemus; ita nec aduersitate inscitè. cum ista nos ad summum adigat Patrem. Ergo verè *Omnis sapientum vita decet, vt sit in spe*, vt dicebat Euripides, non Euripides.

Digitized by Google

modo tranquillitatis ratione præsentis vitæ, sed etiam futuræ beatitudinis. etenim *futurorum spes laborantibus requiem parit; sicuti in agone positis, dolorem vulnerum mitigat spes coronæ.*

Orig. homil. 9.

Dissipantur sæpe à Deo malignantium consilia, & euertuntur conatus.

Cap. X.

PRæualida est ratio concipiendæ fiduciæ in aduersis, reminisci non minus hoc Dei pulcherrimum opus mundum, singulasque eius partes illius prouidentia moderari legitimè, quàm quod corpus, omnesque sensus mentis imperata faciũt. enimuero vt hoc animal homo seruaretur incolome, à mante pendere cõstitutum est. quanta quæso maiori sagacitate illud statui necesse erat, cum singulis partibus, & homini potissimè erat consulendum? Quamobrem Deus totius curator, & partium, exiguis initijs, imbecillisque causis, fortuitoque concurrentibus, maxima quandoque molitur; vt palam fit, ab illo administrari omnia. Qui etsi oculis corporeis agnosci nõ possit, cum omni mole careat, quæ obtutu potest percipi, tamen mens assiduis instructa experimentis animaduertit, inter indefessa opera Dei esse etiam, quandoque dissipare prauorum consilia, & studia: & per infœlicitatum anfractus impellere pios ad portum tranquillitatis; & per tumescentes calamitatum fluctus ad perennes dignitates inducere; & per spumantes miseriarum vndas ad stabile transferre regnum. Quo circa subditum Deo mens mundum agnoscit, non sui dominum. quod si *Cuique suum curæ est.* vt Philosophus docuit. erga pios tutela est speciale Dei munus. ideo illos videas emergere ex miserijs, ex calamitatibus. & tunc maximè, cum illis imminet extrema pernicies. subuenit tunc illis, vt non lateat, eos non deseri à Diuino præsidio. quod si illud dilatum erat, non tamen ablatum. & hoc quidem vt illustriores fierent virtutes suorum amicorum, quorum præclara gesta cæterorum exponit oculis.

1

Poli. 2. c. 2.

Nec vnica ratione ille subuenit amicis, sed multiplici; illorum reijciens miserias, quæ inferuntur à prauis, efficit vt sciãt nihil esse homini ita aduersum, vt ab illo demoliri nequeat, vel recudi in fœliciorem statum.

2

Nam vel illuminat, vt præcaueant mala, vt euenit Abrahamo.

Vel

Digitized by Google

Vel removet occasiones, ne patiantur insultus, vt accidit Isacco.

Vel compescit inimicum, ne iste inuadat probum, vt fuit per-spicuum in Iacob.

Vel tandem constantiam in malis tribuens, efficit vt superatis persecutionibus capiat ex miseriis decus, & gloriam. quod apertissimo exemplo demostrauit in Ioseph.

Singula in singulis prosequamur Patriarchis, vt assertum appareat verissimum ex sacris literis.

Latenter illuminatum fuisse Abrahamum certò certius statuendum est, quando frugum laborans inopia in Palestina, quærendi victus gratia Aegyptum adiens cum omni sua familia, (in quo stagnantes Nili aquæ copiosas producunt segetes) sciens petulantes Aegyptios admiraturos, & amaturos suæ vxoris Sarræ singularem venustatem. In regione enim ca- 3
lida, & affluente rerum vbertate vigere lasciuiem nouerat, cum contubernalis opulentiæ sit Venus, (qua ratione illam appellat Tacitus, *Prouinciam aditu difficilem annonæ fœcundam, superstitione ac lasciuia discordem, & mobilem, insciam legum, & ignaram magistratu,*) & ab intemperante principe, & populo, vereri violenta stupra consentaneum erat rationi. quo circa dissimulato ad tempus coniugij titulo, sororem suã esse confessus est. Erat enim filia fratris sui, quod genus pro- 4
pinquitatis, fratres vocari sacræ literæ testantur. nihil itaque mentiens, sed silentio coniugium inuoluens, imminens in se auertit vitæ periculum. In aliena regione, & apud Regem, populumque libidinibus emancipatum nouerat de facili hospitij iura euerti posse, & solere. cum per saturitatem effractis rationis legibus insaniendo alienos inuadant thalamos. quod impendens malum ipse auertere non poterat. Qua de causa potentiores metuens, ne in ipso regionis ingressu obtruncaretur effecit, dissimulatione tegens coniugium, Deo coniugis comendans pudicitiam ab externa lasciuie. sciens ipsum fore propitium hospitibus; & tunc maximè cum vrgent insidiæ. Quamobrem cœlestibus diris correptus Rex, aulaque tota, (cum nemo se iniquitati opposuerit; cum illorum sit mos inhonesta pariter, & honesta laudare) corpore, & animo torti, animaduerterunt Diuina tutela custodiri mulieris castimoniam. & ita viri sanctitas effecta est illustrior. illius itaque legitimum matrimonium in periculum adductum ab impudico Rege omnino illibatum seruans, se manifestè ostendit illius esse protectorem. cui promiserat, *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.* Ita ductũ rationis sequens, ab altiori principio motus, fugauit periculum. veluti

Hist. 1.

Gen. 12. 20

Gen. c. 12.

Eudem vlt. c. 18. Mag. Mor. 2. c. 9. fœlicibus solet euenire, vt moti ab altiori, nobiliorique principio, quàm intellectus, & voluntatis, potiantur quæsitis, vt Aristoteles docuit. Imò fortunatum sine ratione ad bona impelli, & ad mali fugam.

Gen. 26. Idem ille vniuersorum Dominus aperto oraculo monuit Isaccum dicens, *Ne descendas in Aegyptum*. cum frugum inopia Syria laboraret, aut propter nimios æstus, aut imbres, aut inclementes cœlorum influxus, aliasque segetum pestes, (qua ciborum angustia plerique cogebantur extraneas petere regiones.) Isaac inter cœteros fœlicem adire Aegyptum iam constituerat animo. cum celebre esset aquarum irrigatione, summopere agros illos fœcundari. à quibus abundè suppeditantur necessaria victui. etenim aquarum copia, & caloris agri redduntur feraces. hinc arbustis, & seminibus consita affluenter herbas parit, segetes, & fructus. quare hominum, bestiarumque multitudine lętatur maximopere. Hanc primam apparitionem factam Isacco, aperto testimonio non constat quomodo facta sit, an in vigilia per Angelum, aliqua assumpta forma corporea; an per ecstasim, an per somnium, perspicuum tamen est Diuinam fuisse, inhibentem ne illuc se Isaccus conferret. (& hoc est secundum genus protectionis diuinæ) fortasse ne pellecti Aegyptij suæ coniugis venustate, in ipso egressus initio illum perimerent. (quem etsi certo tueri poterat, tamen Deus ad suæ sapientiæ interminæ constitutum operans, illud nos latere omnino cogit) est enim illarum mulierum cutis denigrata ardoribus omnino solis, aut saltem obfuscata. Ita quandoque prauorum insidias declinant pij Dei monitu. Vel fortasse vt Theodoreto placuit, Cum iam constitisset Aegyptijs patris exemplo, quàm peruigil custos sit Deus hominum pietate insignium, modo inhibet ne Isaac in Aegyptum descendat, cum suppeditatione opulenta frugum in tanta terræ sterelitate, hoc idem demonstraturus erat apud Palestinos. Vt tanti Viri exemplo discerent populi, quantum mercedis à Deo tribuatur pietati. qua ratione ad eiusdem imitanda vestigia se se animarent populi, exciti tam præclaro argumento.

5

6

In Gen. 9. 76.

Nã de cæterò certa spe diuini subsidij Isaac nec Palestinorum veritus erat petulantiam, à qua inuadi poterat vxor; nec præsentem famem. sciens, aut saltem sperans, à Deo illam compescendam esse Regis edicto, *Qui tetigerit huius hominis vxorem, morte moriatur*. Alteram vero subleuandam vbertimo frugum prouentu. *Seuit enim annoilla, & inuenit centum*. cum cæteri sterilissimum sentiscerent solum. vnde apparuit verè illi dictum fuisse à Domino subleuamen suæ peregri-

Gen. 26. 12.

Gen. 26. 16.

Digitized by Google

regrinationis. *Ego ero tecum & benedicam tibi.* in liberandis, intuendis, in magnificandis suis amicis, mirabilis est Deus.

Quos aliquando protegens, (& hoc est tertium genus tutelæ Diuinæ) compescit inimicos, ne innoxios circumueniãt. quod summopere enituit in Iacob. qua de causa plura de illo scripsit Moyses, quàm de Isaac. non modo vt in tantarum virtutum cumulo eluceret eminentius constantia, sed vt facilius conspici posset tutela Diuina erga pios. Enimuero in ipsis met maternis visceribus cum Esau colluctans, præfigurauit indeficientibus molestijs fore exagitandum; cum nec illa incipiens ætas (plantarum modo) aduersario carens, ad palestram aduersitatum assuesceret. Quod in senectute interrogatus à Pharaone, *Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?* apertè professus est, dicês, *Dies peregrinationis meæ triginta annorũ, pauci, & mali.* pauci certè, siquidem pater eius Isaac vixerat annis 180. Abraham auus eius 175. & tunc ipse ita se senio confectum sentiebat, vt præ foribus astare mortem opinaretur. nam post hos dies vixit annis decem, & septem. assidua calamitatum conflictratio omnem vitæ prosperitatem adimens, celeriori cursu mortem aduocat. sunt enim miseriæ atræ bilis generatrices, à quo humore naturalis calor prosternitur. quamobrê hoc vitæ domicilio dissipato, & euerso, mors celerius conciliatur homini. 7 Gen.c.47. 8

Quantas quæso calamitates virum hunc subsitinuisse arbitrari debemus in illa sua peregrinatione, & exilio in Mesopotamia? vt cœteras molestiarum causas prætereamus, vt Rachelis amatæ mortem, fœdissimum concubitum Ruben, timorem à Sichimitis illatum, profectionem Beniamin in Aegyptum, captiuitatem Ioseph, quem veluti mortuum lachrymis prosecutus est spatio vigiuti trium annorum; nunquam sibi luctu satisfaciens ob singularem filij sui indolem, & morum integriratem.

Peregrinationes alij suscipiunt negotiationis, & augendæ rei familiaris gtatia, alij legationis, non nulli noscendi exteros mores, aut longinquas regiones, aut parandæ eruditionis, vel opitulandi causa patriæ in difficultatibus tempornm. at hi omnes cum ingenti lætitia frigore spreto, & æstu, cæterisque difficultatibus itineris properant; vt receptibus lustratis terrarum, aut alijs perfũcti muneribus, quæsitts potiri possint. At infœlix Iacob, vt declinaret fraternum furens odiũ peregrinari cogitur annum agens septuagesimum quintum, vt placuit Eusebio, desertis amicis, patria. opulenta domo, & parentibus, soloque comitante baculo, exteram regionem petere compellebatur. quo occultius insidiantis germani conatũ effu- 9 De Prep. cap. vlt.

Digitized by Google

In Gen. 9. 81. effugeret, vt docuit Theodoretus. Vel verius, vt manifestius in aduersis prospici posset diuina prouidentia, abijt peregrè sine comitatu, & rebus necessarijs, vt in redditu ostentatis acquisitis opulentijs bonorum, filiorumque satis esset exemplar manifestum Diuinæ benedictionis, cui omnia succedunt fœlicia.

Nec sine peculiari patrocinio Dei Iacob effugisse minacem iram Esau arbitrandum est. sed censendum, illam nutu Dei fuisse compositè dilatam vsque ad patris mortem, malitia Esau dicentis, *Venient dies luctus patris mei, & ego occidam Iacob fratrem meum.* ingesta itaque specie charitatis in patrē inhibuit Deus Esau, ne fratricidium cōmitteret. cum lachrymarum causa, & origo minimè filius debeat esse patri. Quod scelus primo constituerat perpatrare propter ereptam primo genituram, secundo per subreptam Patris benedictionem.

Gen. c. 27. 10

Quæ multiplici ratione deferenda erat Iacob. data illi prius lentis mercede, sibi ius primogenituræ coemerat, vt Gregorio placuit, & Theodoreto. Debetur quoque illa sanctificatis. dicente Domino, *Sanctificate mihi omne primogenitum.* at Iacob pientissima mente virtutum studio ad Deum confugerat auctorem bonorum omnium, igitur huic in sortem diuinam ascito, dignitas, & prærogatiua primogenituræ erat deferenda. idcirco monens Rebeccam oraculo Deus dixerat, *Maior seruiet minori.* cum seruitus sit onus recedentium à Deo, libertas vero, & dominatus appropinquantium illi, & famulantium sincerè. Et cum vellet Pater primogenitū sua benedictione fulcire, mater Iacob obtulit, nō quidem natura, sed diuina electione primogenitum. quod Pater cœlesti agnoscens lumine dixit vociferanti Esau propter ereptam dolo primogenituram, *Benedixi ei, & erit benedictus.* nequeunt.n. euerti diuina voluntate sancita, & profanus Esau erat incapax sanctæ benedictionis paternæ, qua solus Iacob dignandus erat, cum in paternis institutis insisteret. Quamobrem tunc senio confectus Isaac cognouit diuinam virtutem, quæ prætulerat Iacob Esau. deinde vero multiplicibus allocutionibus diuinis factus eruditior Iacob, nouit, illud ius Dei imperio in Iacob fuisse translatum. cuius rei inuidia iniquus furebat Esau. in cuius animum inserens Deus aliqualem reuerentiam in patrem, dum iste differt facinus, Deo ordinante, abolitum est funus.

In Ezech. hom. 7. In Gen. 9 8 Exod. c. 13. Gen. c. 25. Gen. c. 27.

Ita furentium prauorum obtunduntur, & euanescunt scelera: cum pro varietate temporum subinde eorum mutantur deliberationes, Deo monente, vel traducente seorsum malignas conceptiones, quæ clam, & per insidias, vel aperta vi melio-

Digitized by Google

meliores opprimere laborant; & magno impetu irruunt in probos. quos tamen omnes supplantant pijs non quidem corporea lucta, sed qua luctatur pia anima cum improba. etenim illa affectibus malis depurata vincit insilientes versutias constantia, patientia, magnanimitate. ideo etsi videatur opprimi, sui inuasoris victrix efficitur. Nam Deus vel non admittit insultus, vel dissipat, vel eorum auget merita, vel in honorem commutat infamias, pauperiemque in diuitias. idcirco victus Esau, & manus dare compulsus ait, *Iustè vocatum est nomen eius Iacob; supplantauit mé en altera vice.* & iure cum principatus sit deferendus illi, qui potior est in virtute. quamobrem dicebat Zeno, vt Philo refert, *Florabit malus si iusto aduersabitur.* Fugit itaque Iacob cum nosset à fratre sibi parari vitæ necem; & omnibus modis cupiebat fratri consulere. nam etsi nouerat nullum iniquum deliberatum perfici posse Deo abnuente; subtrahit tamen insipienti aspectum, vt deferueseat ira, & deponat ignorantiam diuinarum rerum, & feritatem in hominem. idcirco inter faustas præcationes dictum fuit illi à Patre, *Fratri tuo seruies.* est enim optanda seruitus apud sapientem, à quo monitus animi morbi deponi solent, & destrui à ratione contraria. cũ aurigante insipientia collum submittitur iræ, vindictæ, inuidiæ: vt Esau, qui arbitrans sibi illa deberi dona primogenituræ, & benedictionis, fratrem insectabatur. immemor quod soli Deo hæc vox competat, Meum. cuius solius est possessio rerum omnium. hinc licet illi vt lubet, sua largiri dona. Gen.27: Quod omnis probus, &c. Gen.c.27.

Qua propter licet à suo Socero Laban multoties fuerit illi denegata merces, aut dilata, pro tam diutina, & graui seruitute; tamen vt fatebatur Iacob, *Non dimisit eum Deus, vt noceret mihi.* cum semper ad nouam mercedis conditionem, quã decies perfidia mutauerat, natura Dei ministra, si pro merito varij coloris fœtus illi tribuendi erant, varios edebat, si albi coloris, albos. quo circa dicebat Rachel, *Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis.* Naturæ studium admirandũ est in suis tuendis ordinibus, in exequendis vero extraordinarijs mandatis Dei, eiusdem est excellens obsequium. qua ratione descendit ignis, ascendit ferrum, irriquietum cœleste corpus quiescit. si consentanea rationi lege, quæ ab vnoquoq; sunt effectu, illius commendantur tutelæ, & vniuersorum plasmator est Deus, fit inde consequens, vt rerum omnium existentia, & opus, ad præscriptum summi opificis procedat. cum penes ipsum sit constans, & independens auctoritas. Ideo cum ad huc in tanto annorum spatio fureret Esau. nec mitesceret itinerum mora, oraculi imperio dictum fuit illi, *Caue ne* Gen.c.31. Eodẽ loco. 13 Gen.c.31.

Digitized by Google

loquaris contra Iacob quicquam durius. nulla quis affici potest iniuria Deo aduersante.

Gene.c.31. Quod apertè confitetur Iacob ad Laban dicens, *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses.* Minacem contra se Deum viderat Laban in somno, & venerandum nouerat Isaccum viuentem, ideo à cede abstinuit, aut à vulneribus, aut saltem à rapina bonorum. ijs namque rationibus eneruata fuit malitia Laban, & redacta in ordinem.

Ergo verè sœpe euanescunt impiorum conatus. à Deo nãq, deluduntur varia, & multiplici methodo. eorum impetum mitescere cogit ægritudine, penuria, bello, oraculo, etiã iustitia. Nam etsi clanculo natiuum solum petebat Iacob, nihil secum tulerat, quod sui non esset iuris. ita religione insignes protegit Deus impenetrabili sapientia.

Quę vt olim eduxerat Iacob de domo paterna timore perculsum fratris, sic postea odio Laban illum reduxit ad suæ natiuitatis solum, vt denuo veluti expositus furori fraterno, sentiat munificentiam Diuinarum opum, & virium. quæ sese lubentissimè produnt, vt impios traducant ad emulationem virtutum, quibus Deum demerentur. etenim cum pius in solo quiescat Deo, ab eodem honestari necesse est. Quapropter ob certamina, & bella, sperans opimum præmium, pugnat fortitudine, & tolerantia. aliquando etiam cogitur cum impio manum conferere, sed Deo protegente, & auertente malum, victoriam assequitur. vt patuit in luctu Iacob cum Angelo. Nã vel potuit iste illum viribus superare, & se non posse simulauit, vt Tostato placuit. Vel à Deo fuerunt vires auctæ Iacob, vt hunc prosternere nequiuerit Angelus, vt placuit Rabinis. Vel ad constitutum diuinæ voluntatis Angelus vires deseruit, paribus viribus luctati sunt, vt Caetanus docuit. Hoc tamen vnum in tali pugna spectatum est, vt fratris, filiorum, populorumque iras, odia, insidias, infectationes ne extimesceret Iacob. *Nam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?* ita Angelus. Quare vsque ad illud tempus supplantantis nomine vocabatur, at postea viso Deo, victoris nomine insignitus est. ideo omni eliminato timore, obuiauit insenso.

14

Gene.c.32.

Exquisita est cœlestis tutela, Amice, à qua sœpe assequuntur probi plus præsidij, quàm quod ipsis inhærat spei, quare maiore vi constantiæ hos pollere facit, quam quod prauorum malitia est in pios irrumpens. & aliquando pra potens vis illa ingentem captat vtilitatem, & honorem ex calamitatibus. vt palam sit, nullum esse genus callidarum persecutionum, aut

mise-

Digitized by Google

miseriarum, quod à Deo vinci, commutari, aut ad bonum traduci non possit. hinc ab illo cuius uis ceruicibus, effracto laqueo, torques imponi, collocarique potest. qua certa fiducia nos trudit amplexari uirtutes, quarum semper est tutrix Diuina clementia. Quo circa Patriarchas aduersitatibus agitari passus est. nam in singulis sui amoris, protectionisque augescens signa, ratum habemus, conciliato nobis Deo, nihil esse uerendum, in quouis miseriarum gurgite, ut celebre fuit in Ioseph. quod latè prosequi ad nostrum spectat institutum.

Ioseph cum in sua puerili ætate in curã do occuparetur grege, ut per illam artem disceret (Ductore Deo) præstantissimo generi animantium, (hoc est homini) præesse: quasi præludio magistratum instructus ipsa pecuaria occupatione. innocenti simplicitate uisa somnia referens, (quibus sibi principatum portendi significabatur) concitatis contra se ad unum fratribus, (semper enim inuidia est fœlicitati aduersa) quasi res esset nefaria in principatum aspirare parentum, & fratrum, etiam dilatum à Diuina uoluntate: cui omne quod lubet, licet. primo in graue incidit uitæ periculum, postea uero in libertatis iacturam. quamobrem ex concepta ira, multi in eius conspirauerant uitam, & parum abfuerunt à fratricidio monitis primogeniti. ab inexpiabili tamen scelere non abstinẽtes, puerulum fratrem innocentia, & morum candore insignem dimiserunt in foueam; ut fame sitique confectus interiret, diutino asperrimoque necis genere. interim uestem hædino contaminatam sanguine deferri curarunt ad Patrem. quo luctuoso spectaculo arbitraretur alicuius belluæ uoracitate fuisse absũptum, & laceratum interisse. ut perenni luctu, lachrymisque prosequeretur amatum filium. 15

Et certè grauissima est patris miseria in supremo filij funere, nihil iftius superesse, quod honestari possit sepulchro. idcirco etsi multa passus erat, à quibus ad patientiam eruditus leuiter olim mala tulerat. tamen hoc infortunium illius cordis totum subuertit robur. quare ad mortem usque se uelle illum deplorare summa animi consternatione professus est dicens, *Descendam ad filium meum lugens in infernum.* cum interim fratres tanta pertinacia firmauerant animos, ut in tanta numerositate, & uarietate ætatum, nemo admissum scelus, & mendacium retulerit patri, eius commiserans lachrymis, quas constãtissimè retinuit diu, ut pretio redimi posset ille, qui nullum admiserat scelus, nisi quod diuinitus immissa somnia uulgauerat simplicitate puerili, & aliud præterea nihil meditans, aut moliens. Gene. c. 37.

Verum diuina ordinante prouidentia, aliquali naturæ pie-

Digitized by Google

tate, & consilio fratris moniti, illum ex puteo educentes, ut vile mancipium vendiderunt transeuntibus Ismaelitis. at illi negotiatores rursus recepto pretio illum tradiderunt cuidam Aegyptio culinæ regiæ præfecto, cui cum honestatis, & parsimoniæ præclara dedisset indicia, conseruis præfectus est ab
16 hero. etenim illi conciliante Deo amplissimi Regni regimen, exercere se oportebat in domestica administratione, cum sit veluti quædam parua ciuitas, & ista sit quasi compendiaria administratio Reipublicæ.

At Eunuchi vxor insano accensa amore, cum adolescentis animum pellicere studeret ad nefarium concubitum, & constanti pudicitia se ab illo repelli experiretur assiduè, libidine abrepta, nixa est in cubile introducere pulcherrimum iuuenē, vt eius labefactaret castimoniam. cui eum carior esset omni voluptate honestas, dimisso pallio erupit. fummopere horrens violationem cœlestium mandatorum, & herilis thalami. Sed inconstans mulieris amor in odium commutatus, quasi ex osa esset iuuenis sua venustas, & amoris significatio, & non impudicitia. ex retento pallio comminiscendæ calumniæ argumentum arripiens, honestatemque simulans, indignabunda retulit viro, se per vim ab illo fuisse expetitam furenti libidine, quam vt euaderet, domesticorum implorata ope, clamoribus illum terrens, sui inuasorem thalami fugauerat. ideo à cæteris deprehendi non potuit. at cum retentæ vestis fidem astruxisset calumniæ, credulus vir carceribus mancipauit innoxium, & pudicum seruum, nullaque facta potestate se exculpandi damnauit insontem, tanquam obnoxium grauissimo sceleri. Adolescens itaque ab amatrice insimulatus crimine, quod illa patrare summa contentione tentauerat, inter facinorosos detrusus, virtutum emissis insignibus, patuit ad illorum subleuandas calamitates ibidem detineri. Quo tempore accidit, vt duobus ex illis somniorum magnitudine consternatis, ortas ex somnijs anxietates interpretatione discutiens, se Dei spiritu pollere demostrauerit. & si alteri ominosum fore prædixerit, alteri vero sœlicem. cui cum magnopere se commendasset, repetens suæ captiuitatis, & custodiæ iniustissimas causas. (ita semper miserorum in incassum preces cadunt) cum primum fraterna inuidia, secundum malum muliebri lasciuia, & perfidia contigisset illi. at statim sœlici prædictione, qui libertate donatus fuit, immemor effectus eius, qui fausta interpretatione somnij mentis angustias soluerat, nullum merenti præstitit beneficium. nam Diuina ope honestandus erat maxima dignitate, non humanis viribus.

Quo circa post biennium cum præfigurata, immissis diuinitus

nitus somnijs in pueritia Ioseph, (quæ captiuitatis, seruitutis, squaloris carceris, fuerunt causæ) erant in lucem efferendæ, qua ratione constaret ex maximis calamitatibus quandoque deduci pios à Deo ad Regnorum gubernacula. Aegypti Rex somno oppressus vidit vaccas septem obesas iuxta fluminis ripam virentes herbas mandere, & illas sequi alias vix ossibus hærentes, quæ facto impetu priores deuorarunt nullatenus mutata macie. paulo post euigilans, & rursum in soporem relaxatus, vidit septem spicas triticeas altitudine, & vbertate cõspicuas, deinde septem alias languidas, & euanidas, quæ in priores insurgentes, nitidas illas absumpserunt, nihil tamẽ pinguescentes. Quorum visorum terribilitate commotus Rex, (Deo producente timorem, reliquum noctis tempus insomne exegit animi exagitatus ansietate. cupiens à somniorum interpretibus nosse, quid illa portenderent. à quorum nemine edisscere potuit. quousque à Pincernarum principe. (hic erat cui somnium interpretatum à Ioseph fœlicitatem significauerat.) introducto Ioseph ad Regem dilutis sordibus paupertatis, & carceris, veram interpretationem assecutus est Rex à vili captiuo, & carceri mancipato seruo.

Ioseph illis præfigurari docuit septemnium fertilissimum, campis maiorem vbertatem afferentibus solito. deinde aliud 17
sequuturum septemnium omnino diuersum. in quo nullus foret prouentus terræ. hinc partem frugum annuatim seruari oportere edixit Regi ad subleuandas egestates sequentium annorum: & illas quidem impurgatas custodiri mandauit: tum quia ita seruatæ diutius incorruptæ manent aristis, paleisque tectæ; tum quia illarum purgamenta animalibus cibaria futura erant; tum quia in ipsa segetum purgatione iuueneſcere videretur annua messis. adde quod incerta quantitas illarũ plenius alere poterat annonæ caritate territos.

His auditis Rex maximè suo somnio congruis, diuinitusque illum esse afflatum noscens, præfecturæ dignitate totius Regni honestauit eum, dicens, *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. vno tantum regni solio te præcedam.* Gene. c. 41

Quàm decorus, & venerandus orator tunc Ioseph apparuit Regi? Quàm sapiens consiliarius? Quàm sagax prænitor futurarum rerum? Quàm grauis monitor beneficiorum erga ciues? Quã excellẽs diuinus fatidicus? ex hoc vno sumamus argumentũ, sibi tantã peperit venerationem, vt ab hospite ab hoste, à duro hero, ab implacabili Tyranno Pharaone extorserit primarium Magistratum Regni. quare clamant præcone ante illum omnes submisere genua ex Regis mandato.

cui

cui adeò viri virtus excellens apparuit, vt sibi proximum illum constituerit in administratione imperij.

18 Statim itaque interpretato somnio Diuina virtus, (quasi abrupto aggere gratiarum, & scisso velamine suorum iudiciorũ) à necis periculo, à puteo, à falso crimine, à carceribus, à seruitute, à vilitate, & sordibus se illum exemisse patefecit, (quæ spatio quatuordecim annorum pertulerat constantissimo animo.) vt illum ad tale honoris fastigium extollens, præfigurata somniorum adimpleret. Quamobrem in pecuario opere illum exercere fecerat; vt approbata industria in vili grege, prudentius præesse sciret ciuibus. Vnde tot aduersa, & humilia illum instruxerunt, & direxerunt ad moderanda post Regem regnorum gubernacula. quo circa illis malis impellentibus tam insignem assecutus est magistratum, vt muneris ratione consentaneum fuerit Regi, eum insignire anulo signatorio, veste byssina, aurea torque, secundoque curru. ad quæ aspirare non poterat in paterna domu, sed solum inter pastores fratres minimus viliora exercere munia ad extremum vsque spiritum.

Quis enim hæc sperare poterat, aut concipere animo vnius diei spatio, (vel potius horæ) tantas in vnò viro fieri posse fortunarum mutationes? vt ex captiuo ciuis efficeretur, Dominus ex seruo, ex reo iudex, ex vincto Regis Vicarius, vt inhabitator carcerum fieret dispensator domus Regiæ, vt vile mancipium constitueretur primarius regni princeps, versaqi sit extrema eius ignominia in maximum honorem? quæ commutationes factæ sunt Deo disponente, & dirigente omnia ad fuæ prouidentiæ, & tutelæ decus. quibus homines manuducit ad suos à se constitutos honores, potestates, diuitiasque ita vt nobis inscijs, & quandoque lachrymantibus de repente appareant per calamitates ad nos aduolare magnifica fortunæ dona, fractis, deletis, euersisque omnino malignis impostu-ris. quibus quandoque periclitantur pij, nunquam tamẽ corruunt. Cum summus ille moderator Deus calamitates dirigat ad gloriam, pauperiem ad decus, opprobria ad fœlicitatem saltem æternam. quare tunc agnoscunt nihil fœlicius sibi contingere potuisse suis miserijs. idcirco canunt *Lætati sumus pro*
Psalm. 89. *diebus, quibus nos humiliasti, & annis, quibus vidimus mala*.

Emergunt itaque pij ex miserijs. etenim *Deus dissrumpit*
Iob. c. 15. *consilia malignantium, ne possint implere manus illorum, quod cœperant*, vt testatur Iob. quamobrem vel iniquitates euertit, vel detegit insidias, vel timore opprimit inuadentes, vel imbecillia reddit molimina, vel luctum commutat in gaudium

ad præ-

Digitized by Google

ad præscriptum orationis Ester, *Conuerte consilium eorum super eos, & eum qui in nos cœpit sœuire, disperge*. cum Deus sit perennis iustorum amicus, & indefessus custos. quare hos patitur ad tempus vrgeri, vt palmis decoret, quas victoribus tribuere consuetere mortales. enimuero quanto magis illas pōderibus vrgeas, tanto acrius (teste Plutarcho) assurgunt, nituntur, & resiliunt. ita proborum constantia, magnaminitas, patientia, cœtereque virtutes ex contrarietate vrescunt, germinant, se in altitudinem extollunt. Hist. c. 14. Plut. Simpo. 5.

Neque in dubium reuocari potest hæc eadem Patriarchis concessa, nobis à Deo tribui posse; etsi eadem non polleamus pietate. cum Vestalibus virginibus falso criminatis impudicitiæ, in argumentum seruatæ castimoniæ præstiterit, vt altera Tyberis aquam cribro deferret ad Capitolinum vsq; & altera hærentem nauem fluminī suo cingulo traheret. Vel quia vnicum, uerumque *Deum*, natura dictante, inuocarunt; uel quia irascitur Deus contra impostoras, propter suum summum mētis candorem; uel quia etiam impolluto Deo grata est uirginitas; uel quia summopere auersatur ille falsas criminationes. his miraculis uoluit hominibus esse testatum, sibi uirtutū meritum commendatum esse. ergo non dissimilia sperare possumus, cum polleamus aliquali pietate. 19 Val. 8. c. 1. Paul. Aqui. lib. 1.

Quamobrem etsi cœlestis hæreditas solis filijs sit obuentura, cœteri tamen non excluduntur à temporaneis beneficijs. nam iustus Abraham, *Dedit cuncta, quæ possederat Isaac, filijs autem concubinarum largitus est munera*. cum nemo omnino excludatur à paterna munificentia. *Propter innocentiam solet Deus ex abiectissimo statu extollere bonos, & ex altissimo in humilem deprimere impios*, ut dicebat Xenophon. quod si hæc talia quandoque facta fuisse nouimus, abnuere non possumus iterum fieri posse. Ita nobis spe fidentibus cœlestis auxilij affore aliquando lumen aliquod in nostris calamitatum tenebris sperare certo certius debemus, ut effusam caliginem circa nos depellere possimus, & tergere. cum nonnunquam pij eruditantur prius aduersitatibus, quàm ornentur muneribus à Deo. quod in Patriarchis clarius enituit. etenim Dei sermo utiliter instruxit Abrahamum ut præceptor, ut Rex imperauit Isacco, ut consiliarius opportunè admonuit Iacobum, ut amicus sua patefecit arcana Iosepho. Gene. c. 25. In Exped. Cin. lib. 3.

Frequenter itaque Dei manu ex malis erepti sunt probi, quos ille custodiuit, seruauit, euexit, demolitis impiorum uaframentis, quibus deturpare innocentiam laborarunt, quæ etsi quandoque demolita appareat, tunc maximè Deus suam exerens sapientiam, illam conspicuam efficit, & gloriosam. cum interim

interim ſemper impios inſequatur diris, & exagitet calamitatibus, & ſi non ſemper apertè, ſecreto tamen & indeſinenter eorum mentes lacerat, lancinat, & euiſcerat. *Quicquid enim bomini à Deo, ſiue propitio, ſiue irato inſtitutum eſt, hoc omnino natura hominis neſcire non poteſt*, teſte Ruperto. vt modo dicemus.

De Trin. & eius Oper. lib. 3. c. 10.

Iniquis nunquam pœnæ deſunt.
Caput XI.

1 NEque in poſtremũ lætitiarum locũ reijcienda eſt ratio illa, quæ multum ſolatij afferre conſueuit conſternatis grauitate miſeriarum, qui emergere non potuerunt ex malis, cum tam exquiſita verſutia impij fœdauerint impoſturis innocentiam, vt eam peſſundauerint. Aliquando Deo vlciſcente ſubituros eſſe pœnas ſuorum ſcelerum. etenim teſte Plutarcho, *Deus, quem iuſtitia ſequitur, eſt omnium vltor, qui diuinam legem deſeruerint*. idcirco ait Seneca,

De Exilio.

Nec ſibi fœlix pauper habetur,
Niſi fœlices cecidiſſe videt.

In Her. Oct

Sunt enim illius oculis omnia expoſita, nec illo inſcio aliquid orbi poteſt obrepere. at cum ipſe non perſonas attendat ſed merita, omnium morum corruptelas ſumma coercet diſciplina. ne abeunte incorrepta prauitate, quaſi indulta impunitate, mortales humanitatis, & pietatis obliuiſcantur. graſſarentur tunc facinora ſine termino & modo. cum ratio obruta concupiſcentijs, vt quæſitis potiatur, à nulla fraude, & violentia

2 abſtineat. Quapropter pupillorum, aduenarum, viduarumq; cauſas ſibi aſciſcens Deus, vt teſtatur Moyſes perſpicuum facit, oppreſſorum tutelam ad ſe pertinere, cũ omnium ſit iudex; & in parentis loco ſuccedit illis potiſſimè, qui aliorum deſtituuntur patrocinijs; vt eorum orbitati, & deſolationi ſuccurrat. ideo ſibi hoc vendicans peculiariter opus, pronuntiat maledictionem contra eos, qui eorum peruertunt iura. hinc quo doloſius fuerint graſſati in inſontes, eò durius contra eos exerit vultionum tela, & diras pœnarum.

Exod. c. 22.

Deut. c. 27.

Sunt pœnæ partes vltricis iuſtitiæ, quæ diuino tribunali aſſiſtens, implacabiliter iraſcens ſceleribus, nunquam deſinit in ius vocare ſontes; quouſque Dei concitata ira clamorum ſtimulis, videat illorum plecti ſcelera, qui aut illa committunt, aut communiunt. etenim cum eorum non ſit diſpar ratio criminis, ſimilis pœnæ ratio eſſe debet. Et Deus ſuum Imperiũ moderatur directionis virga; rectiſſima nempe iuſtitia: vt

Pſalm. 44.

vnius

Digitized by Google

vnius cuiuſque meritorum, vel demeritorum ratio depoſcit. Qua ratione teſtati ſunt Danid, & Ioannes, Chriſtum Dominum recturum eſſe omnes gentes in virga ferrea: hoc eſt efficaciſſima, hoc eſt ſempiterna, hoc eſt omnino inflexibili iuſtitia. cuius amore etiam ſancti Martyres cum ex hac mole corporea emerſerunt, (in qua poſiti, cum obrepere poterat vindictæ cupiditas ab illius abſtinuerunt petitione) depręcati sũt Dominum, *Vindica Domine ſanguinem noſtrum.* nam in cœlo omnis abeſt liuor. ita docte interpretatur Beda. Pſalm. 22. Apo. c. 12. Apoc. c. 6.

Quæ vindictæ ſi nobis (iræ, talioniſque cupiditate furentibus,) ſæpe videtur ſero inferri à Deo; tamen celerrimo motu ſtatim illos cruciat, vel ſaltem torquere incipit triſtis illa, & violati numinis memoria, & morſus. patrato ſcelere conſcientia indefeſſè corripit errantem, diras minitans vltrices pœnas, quas nequeunt aſpernari, cum à ſibi conſcia improperentur ratione. ideo ſine clamore eorum conuellitur vita; cum pax nequeat eſſe contubernalis ſcelerum. *Ita à Dijs immortalibus accepimus conſcientiam, vt omnino à nobis diuelli non poſſit*, ait Cicero. quæ denutians aliquando tandem ruituras cœleſtes iras, maxima conſternatione exagitat fontes. ſcientes ſibi ineuitabilem imminere iudicem, vt patratorum luant pœnas. Quapropter *pœnitentia pleni ſunt praui*, vt aſſeruit Stagirita. Nec aliquis eſt tam deploratæ malitiæ, vt cogitet Deum ſua errata ignorare, aut poſſe eius animaduerſione effugere. ideoque ad calculum ſua ſæpe reuocantes crimina, trepidant inter timores, & ſcelera. aliud poſt aliud facinus illorum occurrens memoriæ, inclementer eorum lancinat animas. *cum perfecto ſcelere eius magnitudo intelligitur*, dicebat Tacitus. nam regnante paſſione, impar eſt ratio ſenſibus. Pro Cluen. Ethi. 9. c. 4. Annal. 14.

Qua ratione hos videas, more iactatæ nauis, ventibus inter ſe concutientibus, vltro, citroque ferri. nam quibus flagitiorũ conſcientia ineſt, ſunt irrequieti. eorum diſtrahitur animus inter decus, & ſcelus. quo circa ne momento quidem à mœrore vacant, cum interni recluſi laniatus conuellant hos miſeros. *Nec ob ea ſolum incommoda, quæ eueniunt improbis fugienda improbitas eſt, ſed multo magis, quod cuius in animo verſatur, nunquam ſinit eum reſpirare, nunquam acquieſcere.* ita Cicero. Quamobrem flagitia illis ſunt perennia ſupplicia. Nam *malus nunquam à pœna vacat*, vt docuit Plinius. optãt hi in mane veſperam, & in veſpere auroram, ſperantes temporum mutationibus ſuos poſſe lenire cruciatus: tamen ab obuerſantibus interius ſpeciebus patratorum delictorum, quia ſceleribus obſiti, ideo & metu vecordes. quare ad omnes proclimant ſuſpiciones. *etſi à nemine petantur, ſe ab omnibus peti* Tuſc. lib. 2. Plin. 2. c. 7. De Ele. li. 1

Digitized by Google

iudicant, vt ait Seneca. & summopere fuit manifestum in Clau-
Dio. lib. 60. dio. *Iubebat iste omnes ad se accessuros viros, mulieres excuti, ne quem pugionem secum ferrent. omnibusque in conuiuijs aliquos milites astantes habuit.* Ipse quoque parietes porticuum,
Tranq. l. 14. in quibus ambulare consueuerat Phengite lapide exornauit, vt videre posset, quæ à tergo fierent adeo semper, & vbique terrentur improbi, vt nunquam, & nullis latebris securitatem nanciscantur. etenim saltem sciunt omnem custodiam vanam esse, quoties irascitur Diuinum Numen. hinc perite ait ille Comicus.

Sibi conscium licet virum audacissimum,
Dephili. *Timidissimum facit ipsa conscientia.*

Qua ratione illorum vitæ tenor varius est, & inconstans, nullique fidens amico, aut munimini. sæpe mortem hi timent, sæpiusculè optant & inuisiores sunt sibi, quàm amicis. quod te-
Eud. 7. c. 7. statur Aristo. dicens, *Malus non est vnus sed multi, & die eadem varius, & importunus ipse sibi.* quia infesta conscientia pari certamine cogit impios diuersa, & aduersa concupiscere: cum multitudine passionum angustentur, & discerpentur.
Ad Att. l. 11 *Sunt omnia faciliora, quàm peccati dolor*, dicebat Cicero. qui maximus est, & irriquietus. idcirco vt crimen latere possit, euenit aliquando, vt metu, pudore, & pœnitudine careant, contingere nunquam potest. quod sapienter docuit Ambro-
De Cain. & Abel. 9. l. 2. sius, *Omni improbo mala adsunt, & adsutura sunt, quæ adsunt tristitiam operantur, quæ futura formidinem.* Vna simul admisso scelere i timo quodam remorsu punitur primo delinquens, postea pauore supplicij imminentis, & tandem sollicitudine ineuitabilis iræ cœlestis. quæ sunt in causa, vt nullâ sibi imperare possint pacem, nec conticere à luctu, sed anxij, dolentes fugiunt omnes nemine persequente. quod fatetur Ouidius,

Fasto. 1. *Conscia mens vt cuique sua est, ita concipit intra*
Pectora pro facto spemque metumque suo.

Epist. 43. *Etiam in solitudine anxia, atque solicita est conscientia*, dice-
Nũ improbitas, &c. bat Seneca. *Quia improbitas est omni ferro, aut igne violentior*, vt asseruit Plutarchus. imò simul ac innotuerit, est omni peste inuisior. idcirco amicis carent. vnde Plato, *Amici si desint,*
Plat. Epi 7. *improbitatis est argumentum, probitatis si adsint.*
4 Itaque certo certius est omnem ab his erupisse tranquillitatem. nec pacto aliquo eorum anxietatem feriari posse. Nam
Hist. 3. & *metuenti præsentia maximè displicent*, vt dicebat Tacitus. & pauor est molestiarum vberrimus fons. Enimuero sicuti boni viri, aut spe futuri boni, aut præsentis exultant gaudio, ita mali aut timore, aut angore præsentium atteruntur, & torquê-

tur.

Digitized by Google

tur. quare sicut hoc est signum malitiæ concutientis animum, ita illud virtutum præmium. *Non timent hi, qui nihil admiserunt, sicuti ante oculos versari putant pœnam, qui peccauerit,* ait Cicero. Quin etiam, vt asserunt Salustius, *Animus impurus Dijs, hominibusque infestus, neque vigilijs, neque quietibus sedari potest.* Cum morum stabilitas sit innocentis animi partus; hoc illis concilians nullius admissi criminis conscientia. idcirco Isaias ait, *Væ impio in malum.* & Iob, *Semper sonitus terroris est in auribus ipsius, & cum pax sit, insidias suspicatur.* impura conscientia sine intermissione illos surdo verbere. cædit quod ita exprimunt sacra oracula: *statim in foribus peccatum tuum aderit.* ideo hi tremebundi vt Cain ipsam ferre lucem non sustinentes, se insipienter abscondunt, vt latitent. Pro Milon. In Catil. Isac. cap. 3. Iob. c. 15. Iuu. Sat. 13. Gene. c. 4.

Theodoricus Rex Gotorum eodem die, quo interfici iusserat Symmachum, & Boetium consulares viros, pro capite magni piscis, quod apposuerant ministri mensæ, vidit caput Symmachi interfecti, dira sibi ominantis. à quo spectro perterritus intra triduum extinctus est, nec sine summa animi mœstitia. Procop. l. 1.

Nec sopor quidem illis quietem ministrat, *Nam instantibus curis fagitant sæpe per somnium illos species imminentium rerũ, sive illas ægritudo, sive diuinatio animi præsagientis accersit,* ait Curtius. tunc maximè irruit anxietas, spectris se in somno ingerentibus scelerum, inimicorum, & iudicum. quare damnãte rigidè vigilantissima conscientia, sibi videntur Principum decreto ad patibula duci, inimicorum interfici gladijs, carceribus, compedibusque retrudi. cum obstrepente conscientia nulla illis succedere potest quies, sed ministro somno agitantur furijs Quare in ipsa profunditate soporis arma corripiũt, quasi cum hoste sit confligendum; condormientium implorant clamoribus auxilia, veluti nequeant impendentia vulnera auertere; modo vociferantur, ac si inimicorum essent deprehensi insidijs, & quandoque sudoribus madidi expergefiunt, velut laboribus fessi. ita exactrice conscientia quietis tẽpore torquentur. In Plutarcho exemplum habemus. Quidam nomine Pausanias stuprauit virgunculam quandam nomine Clonicem, quam (nefario patrato opere, cum è sua domo abire præcepisset noctis tempore, & quorundam occursu illa territa repetijsset domum, eius regressus suspicione correptus Pausanias) inhumanè trucidauit. at huius imago illum assiduè territans in somnijs, dicebat, Oportere adesse in iudicio, cum omnino mala res sit iniustitia. à qua molesta somniorum perturbatione, vt se liberaret Pausanias nauigauit Heracleam, vt Curt. l. 3. De Sera Numi. &c.

Digitized by Google

placationibus, & inferijs, reuocata anima puellæ scire posset, quomodo liberandus esset ab hac angustia, cui apparens puella testata est, tunc futurum esse finem suorum malorum, cum attigisset Lacedemonē. quo cum appulisset, statim fato functus est. *Vt corpora verberibus, ita sæuitia, libidine, & malis consultis animus dilaceratur*, dicebat Tacitus.

Annal. 6.

Et *Nero, occisa demum Matre, vidit per quietem, nauem sibi regenti extortum gubernaculum, trabique se in artissimas tenebras, & modo pennatarum formicarum multitudine oppleri, modo à simulacris gentium*, vt Suetonius refert. Oritur enim ex desiderio patrandi scelus attentio, ex attentione labor, ex labore scelus, ex scelere timor, & erubescentia, & remorsus, ex ijs anxietas, ex anxietate melancholia, ex melancholia turbidæ rerum imagines, ex his deinde irrequieta animi passio in vigilia, & somno. Est itaque verissimum illud oraculum, *Non est pax impijs dicit Dominus*. malitia struente sibi supplicia. nam sedato tandem passionum furore, remanent improbitatum vestigia, quæ omnino conscientia dedignans, auersans, abhorrens, vbique & semper lancinatur. enimuero acres animi passiones ita agitant animum, ac si præsens esset obiectum. & quietis tempore anima non ab externis, sed solum ab internis simulacris rerum impellitur. hinc minus occupata tenacius hæret funestis simulacris. sicuti validæ reflexiones specierum, eas in medium conspicuas efficiunt. quod pluries vidi industria Ioannis Baptistæ à Porta accerrimi indagatoris rerum naturalium conciuis mei. idcirco semper est illis molesta delictorum memoria vel in vigilijs, vel in somnis. quin etiam spectrorum terroribus puniuntur.

Suet. c. 46.

Isa. cap. 48.

6 Satis celebrè hoc fuit in Bruto parricida Cæsaris. parans ille copias transferre ex Heleſponto in Europam, intempesta nocte hæc animo meditans, cœteraſque ruminans belli difficultates, emoriente lumine vidit horrendum magnitudine, colore, squalore, hominis spectrum. quod magnopere formidans interrogauit, quis esset? respondit ille, Ego sum tuus malus Genius, quem iterum Philippis videbis. quo in loco collatis signis cū Octauiano, & Marco Antonio dimicans, suis fugatis castris, desperata salute, proprijs se manibus, & eodem pugione, quo interemerat Cæsarem, confodit. Ibidemque vidit Cassius auunculum suum Iulium Cęsarem purpuratum equo incitato in se irruentem. tunc gemens exclamauit, cedamus, cum nec occidisse prodest.

Pluta. Flor.

Paul. Aquil. lib. 7.

Perite ait Aristoteles, vt solet in omnibus, *Qui multa, & grauia scelera perpetrarunt, & ob prauitatem odio habentur, & vitam fugiunt, & se ipsos interficiunt*. Hos enim periculū, metus,

Ethi. 9. c. 4.

Digitized by Google

metus, pudor, dedecus, ita quandoque obstupefaciunt morsu flagitiorum, vt lucem, & vitam vitare cogant. audiamus oraculum, *Impijs autem vsque ad nouissimum sine misericordia ira superueniet.* Sap. cap. 19

Nec prius hi mentem stimuli, quàm vita relinquunt. Ouid. de Pont. lib. 1.

Itaque interrogatus Diagoras vere respondit. præposita illi fuerat difficultas, quæ nam esset vera fœlicitas? *Quæ facit vt mens, & anima in perpetuo collocetur gaudio.* quod solum præstat intemerata conscientia: cùm eius inconcussa sit pax, & solida tranquillitas.

7

Subeunt etiam quandoque impij pœnas oraculorũ maiestate. vt vndequaque atterantur malis, etiam à denuntiatis calamitatibus. qua ratione certò nouerunt suas fortunarum euersiones, aut interitum. ita patefactis mœrorum causis, amaritudinibus conficiantur. quod in summo Sacerdote Heli fuit notum. Permisit Dominus, vt ter Dei audita voce Samuel ad Heli se conferret, se ab hoc vocatum arbitrans, vt hoc pacto à Samuele Dei prænuntiata sciscitans Heli, noceret oraculo, quàm dirè eius esset plectenda domus. cum iniquitatibus natorum minimè sese opposuisset. Et Saul visis Philisthinorum castris, prœlij imminentis consternatus timore, cum summopere scire cuperet belli euentum, nec pia aliqua ratione id assequeretur, ad Pitonissam se conferens, Samuelis animam sibi reuiscitari petijt, quæ re vera excitata, vt Ecclesiasticus monuit, non quidem illa fallaci, & pestrigiatrice arte, sed Diuina voluntate, quæ voluit Saulem non latere, cœlesti mandato translatum suum esse regnum ad Dauid, quem insecutus fuerat summa malitia, & perfidia. insuper bellum valde funestum fore sui, filiorumque suorum, & strage populi; vt acerbissimo doloris sensu ante ruinam illum confoderunt. Horum oraculorum, (abundat ijs sacra scriptura,) quæ sit ratio, Sapientia insinuat dicens, *Visiones, quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inscij quare mala patiebantur perirent.* nam si spes est gaudiorum apparatus, certè talia oracula erũt præludia pœnarum. idcirco verè ait Iob. *Terrebit impium tribulatio, & angustia vallabit eum, sicuti Regem, qui præparatur ad prælium.* ò quam sapienter ait Seneca, *Multos fortuna liberat à pœna, à metu neminem. quare? quia infixa nobis eius rei auersio est, quam natura damnauit.* qua stimulante, *Caligula non plus, quàm tribus horis quiescebat. At ne his quidem placida mente, sed pauida miris rerum imaginibus.* Quia vt dicebat Polibius, *Nullus est testis tam formidabilis, neque tam grauis Iudex, quàm conscientia.* & Tacitus, *Tyberium non fortuna, non solicitudines, protegebant, quin tormenta pectoris,* Reg. 1. c. 3. Reg. 1. c. 18. Eccl. c. 46. Sapi. c. 18. Iob. c. 15. Epistol. 97. Suet. c. 10. & 51. Polib. in Fragm. Tacito. Annal. 6.

Digitized by Google

floris, suasque ipse pœnas fateretur.

Instante itaque implacata Diuina iustitia pœnarum exactrice, vt indesinenter gemant, necesse est; & licet non statim magnis affligantur supplicijs. nam nec Afri fermenta admouent ignibus, nisi collecto ledano. ita Deus impostores, peruersos testes, iniquos iudices, cœteraque telluris onera, & pestes, non statim euertit, nisi per eos quibusdam reddita animi sanitate, quorundam auctis meritis. nam teste Augustino, 8

Psalm. 54. *Ideo viuit malus, vt corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur.*

Non veretur Deus, hos minimè sibi consulere posse fugacum detinentur quasi carceribus clausi: quorum (veluti prægnantium) differuntur pœnæ, non auferuntur, & tandè flagris inclementer cædendi sunt.

Iob. c. 20. *Nam Iob teste, Iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & substinebunt.*

Cap. 20. *Vel diuitias, quas deuorauerunt, euomet, & de ventre eorum extrahet eas Deus.*

Cap. 27. *Vel filij alterentur egestate, & nepotes non saturabuntur pane.*

Cap. 20. *Vel caput aspidum surget, & occidet eos lingua viperæ.*

Cap. 20. *Vel cælum reuelabit iniquitates eorum, & terra consurget aduersus eos:*

Cap. 27. *Vel qui nascentur testes erunt nequitiæ aduersus patres,*

Cap. 36. *Vel transibunt per gladium, & consumentur in stultitia sua*

Cap. 30. *Vel tabescet caro eorum, & ossa, quæ tecta fuerant, nudabuntur.*

Cap. 15. *Vel antequam dies eorum impleantur peribunt.*

Cap. 8. *Etenim impiorum tabernaculum non subsistet.*

Cap. 21. *Vel cum ducunt in bonis dies suos, in punto ad inferna descendũt.*

Neque arbitrandum est vltimum eorum supplicium mortẽ esse. cum constet ab hac initium sumi maximorum, æternorumque dolorum. quod etiam fatetur Ouidius, 9

In Ibin. *Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,*
Horaque erit tantis vltima nulla malis.

enimuero apud inferos, quas luere tenentur pœnas, æternaliter sentientes non soluent, ob pertinaciam animi, qua decessore è vita. Hic enim non apparet condigna scelerum mulcta.

Philip. 13. ideo dicebat Cicero, *Impij, quos cæcidistis, etiam ad inferos pœnam parricidij luent.* Ita Deus per temporaneam pœnã prouidentiam ostendit & per æternam, ad huc remanere iudiciũ

Iob. c. 35. vt peritè docebat Gregorius.

Quare post hanc vitam ex condigno torquentur. in præsenti tamen temporanea prauitate sibi æternos cruciatus parant. licet patratis sceleribus statim sibi aduocent internos mœrores; tamen quandoq; in hoc mundi theatro funestissimas subeunt calamitates. nam vt monuit Ecclesiasticus. *Improperium,*

Eccle. c. 6.

& con-

Digitized by Google

& contumeliam hæreditabit malus. ſubinferamus aliqua exempla ex Taciti beneplacito dicentis, *Quoties exempla recti, aut mali ſolatia poſcunt, haud abſurdè memorabimus*. vt appareat ſemper pœnis affici culpas. Hiſt. 3.

Fratricida Cain à Nepote Lamec occiſus eſt. Pharao hebraici populi perſecutor (cuius natos ab obſtetricibus interfici iuſſerat) illum inſequens, vna cum populo aqu.s obrutus eſt. Saul nuptiarum obtentu ſtuduit Dauidem Philiſthinorum gladio interimere; ne ipſe poſtea in illorum deueniret poteſtatem, gregario militi ſe confodiendum præbuit. Hieroboam vt ſtabile ſibi pararet regnum, idolatriam inuexit. qua ſceleris immanitate omnino eius domus euerſa eſt. ſed tranſeamus ad profana.

Mitridates iniuſto ſe fœdans bello, de paterno regno cum Patre dimicans, poſtea à Pharnace filio armis obſeſſus, cum ſpem omnem amiſiſſet veniæ, Gallo militi præſcindendas obtulit ſuas ceruices. Cæſar ſuæ inuaſor patriæ in curia interemptus eſt, ſub Pompeij ſtatua, qui acriter pro libertate Reipub. dimicans occubuerat. Agrippina ſuum virum Claudium veneno occidit, vt Imperium transferret ad Neronem filium. A quo per ſatellites necata eſt, clamitans, Percutite, Percutite ventrem tam nefarii monſtri editorem.

Verè itaque ait Salomon, *Homo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, Rete expandit greſſibus ſuis.* & Auſonius inclamat. Prou. c. 19.

Fœlix criminibus non erit diu.
O ſemper timendum ſcelus. In Cle. ſæt.

Cognoſcitur Dominus in operibus ſuis iudicia faciens, ait Dauid. enimuero cum non ſit ardori vindictæ, aut cupiditati pœnarum obnoxius, non præproperè vlciſcitur, aut corripit ſumma animaduerſione. nouit ille ſuam paternam morâ aliquando fructuoſam fore, cum diuturnitate temporis reuocet quoſdam errantes. at vbi vulciſci conuenit, eiſdem artibus demolitur improbos, quibus illi olim lætabantur ſe proſtrauiſſe inſontes. *Qui iniuriam facit, recipiet id, quod iniquè geſſit*, ait D. Paulus. & tunc maximè à Deo fiùt ſcelerum detectiones, cum nullus quandoque adſit, qui redarguere poſſit ſceleſtum, vt ait Niſſenus. Pſalm. 9. 10. Ad Colloſ. cap. 3. De Philoſ. lib. 8.

Quapropter nos vindictarum feruidi patienter feramus hos gloriabundè in delictis incedere. nam hæc mora vt interuallū eſt pœnarum, ita etiam & diutuſnitas. ſic Deus eò ipſo imprudentiam inſipientium vlciſcitur: nam vitam ſeruans prorogat ſupplicia. idcirco vt ad Diuinam iuſtitiam ſpectat punire iniquos, ita illius eſt ſapientiæ, ſcire modum, & tempus plectendi.

Digitized by Google

Pindarus. ctendi. qua ratione scitè dicebat Pindarus, quod soli Deo cõuenit scire quando, & quomodo, & quousque plectendi sunt stulti, quia ipse solus est factor iustitiæ. hinc etsi nos latet quare hos serius, illos vero præcocius cædat flagellis, ratum tamen habemus, patrato crimine irriquiete conscientiam lancinare errantem, & agitare stimulis. Quia *iustum est apud Deum, retribuere tribulationem ijs, qui vos tribulant; & vobis qui tribulamini requiem*, ait Apostolus.

Tess.2.c.1.

Itaque certo certius est pœnas non auferri, sed differri; non tolli, sed distuli; non minui, sed augeri. quod in Terrameno manifestum apparuit, vt Plutarchus refert. Domus ruina multi oppressi corruerant, solus Terramenus euaserat: qua de causa ab omnibus vt beatus prædicabatur, ipse vero exclamauit Ad quam ruinam me reseruas fortuna? paulo post à suis ciuibus tortus, (quorum sibi vendicauerat tyrannidem) miserè vitam finiuit. satius fuisset illi vna cum cæteris extingui, quàm ita turpiter mori. *Solet Deus, quos plurimis exornauit beneficijs ad duriorem casum reseruare*, dicebat Cæsar. & Flaccus vt refert Philo, patratorum criminum in Iudæos reminiscens, dicebat, *Pœnæ me manent sat scio, & diræ iam stant tanquã in carceribus, vt obice abrupto properent in meam perniciem*. & Xenoph introducit Cyrum suadentem filijs, ne quid sceleris admittant, cum Superi in malos ad huc viuentes vindictã exercere soleant. & Augustinus ait, *Ad iustam Dei iram pertinet, quicquid manifestis, opertisque pœnis puniuntur mali*. quos (ne statim liberet à præsentibus malis) non illico perimit, sed coaceruans alias post alias calamitates, dignas pro sceleribus mulctas infert. *Videtur quandoque inultum scelus, semper tamen pedissequam habet pœnam*, dicebat Augustinus. nam pudor, & conscientia, sunt certissima, & acerbissima facinorum flagella, & scelerum detestatrices. quod doctè expressit Ambrosius dicens, *Nullus maior est dolor, quàm is, qui peccati mucrone vulnerat conscientiam. neque vllum grauius est onus, quàm peccatorum sarcina, & pondus flagitiorum*.

In Ora.cõs. De Bello Ciuil.lib.3. In Flaccũ. Ped.lib.8. Euchi.c.26 De Conti. cap.6. Epist. 18. lib.5.

11 Gen.c.31. Non dormitat neque sternit noster Iudex Amice. hoc ipsũ confessus est Deus Iacob, *Vidi quæ fecit tibi Laban*. ideo non eget oppressorum clamoribus, vt excitetur contra delinquentes. cum sui sit muneris præmia bonis, pœnas malis dispensare. quo auctore.

Sen.in Thy. *Sæpe in magistrum scelera redeunt sua*.

ideo quorumcunque criminum patratores plectendos fore, ne dubites, in hoc breui vitæ curriculo, & futuro. etenim & Eccles.c.5. *Altissimus est patiens redditor*, vt Ecclesiasticus monuit. & tardi-

Digitized by Google

tarditatem pœnæ grauitate, & ſeueritate compenſat. Primo ille adiutor eſt oppreſſorum, deinde vltor ſcelerum. cum vrgentioribus ſtimulis impellatur amoris, quã vindictæ. ideo ceſerius adiuuat pios, quam opprimat impios. & nos quoque prius confoſſo vulneribus accurrimus, quàm ſtatuamus, qua mulcta ſit puniendus inuaſor.

Vbi quæſo eſt illa colluuies Arianorum, quæ tercentorum annorum ſpatio totum orbem miſcuit, & fœdauit? Vbi Oſtrogotæ Italiam vaſtantes hæreſibus, & ferro annis quinquaginta nouem? Vbi Viſigoti, qui Hiſpanijs potiti, eas deturparũt eodem crimine annis centum ſeptuaginta? Vandali quoque fidei impuritate, & morum, Africam immerſerunt cœno centum, & decem. Iſtorum omnium nulla extat memoria niſi apud Hiſtoricos, & illa quidem fœda, & infamis. neque cæterorum latrunculorum erit fœlicior memoria, aut ſtatus. Quapropter dicebat Tacitus, *Magnis iuſtis iudicijs approbatum eſt, non eſſe Dijs curæ ſecuritatem, eſſe vltionem.* Quod ſi hæc Hiſt. 1. proprijs non intuebimur oculis, nos deerunt harum rerum ſpectatores, à quibus malignorum interitus ſubſannabitur. Michael Paleologus irrequietè ſtimulis conſcientiæ lacerabatur Nicef. lib. 5 ratione innouatæ religionis, vt certius imperium prorogaret in filios, apud quos tam parum meruit, vt ne ſepultura quidem fuerit honeſtatus.

Audiamus D. Ambroſium totam hanc noſtram diſpuſationem breuibus verbis complectentem. *Ecce enim innocens, iuſtus, pius, propter gratiam deuotionis odia fratris incurrens, immaturus ad hoc æui ſublatus eſt fratricidio. & iniquus, ſceleſtus, impius, etiam fraterna cæde pollutus longæuam duxit vitam, poſteritatem reliquit, vrbes condidit, & hoc meruit permiſſione Diuina. Non intelligitis, non animaduertitis ſenectutem hanc miſeriarum eſſe veteranam? proceſſionemque ætatis, ærumnarum ſtipendia?* Et inferius ait, *Ergo iſti Cain longæuitas indulta vindicta eſt. eò quod vixit in metu, & prolixum ſpatium cucurrit multo, & infructuoſo labore.* Hæc Ambroſius. Qua pœna nihil grauius, cum quiſque ſit ſibi cauſa mœrorum. cum non ſolum affliguntur, qui pro tribunali damnati ſententijs iudicum ducuntur ad certum locum maleficis deſtinatum, ſed qui à ſua culpantur conſcientia ob certa etiam occulta crimina. cuius criminationes à nemine intercipi poſſunt. vnde dicebat Plautus, De Cain. & Abe. 10. l. 2

At hoc me facinus miſerum laceras
Meumque cor, corpuſque cruciat. In Milite.

Et certè nihil eſt funeſtius, quam contra ſe inclamantem conſcientiam habere. tunc diſplicens auctori ſcelus, occulto, & in-

Digitized by Google

desinenti vapulat verbere miser. quia peccatum pœnas poscit, exigit, extorquet, internas primum, & hæc est primaria mulcta. cum nequeat reclamare in sententiam, quam quisque secreto, & certo contra se profert vt testis, & iudex. secundo damnum, vel vincula, vel verbera, vel talionem, vel ignominiam, vel exilium, vel seruitutem, vel mortem, vel damnationem æternam. Errat igitur si quis putauerit, quos non statim corripit vniuersalis Iudex, euasisse pœnas interius. Ergo

In Ge. q. 33 perite ait Theodoretus, *Diuinam scripturam apertionem oculorum vocare sensum peccati, & pudorem scelere admisso. nam patrato flagitio infingit continuo aduersus nos conscientia, nosque vehementer obiurgat, & condemnat.*

Irasci non debemus Diuino Numini, si quandoque sero improbos puniat. Caput XII.

MEntis cæcitate, stultitiaque laborant miseri mortales, ex quo tempore Parens ille noster primarius Dei transgrediens mandata, hoc cœpit ægrotare morbo. atque adeo elanguit, vt posse se Dei aspectum fugere arbitrans, frondium tegumento voluerit se occultare. & nos eodem laborantes vulnere cæcutimus in notioribus. nam Dei deserta luce tenebris inuolui consequens erat. ideo inclamat Lucretius tanti mali animaduertens vires,

Lucr. lib. 2. *O miseras hominum mentes, & pectora cæca.*

ita sensibilium caligine nostra est fœdata mens, vt vanitati ueritas, & opinioni confirmatæ ipsa ratio cedat. idcirco

Tusc. lib. 3. ut ait Cicero, *Cum lacte nutricis errores fluxisse videmur.* imò &
In Ioan. trac. 44. ipsum ignorantiæ uitium, quod perinde *Pro natura inolenit*. vt dicebat Augustinus. sensui itaque addicta ratio à cunabulis nescit excutere iugum tam truculentæ dominationis. effectaque sui immemor sensu perceptis adhibet fidem, cæteris vero aut diffidit, aut reluctatur omnino. ideo cunctatrici Diuinæ iustitiæ oblatrat, molestè ferens non esse explosam opinionem ex orbe, Deum corripere impios. ita disserit imbecilla ratio, ad uindictam propensa in obsequium sensuum. & suæ ægritudinis inscia.

1 Quomodo uis illa cœlestis ignea tanta est deturpata segnitie, vt prætereat plectere impios? cum tanto hi ferantur impetu, vt nulla remorentur tarditate in euersione proborum uirorum? nec pudet hos insequi, quos morum candor, & integritas commendat? Iniuriarum enim repulsio, uiam obstruit delinquendi sceleratis, & iubet, ne diutius illorum prorogetur

tur pernicies. nihil illis potest opportunius accidere, quàm ipsa animaduersionis suspensio; cum struere possunt insidias, & moliri, & demoliri insontes. at istorum spes omnino fit imbecillis tarditate cœlestis tutelæ, & uindictæ: cum Diuina cunctatio audaciam flagitiosis præstet, & temeritatem, pijs uero dejectionem animi. Ideoque cum celeris non fiat punitio nec resistitur audacibus, nec compescuntur iniuriæ, apparet patrocinium cœleste non adesse læsis. itaque perspicuum non est Deum arguere scelera. ex quo flagitiosi mutua cohortatione sese impellunt ad scelera: ratum habentes suarum uiolentiarum præsentaneam esse mercedem, pœnam uero aut nullam, aut paruulam, aut tardissimam. Idcirco mora hæc, & cunctatio plurimum fidei adimit punitiuæ iustitiæ, cum non statim, & per singula crimina sontes à Deo plectentur. quod si longo post tempore hoc exerceat munus, potius illud infortunium calamitas uocanda est, quàm pœna. hinc licet quandoque irruentibus calamitatibus doleant, nusquam tamen admissorum criminum illos pœnitet. Nam mulcta, quæ peccatum non subsequitur, hominem reuocans ad uirtutum officia, si inciderint post temporum interstitia, non uidetur illatæ uindictæ causa. ideo scelera castigare è uestigio necesse est, ne ultra progredi possint. tunc sanior mens inducitur illis à Diuina iustitia: ne prorsus morum probitas exposita uideatur malis.

Quamobrem tardipeda illa, (ut Euripidis utar uoce) uindicta Diuina, tanquam fortuito incidens magnam infert difficultatem nobis insipientia obsitis, Fortuitu ne, an cœlesti prouidentia aduersa contingerunt impijs? & parum utilitatis ex hoc quoque colligimus, cum pœnarum timor, ex dilatione iudicij, aut ferè nullus, aut per quàm exilis sit. cuius rei etiam diuturnitate insignes sunt conquesti. & in primis Iob dicens, *Quare impij subleuati sunt, confortatique diuitijs? semen eorum permanet coram eis: propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum: domus eorum securæ sunt, & paratæ: & non est uirga Dei super illos.* & Hieremias, *Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui prauaricantur, & iniquè agunt?* & Ecclesiast. ait, *Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ, iustus perit in iustitia sua, & impius multo tempore vivit in malitia sua.* Claudianus hanc etiam miseriam deplorans ait,

Iob. c. 21.

Hier. c. 12.

Eccle. c. 7.

Cum res hominum tanta caligine volui
Aspicerem, lætosque diu florere nocentes
Vexarique pios.

In Ruff. li. 1

Amice ratum habe, *de Deo vera dicere ad huc periculosum esse.*

In Symbolo

esse, ita nos Cyprianus docuit. & Tacitus, *Sanctius, & reuerentius est de actis Deorum credere, quàm scire.* Vniuersum esse
De Germ. Morib. natura Diuina complectitur interminatè. quod prorsus à nobis nec comprehendi, sed nec quidem complecti potest. ex quo nec quidem illam nominare possumus, vt ait Damascenus. quare poscenti Moysi Dei nomen, audiuit nomen Dei
De Fide. t. cap. 13. esse, *Qui Est.* nam cætera & diminutum habent esse, & dependens. at ille est & quæ sunt, & quæ possibilia sunt. at hæc
Exod. c. 3. omnia quis animo complecti potest? qua de causa *Melius ille scitur nesciendo*, vt dicebat Augustinus. à pusillo homine, &
De Ord. l. 2 ignorantiæ mulcta damnato nulla ratione circumscribi potest illud infinitum, æternum, & immensum Ens; sed solum venerandum, colendumque nullaque audaci speculatione quærendum. nam quæ occultauit Diuinitas, nemo pius audacter in lucem efferre tentat, quia temeritatis est crimen, & insipientiæ argumentum, *Non enim sunt inquirenda, quæ silentio sunt*
The. in Ge. quæst. 45. *tradita, sed veneranda.* Quapropter cum quicquid sit in Deo, substantia illius sit, velle Diuinæ iustitiæ, aut prouidentiæ sæcita discutere, est velle præcludere nostri ingenioli angustijs angustijs interminam entitatem Diuinam. idcirco omnino
Sap. cap. 9. mentis nostræ captum fugiunt diuina iudicia. *Difficile existimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ autem in cælis sunt, quis inuestigauit?* at nihil magis in latibulis Dei Sapientiæ est recõditum, quàm iudicium, quo uniuersa, & singula moderans dirigit ad finem à se constitutum. quæ quidem actio *Abyssus multa* vocatur in sacris literis.
Psalm. 35. ex quo necessario deducitur, vt prorsus incomperta sit nobis, expectandusque sit noster ingressus in Sanctuarium Dei. nam de cætero labor est, & angustia, eam velle venari. Idcirco D.
Roma. c. 11 Chri. ibidē. Paulus hanc hominum temeritatem arguens ait, *Quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* Et Chrisostomus hæc explicans ait, Tanta est profunditas iudiciorum Dei, vt nemo queat ea scrutari, ne dum comprehendere. quod si quis ea temerè, ac superbè scrutari audeat, continget illi, quod Sa-
Prou. c. 25. lomon scripsit, *Scrutator Maiestatis opprimetur à gloria.*

Quæ tanta fulget maiestate, dignitate, & virtute, vt *Cæli*
Iob. c. 26. *columnæ contremiscant, & paueant ad nutum eius*, vt monebat Iob. quare licet homines temerario ausu Dei audeant venari iudicia, quo magis illa scrutari fuerint ausi, eo magis ab eorum captu abesse comperiunt. illorum namq; cognitio in Dei detegitur Sanctuario. à quodum absumus, summa pietate colere illa debemus, non inuestigare audaci curiositate. *Non con-*
In Gen. hom. 11. *uenit humanis mentibus curiosius ea, quæ à Deo sunt, explorare,* ait Chrisostomus.

Si sy-

Digitized by Google

Si syderum, cœlorumque naturæ maximè oculis obuiæ, magno conquisitæ labore ad huc nos latent; tanti auctoris sapientissimè deliberata conspicua nobis erunt? Subiacent enim eius cognitioni facta, & facienda; quæ omnia perfectissimo modo intuetur, nec quidem aliò, quam in sua essentia. & hæc quidem in vnico instanti, etiam quæ in suis causis sunt indeterminata. nec earum rerum cognitio incipit, aut desinit, sed inuariabili modo, vnico, & simplicissimo actu intelligendi, se ipsum, & alia, intelligit. quæ certè Dei actio substantia est, extra se tamen efficiens illud omne, quod productum est, vel producendum. At nos caligine obuoluti ignorantiæ, nec quidem manifestissima naturæ comprehendimus; vel magis obuia sensibus sint ista, vel nobiliora entia, cum sint ex suo genere intelligibilia magis. Quid? nec in tanta copia actionum animantium alicuius notam formam habemus. Nec si sacra oracula immortalitatis animæ nostræ morituros nos nõ instruerent, undequaque hoc esset manifestum. patet hoc perpetua philosophantium altercatione. Et ipsum quoque intelligendi munus, cum nihil sit ipso frequentius, nihil est illo obscurius. quare in singulis cæcutientes, de singulis disputamus proterue. cum interim ita sensuum ministerio indigeamus, (licet illi substantiam non attingant rerum.) vt corruptis phantasmatibus anima nostra (à solo Deo genita ex nihilo, indu ctanon educta de potentia materiæ, & per consequens immortalitatis particeps,) insaniat, deliret, sui socij corporis sequens errata. sic quandoque in cæteris arbitrandum est, nos deliramenta sequi, quasi nacti simus summam sapientiam. qua de causa *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ*, ait Sapientia. Sap. cap. 9.

Itaque si nostrum scire quandoque insanire est, (cum aliquando ab insipiente pendeat doctrina, quandoque à recepta opinione falsa, quandoque à nostris malè intellectis, aut corruptis imaginibus, quandoque à prauo discursu) audebimus arcana cœlestium deliberationum audacter venari? *Impietatis hoc est initium, sicut pietatis est principium, optimè de Deo sentire*, vt asseruit Augustinus. & ideo rectè ait Seneca, *Inter cætera mortalium incommoda hoc est, caligo mentium; nec tantum necessitas errandi, quàm errorum amor*. Ad calculum itaque Dei reuocare iudicia, vel temerè inuestigare, insanientis est animi. Ita Phormionem insanuisse testatus est Annibal, cum illum perorantem audisset de Imperatoris, militumque munere. cum talia non ediscantur in umbraculis Academiarum, sed in castris, sed in obsidionibus, sed in ipso acierum conflictu. at nos præsentia vt plurimum latent, sicuti

De lib. arb. lib. 1.

De Ira li. 2.

Cic. de Or. lib. 2.

& præ-

& præterita, quæ vero futura sunt, nostrum captum effugiũt, ex quarum rerum cognitione perfecta, perfecta oritur ordinatio; at illa solum Diuinæ menti sunt conspicua. idcirco solius est Dei illud munus ordinare: nostrum vero non indagari causas, sed venerari Diuinum numen: confiterique summũ esse artificem, qui optimè nouit, quo genere medicaminis singulorum curandæ sint animi ęgritudines; quo tempore adhibendum sit illud; qua mensura sit singulis partiendum; cum non æquali pœnarum grauitate, temporeque vno omnium delictis sit occurrendum à punitiua iustitia, *quando Deus operatur aliquid, noli humana ratione exquirere quæ fiunt, transcendunt enim mentem nostram, & non potest humana cogitatio attingere, & comprehendere eorum quæ à Deo sunt condita rationem.* sic Chrisostomus. ideoque *Cum magna sint illa iudicia, & inenarrabilia, propter hoc indisciplinatæ animæ erranerunt.*

hom. 25. In Gen.

Sap. c. 16.

Desinamus itaque de hac supremi Dei sapientia curiosè inuestigare, aut iudicare temerè. nam

Menand.

Acutus ad cernenda cuncta oculus Dei.
Quem quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.

De conf. li. 5. met. 2.

Omnium est ille inspector. hinc scelerum culpas illũ nequeunt latere.

Sophocles.

Nec supplicia merita impij
Vnquam effugere potuere.

4

Basilius.

Igitur morbus est animi, malè, aut superflua de Deo quærere, dicebat Basilius. ipse solus nouit, vt optimus medicus, cur iam pridem quorumdam augeri iniquitates permiserit, quibusdam peccandi auxerit opportunitates, quorumdam errata statim graui animaduersione corripuerit. nam etsi semper iustitia medicamentum sit animæ, aliquando tamen ipsa experientia (Deo monente interius) arguens errantem, compescit. cum sæpius Pater noster cœlestis pœnitentiam expectet nostram. quam cum quis renuat agere, vt in deterius labescat, et tempus, et opportunitates impartitur. quo instituto patefacit ærarium misericordiæ, et iustitiæ.

5

Val. 4. c. 1.

Ideo tardè seroque plerumque flagitiosos à Dei supplicijs argui videmus. non quia veretur, aut celeritate, aut grauitate pœnarum criminis notam, aut immanitatis subire posse; sed potius, vt impetum coerceat nostrarum vitiorum. & moneat, cum feruor æstuet iræ, mora opus esse, ne celerem pœnam sequatur pœnitentia. hinc sapienter Plato cum in seruum acriter exarsisset, verens ne metam excederet vindictę, Speusippo amico arbitrium pœnæ, qua mulctaretur,

Digitized by Google

tur, commisit. rato enim tales irarum deliberationes sunt scelices? cum duo maxime sint opposita menti, celeritas, & ira, vt asseruit Tucidides. quod monuit Cicero dicens, *Ira maximè prohibenda est in puniendo*. qua ratione vt ait Tacitus, *Solum barbaris cunctatio seruilis videtur, & statim exequi, regium*, Tuci. lib. 3. De Off. li. 2 Annal. lib. 6

Quando Deus errantem animam viderit à cultur a virtutũ, summa considerat prouidentia, num aliquando pœnitentia flectenda sit illa ad bonum moris. cum ob ignorantiam potius quàm delectu vitiorum peccauerit, vel vehementi sensuum commotione sit abducta a virtutum itinere. his enim sese corripiendi tempus tribuere solet; sciens labilem esse nostram naturam ad malum ab adolescentia; cum ciuili tantum dominio ratio dominatur sensibus. ita Abimelechi facinus corripuit Deus. *Enimuero si statim puniret peccatores, non inueniret confessores*, ait Augustinus. Gen. c. 20. Psalm. 102.

Si vero nihil syncerum in illis deprehenderit, sed malitiam perdurare immobilem; quandoque statim verberat; vt paucorum disciplinis multos erudiat. ita Hebraicum populum ad idolatriam procliuem compescuit interfectorum sanguine, qui hoc admiserant scelus. eadem quoque nocte Baldasar ab hostibus capi, & interfici iussit: in qua ausus fuerat compotationibus insistens, bibere in vasis Domini. vna cum suis concubinis. Aliquando hos malis vrgere differt, vt verberet grauioribus difficultatibus. Exod. 32. Dani. c. 15.

An vt per temporum interualla feriat sœpius? *Idcirco, ait Dominus, posui te, vt ostenderem in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra*. Exod. c. 9.

An vt suorum filiorum virtutes promoueat iniquorum scelere? ita oraculum, *Hos quidem tanquam pater monens probasti*. Sap. cap. 11.

An vt iustior appareat punitio ex dilatione mulctæ? ita Sacer texus, *Non est alius Deus, quàm tu, cui curæ est de omnibus, vt ostendas, quoniam iustè iudicas iudicium*. Sap. cap. 12.

An vt in omnibus diuinis operibus eluceat diuina clementia, suadens præteritorum reatuum resipiscentiam? Ita sapiẽtia ait, *Dabas locum pœnitentiæ; non ignorans, quoniam non poterat mutari opinio illorum in perpetuum*. Sap. c. 12.

An vt conspecta grauitate sceleris pertinaciæ per duritiem pœnæ, cæteri liberius renocentur ad inculpatos mores? Ita sacræ literæ. *Docuisti populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse, & humanum*. Sap. c. 12.

An quia non dum accesserit constituta dies, in qua Amici Dei potituri sint rebus ab impijs malè partis? Ita Deus Abrahamo

Gen.c.15. hamo, *Generatione quarta reuertentur huc, non dum completa sunt iniquitates illorum, vsque ad præsens tempus.*

An quia ijs vtitur Deus vt flagello quodam populos, pioſq; corripiens, quo opere abſoluto, illorum plectit ſcelera? punita Iudæa p Regē Aſſur, eūdem Deus dirè mulctauit, ita Iſaias

Iſa.cap.13. in eodem capite, *Et erit cum compleuerit Dominus cuncta opera ſua in Montem Sion, & in Hieruſalem, viſitabo ſuper fructum magnifici cordis Regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum eius.*

Matt. c.17. An lentè in puniendo graditur. vt pij ab impijs ſecerni, dividique poſſint? idcirco pater familias inhibuit eradicari zizaniam, ne ſimul diſcerperetur & triticum. & Angelus ad

Gen. c.19. Lot, *Feſtina, & ſaluare ibi, quia non potero facere quicquam, niſi ingredieris illuc.*

An quia acrioribus ſtimulis vrgetur Deus, vt præmia reddat amicis, quàm inimicis pœnas? ideo illos celerius muneribus afficit, hos verò corripit ſerius. Ita S. Iudas, *Quoniam Ieſus primo populum de terra Aegypti ſaluans, ſecundum eos, qui non crediderunt, perdidit.* & in extremo mundi die prius dicet,

Matt. c.25. *Venite benedicti Patris mei.* deinde cœteris, *Ite maledicti in ignem æternum.* nam ſi teſte Philone, Deus eſt tardior ad pœ-

De Exere. nam, quàm ad veniam celerior erit ad præſtādum ſubſidium, quàm excidium.

An quia expectat vt ipſa temporis diuturnitate cumulatius ſceleribus auctis portentoſa quadam eos punitione atterat?

Reg.4.c.9. Ita Iezabelem à canibus lacerari fecit. Antiochum enecari ſum-

Machab.2. cap.9. mo viſcerum dolore, & putore. & Herodem, Angelo percu-

Acto. c.12. tiente à vermibus viuentem abrodi. his namque horrendis pœnis, ſimilibuſque graſſans apertè ira Dei, ſuam iuſtitiam commendabiliorem efficit, & illuſtriorem.

Quamobrem nequeunt ſibi mortales impunitatem polliceri. ſed recogitare debent iuſtitiam affidere Deo, & ſpectare hominum acta, quæ licet quandoque diſſimulet, attamen ſtatuto tempore corripiet Diuini, humanique iuris violatores, etiā prauorū miniſterio. ſicuti in militari imperio ſeuerè animaduertitur in deſertores ordinis. quo circa dicebat Naſo,

De Arte 1. *innocui viuite.*
Numen adeſt.

7 Ita Magnus ille Rex Deus publicam cuſtodit pacem, præmijs honeſtans innocentiam, corruptos mores afficiens flagellis. etſi hos ſemper torqueat conſcientiæ ſtimulis. qua ratione nunquàm feriantur à metu. nam culpa delinquentem animā obijcit, & ſubijcit interno carnifici, qui hos internè laneinans cogit reminiſci à ſuperna mente adminiſtrari omnia. Quæ impla-

Digitized by Google

implacabiliter iratscens erratis, illis semper est infesta. Primo temporanee mulctans, deinde cogit stultitiæ pœnas substinere æternas. Hinc etsi videntur fœlices, qui præclara dominia obtinent, aut magnificos magistratus, aut opulentas diuitias; tamen si in animi latebris vlcus criminis fuerit, nunquam sinit eos quiescere, aut pace potiri. Ita Domitianus semper fuit pauidus, semper anxius, & præter modum agitatus suspicionibus, postquam Iunium Rusticum innoxium virum interfecit. quem in somnis vidit ad se venientem euaginato gladio, vt refert Suetonius. Suet. c. 14.

Nam veluti vulnus in carne cicatricem procreat, ita scelus pœnitentiam, quæ irrequietè mordicans conuellit animam. Quamobrem talium opulentam fortunam aliquis nãcisci potest, quietem autem nunquam sine morum candore. *Cum sola improbitas nullis machinis sola præsentia animam labefactat, ac deijcit mœrore, luctu, & angore*, vt dicebat Plutarchus. pauere hi coguntur eorum more, qui torrentibus abripiuntur. nam licet aquas timeant, à quibus feruntur deorsum, supernè tamen inundantes verentur magis. ita etsi præsentium lacerantur remorsu, ab imminentibus tamen cœlestibus procellis acerbius visceratim discerpuntur. quare non senescentes corripiuntur aduersitatum, miseriarumque occursu, sed indefesso cruciatu senescunt in diem. Ideo non plectuntur sero, sed semper; non lentè, sed dire; quandoque apertè, sed incessanter secrete. Non itaq; irascamur Deo, quod quasi nostras iniurias ex tempore vindicare debeat; cum illum contra nostra scelera non solum appetamus cunctatem, sed, si fieri posset, etiam stupidum. cum tamen nostra facinora semper sint suis exposita oculis. quæ ipse ad lucem deducit miris modis; vt omnem ableget à nobis cupiditatem peccandi; compertam habentes iram eius in transgressores suarum sanctionum. Nũ improbitas, &c.

Gregorius Nissenus refert admirãdam quandam detectionem cuiusdam homicidij. Poeta quidam nomine Ibex à sicarijs inuasus, cum vim nequiret effugere, nec testes adessent sceleris, ad præteruolantes exclamauit grues, ò grues, quæ spectatores estis, & testes tam iniquæ necis, vos deprecor per diuinum Numen, vt hanc mei innocentis sanguinis effusionem vlcisci velitis. Chorintij magno, sed incassũ labore criminis huius patratores quæsierunt; nec aliquod extitit argumentũ, à quo quispiam denotari posset vt auctor homicidij. tandem frequente populo in theatro vnus ex sicarijs animaduertens præteruolantes grues ad criminis socios dixit, En vltores Ibicis. quidam hoc audiens Iudici detulit, à quo captus ille, quæ- 8 De Philos. lib. 8.

Digitized by Google

stionique expositus per tormenta detexit crimen. quare vltimo supplicio vna cum socijs soluit pœnas. & Plutarchus narrat
De Sera Numi. &c. Bessum quendam suum interfecisse Patrem. quod sacinus diu latuit: tandem cum ad amicum quendam diuertisset conuiuij gratia, domum ingressus, hasta, quam manibus gestabat, (erat enim miles) deturbatis nidacibus hirundinibus; protriuit eas pedibus. mirantibus amicis aduenæ insolentiam, scisciatati sunt causam. quibus respondit, non ne audistis has proclamasse contra me, Patris mei me interfectorem fuisse? res delata fuit, & quæsita à Rege, & constitit Bessum fuisse parricidam. cuius grauem substinuit mulctam.

Idem cœlum, eadem iustitia, idem Deus, ergo eadem expectare, & pauere debent legum violatores. dum iste, vt docuit Boetius,

De Cons. li. 1. metr. 3 *Omnia certo fine gubernat.*

Idcireo cum se maximè celat malitia, deprehenditur, quæ
Cõm. lib. 6. semper ignota hominibus esse non potest, & irato Deo, nũquam impunitas. citè dicebat Cæsar, *Consueisse Deos immortales, quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere vlcisci velit, his secundiores res, & diuturniorem impunitatem concedere.* ita quasi interpositæ redeunt mulctæ,
Ped. lib. 5. *Nam de cætero Deus impunita non relinquit impia, & nefaria hominum scelera*, vt ait Xenophon. sacinus itaque in solitudine patratum, aut intra domesticos parietes, vel si mauis in conscientiæ visceribus, nulla interposita mora flagellatur. quare errant, qui censent inter culpam, & pœnam dari interstitium, si vero sese exterius profert, quandoque indubitatis
Obsequens de Prodig. argumentis conuincitur, & punitur. Iulius obsequens inferens prodigia ab Vrbe condita Anno 712. ait *Neminem qui magistratum Collegæ abstulerat, annum vixisse.*

Eccl. c. 2. Verè vere ab Ecclesiastico dictum est, *Peccatori dedit afflictionem.* idcirco scelesti, iniquitatibus auctis, temporum decursu, adeo acerbè à patratorum torquentur conscientia, vt doleant, vt fremant, vt indignentur, vt propriam execrentur vitam, vt illam sibi abrumpant laqueo. vt in antecedenti, ex Aristotile attulimus.

Psalm. 6. Concludamus itaque ex sententia Dauid, *Dominus iustus, fortis, & patiens.* Iustus est Dominus. nam cum summè sit bonus, nullum admittere potest malum iniustitiæ in se. quod si inter homines illud permittit, & iustitiæ quoque munus est, hominis seruare naturam liberam, non illam cogere. ac insuper, illud omne relabere trudit in ordinem suæ iustitiæ, vt in
In Thectico capite quinto diximus. quod Plato testatur dicens, *Nusquam, & nunquam iniurius est Deus, sed quantum potest iustissimus.*

For-

Digitized by Google

Fortis. *Cunctarum rerum ipse vim habet iutricem, & continentē*, vt dicebat Stagirita. ratio ex entitate deducitur, quæ cum sit intermina, incircumstriptè omnem perfectionem complectitur. & Patiens. ita Euripides, *Latenter, & lento pede progressa Diuina iustitia rapit improbos in tempore.* hinc licet quandoque sit tarda Dei ira, nunquam tamen irrita. & Horatius, *De Mundo c. de Deo.* Euripides. li.

Raro antecedentem scelestum
Deserit pede pœna claudo.

Quo circa *Non est, qui effugiat Dei manum*, vt docuit Tobias. Bis quoque ad quendam temerarium scelestum dixit, se non vereri quin quandoq; luiturus esset pœnas suorum fainorum; licet ipse tunc fortasse non esset superstes. Expectemus itaque Dominum, & custodiamus vias eius, *Cum ille sit terribilis in consilijs super filios hominum*. etenim vt monuit sapienter Herodotus. *Ad finem ex stunt acres valdè, & inuidiosæ vltiones Dei in homines*. cum indisciplinabilitas tyronis acuat sententiam Ducis. Interim demonstremus vtilitates, quæ ex inimicorum inuasione erui, elicique possunt. quarum contemplatio summopere custodit prudentiam, & pietatem. nam etsi ab vbique effusa malignitate inuaditur innocentia, & durum sit probis malignantium sufferre versutias, sicuti intolerabile est liberis seruile imperium; tamen cognitis vtilitatibus eorumdem, facilè custoditur patientia, virtutum præsidium, & sepimentum. Tob. ca. 15. Psalm 65. In Melpe.

Ex simultatibus vtilia educenda sunt.
Caput XIII.

NOn itaque cœlis succedendum est, quasi ex illis nulla in fontes delabatur pœna. etenim non celeri tantum, sed instantanea multa Deus insequitur malitiosè errantes à suis mandatis. ex quo liquet, vt veluti homo auersè à sole ambulans, sui circumferens vmbram, semper eam intuetur; ita delinquens scelerum memorias ante mentis oculos acerbè cogitur habere. nequit in.eorū obliuisci, contubernalē habens cōscientiam eorumdem increpatricem. quare & pœnitere cogitur, & vereri Dei iudicis sæuitiam, cuius verberantem vim fugare non valet. quousque Dei miserantis motu excitata mens voluntaria castigatione illa abijcens, christianę vitę opera piè fuerit complexa, & prosecuta constanter. enimuero vt immaculatam conscientiam pax occupat, securitas, & letitia, ita deturpata fœditatibus agitatur furijs, molę peccatorum præssa, & obnoxia pœnis.

Digitized by Google

Quamobrem nisi immortalis vitæ nos teneat obliuio, aut odium, summopere laborandum est, ut ex aliorum odijs, & 1
insectationibus utilitates eruamus, ueluti aurum ex terræ uisceribus. sunt enim illæ admodum præclaræ, quæ non dum ad temporaneam manuducunt tranquillitatem, sed ad interminam fœlicitatem. Sunt enim in orbe raræ regiones, quæ ex se non producant, aut saltem nutriant uenenosa animalia, aut immitia. ita par in domibus, aut in societatibus est, cum ferè sint nullæ, in quibus non decoquantur æmulationes, inuidiæ, & contentiones, ex quibus simultates erumpunt. adeò enim est quisque sibi amicus, vt occupare satagens aliena iura, ex orbe eliminata sit verecundia; & inuerecundè contra iustitiam grassetur impietas. quare à profanis hominibus commẽdatur versutia, qua quis amicum euertens, sibi illius bona, aut 2
honores conciliat, quasi honesto partos labore. Idcirco ipsæ Chilo.
quoque amicitiæ nos simultatibus inuoluũt, vt dicebat Chilo. Vel quia insinceræ sunt illæ: quia se ipsis exceptis, præterea nihil homines amant. Vel quos diligunt; voluptatis causa amant: quibus euanescentibus causis, perit amor. Vel quia illorum gratia faciendæ sunt inimicitiæ: ideo leuissimis de causis traduci solent amicitiæ ad grauissimas simultates, vt dicebat Biasi. quia quæstus est omni consanguinitate carior, omni Biasi.
honestate potior, etiam pretiosior charitate, quam nisi omnibus prætulerimus, de æterna nostra salute actum est.

Luminis beneficio, quæ extra se sunt, conspiciunt oculi; ita mens nostra Diuinorum oraculorum splẽdore se ægrotantem quandoque agnoscit, vt stultitiam deuitet, & damna nunquã interitura. alioquin inualescente, & grauescente morbo perignorantiam semetipsam non curans, properat ad perennem luctum. idcirco dicebat Augustinus, *Vt à te recesse, perij in me.* Aug. Solilo. cap. 6.
nam quo quis affectu Deum, eodem semetipsum prosequitur. nec alicui animæ salus contingere potest, nisi per filialem amorem in Deum, quo ipsius ex dilectione seruamus sancita. Quo circa Paulus Corinthijs rectum iter cœli demonstrans, dicebat, *Ad huc excellentiorem viam vobis demonstro.* Cho. 1. cap. 12.
per quam ingredi, & proficisci adeò cogimur, vt nulla, præter hanc, salutaris sit nobis. à qua qui oberrant sentient æternæ mortis damna.

Charitas est hæc, virtutum omnium primaria, qua sola insigniti ad æternum Dei introducuntur conuiuium. est enim signũ, & nota mutui amoris Dei, & hominis. cuius adeò ille delectatur, vt nihil magis, cũ natura sit comparatum, vt semper inter similia intersedat amor. at Deus charitas est. hinc in homi-

Digitized by Google

hominis charitate delectatur summopere. Adde, quod est vnicuique suum pulchrum. at charitas Summi Dei munus est, hinc sequenter eam amore complectitur, vt solius, & propriũ donum. Homines vero qui hac sunt exornati virtute, maximo quo possunt labore Dei seruantes mandata, nihil est illis antiquius, cariusque quàm in hoc opere absumere totam vitam. testante Domino Iesu, *Qui diligit me, mandata mea seruat.* Ioan. c. 14. cum ignea charitatis natura ab opere vacare non possit ad præscriptum amati Dei. at inter huius sancita illud est præcipuum, *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos; & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Matth. c. 5. Quo oraculo omnem excutiunt pij tumorem ex animo: imò nec quidem illum admittunt, quauis maxima pessundati iniuria, ne fœdera violent amicitiæ Dei, temporanei mali ira commoti. cum ita ille edixerit, *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœlestis peccata vestra. Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Matth. c. 6.

A quibus tam sœpe anima fœdatur, *Vt septies in die cadat iustus.* Prou. c. 24. & Iob, *Quid est homo, vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Ecce inter Sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?* Iob. c. 15. Quod si natura, & improbitate morum sumus immundi per necessariam sequalem cœli aditus nobis patere non potest. hinc necessario sequitur, vt omnino sint condonandæ iniuriæ, vt nostrorum reatuum consequi valeamus remissionem. cum pari mulcta, non parcentes aliorum erratis, corripiantur à Deo.

Si ille omnium Dominus seruo parcit, cur tu homo non remittis conseruo? si plura debentibus condonat ille, cur tu minora debentibus? & ille nullius egens, errantium delet facinora, cur tu non idem facis remissionibus indiguus? multo igitur æquius vt homo homini, quàm Deus homini parcat; cum ipse remittat remissionibus non indigens, quibus maximè eget homo. nec tanta iste remittere potest, quin sibi maiora remitti opus habeat. quapropter conseruis misereri oportet, ne nostra inclementia efferantes Deum, nostrorum reatuũ sumat pœnas. cum pluries in diem maledici, detrahi, conuicijs peti homo ab homine permiserit, vt præsentaneum foret medicamen, parcendo, animabus nostris. Qua quidem incredibili misericordia nobis veniam offert. quod munus non tam spes est, quàm certitudo amicitiæ Dei, enimuero vt Cyprianus ait, *Ipse iudex non tam expectat qua ratione à supplicio li-* in Or. Dō.

Digitized by Google

cio liberemur, quam ipse nos viam, ac modum docet, vnde id efficiamus. ita reciproca condonatione bellorum repellentes mores, & extinguentes flagrantes iras, mansuetudinis, & pietatis augescentes merita, compertum habemus in nostris manibus Deum suam misericordiam posuisse. ideo prientissime
Psalm. 148. ait Dauid, *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo.* instruimur namque illo vt de facili vitare possimus demonis criminationes. ablatis etenim vindictarum effectibus, & recto aduocato consilio, exercendo pietatis opus, Dei amicitiam promeremur. qua nihil pretiosius.

Licet itaq; in nos ferociter depugnent inimici, ex Dei mandantis iussu, contra illos insistendum est mansuetudine, lenitate, iniuriarum condonatione. ita irrumpentia hostium vitia, virtutum iaculis confodimus. quo prælij genere Dei assequi-
Ioa. 1. c. 3. mur regna. dicente D. Ioanne, *Si cor nostrum nos non reprehenderit, fiduciam habemus ad Deum, & quæcumque petierimus ab eo accipiemus.* hoc enim virtutum munere adeò delectatur Deus, vt oranti S. Ioanni Gualberto caput inclinauerit in amoris argumentum. nam paulo ante ille in Christi exoratus nomine, inimico via, & armis obsito, vitam concesserat, & pacem. qui pia custodia præcipui mandati meruit tam amanter à sanctissima illa Crucifixi imagine accipi. Nam veluti homines virtutum gratia in alienas familias adoptione inseruntur; & rusticus resecat plantas, quæ succum inter capiendo, damnum inferunt in proximo satis; Ita prientissimus ille vir stirpitus euertens conceptam iram, vindictæque desiderium commutans in synceram pacem amore Christi, ab eodem ob talem virtutis excellentiam, in ciuem, in amicum, in filium, in hæredem fuit adoptatus. sic noster Agricola Deus excindes
Collo. c. 3. nascentes irarum palmites inserit charitatem. *Quæ est perfectionis vinculum* vocat D. Paulus. Vel quia hac, quasi sororio complexu, se continent virtutes. Vel quia forma cæterarum virtutum est, eas ad perfectum deducens: cum earum operationes dirigat ad Deum. Vel quia sola illa est, quæ immediatè attingens cœlestem patrem, nos nostro fini coniungit
Ad Aedib. 9. vlt. arctissimè, vt dicebat D. Hieronymus. idcirco peritè dicebat
Iren. lib. 5. Irenæus, perfectum hominem ex tribus constare, corpore, anima, & charitate. nam veluti imperfectum esset animal, si aliqua careret parte ex duabus prioribus, in genere naturæ; ita in genere moris, si careret charitate. cum hac morum probitas constet. quare hanc solam spetat moles omnium diuinorum
Tim. 1. c. 1. præceptorum. quod insinuat Paulus dicens, *Finis præcepti charitas.* quæ versatur potissimè in amando amicum in Deo, & inimicum propter Deum. vnde Augustinus ait, *In malis homi-*

Digitized by Google

hominibus Deum exercere, & perficere dilectionem nostrum, quam ad inimicos vult extendi. cuius virtutis necessitatem indicans, dicebat Dominus Iesus, *Dimittite, & dimittemini.* Itaque & præcepto, & fine talis sanctionis vrgentur homines. quo virtutis actu, ait Ille, *Eritis filij Altissimi.* quod si filij, & hæredes. *Quid sibi plaudit iniquus, quia flagellum de illo fecit Pater meus? illum assumpsit ad ministerium, me autem ad patrimonium,* dicebat Augustinus. etenim hoc virtutis exercitio discernuntur filij ab exhæredatis à paterno regno.

In Psal. 93.

Luc. cap. 6.

In psal. 36, con. 2.

Et hæc est primaria vtilitas, quam ex opportunitate simultatum venantur pij, quibus maior est solicitudo animæ, quàm temporalium omnium. ideo horum prauipendentes iacturam pro suis persecutoribus deprecantur Deum. scientes bonum animæ proximi ad huc præferendum esse omnibus suis commodis. quo munere ordinati amoris propitium sibi reddentes Deum, illum sibi obnoxium efficiunt pro æterna mercede. etenim cum velint hac potiri, mandata seruant. Quod si iucundum est seruo in numero amicorum Regis ascribi, quanto magis ascribi in numero hæredum Dei, cuius infinita sunt regna, & intermina, & immortalis amor? *Cines vero speciem magis in amicitia Principis, quam vim retineri,* vt dicebat Tacitus. quia vt dicebat Sallustius, *Regum voluntates, vt vehementes sunt, sic & mobiles, & sæpe sibi ipsæ aduersæ.* nec infirma quidem hæc est ratio, quia assiduè eorum mulcentur aures, aut deprauantur à malignis susurris. cum

6
Prima vtil.

Annal. 3.

In Iugurta

Seneca in Hipp.

Fraus sublimi regnat in aula.

vel quia tandem *Satietas capit Reges, cum omnia tribuerunt, aut seruos, cum iam nihil reliquum est, quod cupiant,* vt ait Tacitus. at beneficentissimus Deus, non modo ibi, sed etiam hic constantissimè appetit sua dona largiri, cum profusione cumulentur illa.

Annal. 3.

Quapropter sicuti in Deo excellentior charitas dari non poterat ea, qua pro sceleratis dedit filiũ. nec potior in Christo ea, qua se Patri obtulit in ara crucis pro rebellibus seruis; ita nec in Christiano fructuosior inueniri potest ea, qua quis inimico parcit. abluuntur per eam peccatorum sordes, & soluuntur obligationes pœnarum, remissisque prauis cupiditatibus, nutritur noster amor erga ætheream patriam, dum ambulamus in hac siticulosa regione videndi Deum. *Vos ad dilectionem inimicorum moneo, nam ad sanandum peccatorum vulnera, nullum esse medicamentum vtilius cognosco,* ait Augustinus, itaque.

De Rect. Conu.

Sen. in Aga

Det ille veniam facile, cui venia opus est.

Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam? ait Ecclesiasticus.

Eccl. c. 28.

Digitized by Google

Siracides. *in hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur?* Nefas itaque est à Deo veniam exposcere, qui hanc non exhibet inimicis.

Quapropter etiam in extremis malis pij non deserunt hoc
Rethor. 2. c. 5 cœli iter. nō modo quia sciunt *Deum iniuria vexatis opitulari.* vt Peripateticus monuit. sed quia peruersorum odia, & infestationes suis vrgent deseruire virtutibus. & sic faciliori, & fœliciori cursu properant ad incorruptibilem ciuitatem Dei. etenim cum nullam appetant vindictam inferre, sed potius afficere beneficijs, eò diriguntur aliorū improbitatibus. Qua christiana philosophia, christiana perfectio nutritur, augetur, seruatur, perficitur, vsque ad extremę lucis occasum. & tunc veluti exornati paludamento quodam triumphanter aulam ingrediemur cœli. quod certè immensum bonum nulla temporum iniuria, aut inuidentium liuor, aut inimica versutia, poterit labefactare. Quare ad cœlum

Aened. 9. *Hac iter est.*

cum charitas transducat fortunarum malignas euersiones in studium, & profectum virtutum; & infaustam natiuitatis horam in piam mortem, permutans temporanea cum nunquam
De Ciui. 3. cap. 14. interituris bonis. dicebat Augustinus, *Pugnant gladiatores, vincunt & ipsi, & habent præmia suæ crudelitatis.* An non potiora consequentur à Domino, qui in eius insistentes vestigijs opprobria, damna, honoris iacturam, patienter ferunt; compescentes animæ inferioris cursum ad iram, ad vindictam? Itaq; omnis sapiens mauult vitam amittere, quàm charitatem. cum omnis ille à pietate abest, qui ad vltionem propendet. nam solam iniuriam censet, Diuini, humanique iuris violare fœdera. quod malum solo diuino remedio reparari potest. hinc potius affici malis cupit, quàm vindictam inferre: &

Iuu. Sat. 13. *Partem acceptæ sæua inter vincula cicutæ*
Accusatori nollet dare.

Imò fiunt irruentibus malignitatibus pacatiores. cum omne quod ex virtutibus oritur, sit mite; quod ex vitio, proterū. qua ratione cohibent omnem irascentis animæ propensionem ad vindictam: cùm impium sit, Iudicis Dei præoccupare munus. licet etiam videatur amica sensui vindicta, non ita tamen est; cum exaturata ira vindictæ, in animo pœnitudo intendatur, licet prius per illam acre bellum exercebatur in anima. ergo verè ait Euripides, *Melior est venia, quam vindicta. illa est mitis ingenij, hæc ferini.* idcirco pijs aliena iniquitas fit experimentū virtutum, cum ruentem hostem malignitate,
Hist. 2. christiana (condonando) superent prudentia. *tunc istis loco sapientiæ est aliena stultitia.* vt viar verbis Taciti.

In quo

Digitized by Google

In quo ſtatu omnis anima ſapiens nullo ſtimulata conſcientiæ remorſu læta incedit. cum ſecura pax ab animi candore oriatur, hæc vero ab emigratione prauorum affectuum, hæc à deletis iniquitatum maculis, & tandem hæc à tranſitu amoris corruptibilium rerum ad pium in Deum affectum. Qui nobis ſtabilem tranquillitatem in aduerſis concilians, vindictarum obliuionem inducens, efficit, vt in bona ſenectute diem obeamus. non equidem vitæ longeuitatem tribuens, quę ſæpiſſimè eſt plena abominabilibus fœditatibus, ſed animum fœcundans prudentia, conſtantia, cæteriſque virtutibus, nos munit ad iter æternæ, & fœlicis domus. Ideo *Cauendum*, vt dicebat Auguſtinus, *Ne cor noſtrum in ipſa mentis eleuatione ad Deum nos reprehẽdat, cũ dixerimus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicuti & nos dimittimus debitoribus noſtris, ne compungamur non facere, quod dicimus, aut nõ audeamus dicere, quod facimus.* De Perfect. Iuſti.

Idcirco libẽter parcit chriſtianus ſapiens induratum pectus geſtans virtute quoque moderationis, (& hæc ſecunda vtilitas,) qua aſpernans damna, arcet ſanguinis accenſionem iuxta cor. ne acrius ab hac dilaceretur paſſione; quam ab inimica manu. nã vbi talis interna paſſio reperitur carens omni quiete, ſuam atterit vitam contentione vindictę. *Eſt enim ira ſui impotens, decoris oblita, neceſſitudinum immemor, in quod cœpit pertinax, & intenta, rationi conſilio iſque præcluſa,* (vt ait Seneca) *vanis agitata cauſis ad conſpectum æqui, veriq; inhabilis.* quod prius docuerat Ariſt. Ratiocinium omnino perturbari ab ira, & ſepeliri rationem. à qua deinde odium oritur. illa concitatior, odium vero pertinacius cupiditate nocendi. ambo tamen cum dolores, damnaque inferre velint, patiuntur; cum ambarum pediſſequa ſit anxietas, ne non cõtingat vltio. concitantur enim laceſſiti iniurijs, cupientes acceptum dolorem penſare. & maximè

9

Secun. vtil.

De Ira li. 1.

Mag. Mor. 2. c. 7.

Generoſa pectora mordent,
Lacerant iniquè obiecta
crimina.

Oedip. apud Soph.

quodcumque tamen malum tanta animi moderatione pij accipiunt, vt non modo illud inferentibus condonent religionis gratia, ſed ne locum dant iræ tranquillitatis euertricis.

Inſuper arbitrantur illud omne, quod extorſerint inimici, ſibi grauiora damna pariturum fuiſſe: Dei tamen beneficio, & prauorum miniſterio fuiſſe exſciſam. & hæc eſt tertia vtilitas ex ſimultatibus eruenda. ideo nullatenus inſectantibus, inuadentibus, furantibus, criminantibus inimicis iraſcuntur. cum illorum prauitate, vel ſuæ ſint correptæ cupiditates, aut peccandi

Digitized by Google

candi opportunitates ablatę. cum ignoret homo, ſub quo lapide temporalium bonorum lateat Scorpio, nos vulnerans ad animę interitum. ſemper pietate imbutis à benigna Dei manu tractari arbitrantes, referunt gratias. quare ob talem religionę
10 fœliciores ſucceſſus illis contingere neceſſe eſt. Duo enim ſunt
Art. Reſt. genera fidentium Auctore Ariſtotele. Primum eſt illorum,
2. cap. 25. qui ſimilia non ſunt experti. hi ſine cunctatione aggrediuntur opus, cum vacent timore, à quo ad conſulendum inducuntur qui de cauſa pugnaces ſunt pueri, vt idem docuit, propter ignorantiam. ſecundum eſt illorum, qui ſunt prædiri auxilio.
Eud. 3. c. 2. vt ſunt pij, quorum ſyncritas ſemper certo ſperat ſuppetias à Deo. cum illorum indefeſsè ſe profiteatur eſſe patronum. cuius munera expleus, etiam quandoque nocitura furari permittit à latrunculis.

Interim ſapiens cauet ab omnibus, quę aliquam mali ſpe-
4. vtilius. ciem præ ſe ferunt. (& hęc eſt quarta vtilitas, quam venantur iſti ex ſimultatibus.) ne in curia ſe obiiciat caninis latratibus, & morſibus criminantium. cum pertinaces ſint inſectatio, odium, & inuidia. hęc inueſtigant omnia, vt inuadere poſſint, & proſternere, cui inſidiantur. quo circa non ſatis eſt iſtis aduersè inſilere, ſed auersè. hoc eſt, cũ veris criminationibus nequeunt illũ aggredi, ad conficta recurrunt, aut diuulgant latenter, vt ſecretis maculent infamijs, & decurpent menda cijs. vt dicebat Liſander,

Vbi Leonina pellis non pertingit, vulpinum aſſuunt.

Plu. in apo. Quamobrem peritè dicebat Antiſthenes, *Hominem opus*
Plut de vti- *habere aut ſynceris amicis, aut acribus inimicis.* ſyncerus a-
litate, &c. micus non reticendo errata, cohibet, & reuocat amicum à malo: acer vero inimicus criminationibus fræna iniicit imprudẽtijs; ne ſaltem per talia plectatur quis infamijs. cum inimici
11 libentiſſimè talia diffament qua ratione ad integram cuſtodiã morum admonitione amici, aut latratu inimici opus eſt. &
Confeſſ. l. 9 Auguſtinus, *ſicut amici adulantes peruertunt, ſic inimici litigantes plurimum corrigunt.* nam ſicuti amicitia ſolet eſſe elinguis, & aſſentatio loquax, ita venatrix ſcelerum, & diuulgatrix inimicitia. ideo prudens hanc ad ſuam vtilitatem transferens, vtitur veluti vigilantiſſima morum correctrice. nam ita inſtitutus frangit inimicum honeſtate morum, & fuga à quauis actione, cui mali ſuſpicio poſſit hærere. Captatur itaq; ex inimicitijs vtilitas. hoc idem Naſſica confeſſus eſt. vt idem
De vtil. &c Plut. nam cuidam dicenti, Romanas fortunas iam acquiſiuiſſe fœlicitatis conſtantiam, cum Carthago iam ſub cineribus deliteſceret, & iugum eſſet impoſitum Græciæ, Imò (reſpondit ille) res eſt in ſummo periculo, cum nulli ſuperſint, quos vel

vinca-

Digitized by Google

vincamus, vel timeamus. Quod si bruta deuitant sæpe insalubres cibos natura duce, periculosa loca, & inimica animalia: certe cauebit sapiens ne ab inimicis possit culpari, aut subsannari, aut affici damnis per aliquam vitę culpam, ideo circumspicit ne excidat ab honesto, & à graui. & ita cohibendo cupiditates inculpatè uiuit. etenim deprehensus sit elinguis, strangulatus à culpa. quo circo prudens ne inuadi possit ab amico, omnem securitatem auersatur: ne in aliquo labens dedecore, oppugnetur, & expugnetur ab hoste. nam ueteri prouerbio, Mala uita ad se attrahit conuitia.

Prudenter itaque Xenophon asseruit, probos utilia carpere ex inimicis, uelut medici ex deleterijs salutaria conficiunt pharmaca; & uenatores rapacia, animalia suis aptant studijs. quapropter sicuti harum bestiarum ministerio indigebat homo, ut eius uita instructior esset talium opportunitate; & reducibilior ad pristinam sanitatem ægritudo talium plantarum lethali succo; ita sapientum probitas insectantium malitia opus habebat, ut ex inuasione pietas, prudentia, animique constantia suas exercerent uires. enimuero lethalis cicuta pabulum est sturnis, mortiferus elleborus salubre pasculum est coturnicibus. ita probis uiris profiguæ sunt iniquorum persequutiones. cum pro bello pacem, pro iniurijs beneficia, pro execrationibus ipsi preces offerant. traducentes omnia mala ad bonum virtute charitatis. veluti idem humor, qui ex terra oritur in vite producit vinum, in olea oleum, in balsamo balsamum, ita simultas & inimicitia in præparato animo ad virtutum operationes constantiam producit, mansuetudinem, iniuriarum condonationem; at in malo affecto animo parit insidias, perfidias, repentinasque inuasiones. quare simultas dulcescit in pio, acescit vero in improbo. ex simultatum enim visceribus bonum virtutis sibi eligens pius, parat sibi vtile, iniquus vero inquæstuosum acquirit.

12 Pluta. de vtilit. &c.

Ergo legitimè absoluamus præsentis vitæ certamen. cum nihil sit dignius christiano homine, quàm lacerantem, criminantemq; pacificè ferre. ita quoque leuiores contumelias placatius sustinebimus. & exinde domesticorum erratis nescientes irasci. nec certè insidiabimur amicis, si parcimus inimicis. imò eos afficiemus beneficijs, vt desinant lacessere. Ita Philippus Macedo mole beneficiorum criminantem vincens, dixit Amicis, *Videte nostrum esse benè, vel secus audire*, nunquam enim tantum valet peruicacia in hostem, quantum vis beneficentiæ erga hostem. Assuescamus itaque grauiora ferre mala vt leuiora deridamus. ita Socrates morositatem vxoris tolerabat, vt disceret cæteris non excandescere. nam si ferocsunt

Plut. ibidē.

ciunt quandoque mitia animalia, humanum ingenium quod ex se procreat contentiones, nunquam erit immune ab altercationibus. ergo nō est insistēdum vindictæ, quia est infirmum tranquillitatis vinculum. & cum desierint quos oderimus, tūc detestabimur nostra crimina. ideo vindicta auget, nō minuit
13 dolorem. cum semper ratio sit cōtumax improbitatibus. ideo solum vera est illa victoria, quæ salua morum probitate paratur.

Tribulationes prodeße demoſtratur. Caput XIV.

SI ciuitas destituatur magistratibus, aut legibus, maximis opprimi malis necesse est. cum ab istis recte viuendi sumatur ratio, ab illis vero ciues continentur in officio. si auriga suum in Circo deserat currum, aut gubernator nauigium fluctibus iactatum, vt saltem oberrent consequens est suis orbata rectoribus. nam singula suo deserta moderatore, vt periclitentur, vt quandoque corruant, oportet. ideo absente anima corpus interit, brutescit mens non regente ratione, & ratio destituta Dei præsidio ex domina, efficitur serua sensuum, & obnoxia culpis, & æternis addicitur tormentis. cum tamen creata sit, vt Deum cognoscendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur illo. Materialia enim præstantioris naturæ indigent ope (æterna per cœlestia, corporalia per im-
1 materialia gubernantur,) vt exercitus Duce, cœlestia corpora Angelis, corpora organica formis, Anima quoque nostra Deo; ne sensibilium lenocinio decepta æternitatis obliuiscatur. quare sine tali curatore degere est maxima miseriarum; cum à sua noxia libertate fiat obnoxia culpis, & æternis pœnis. itaque valde funesta est calamitas destitutorum à Deo. hos ille auersans, vt desertores suarum legum, indomitos efficit impunitate indulta per aliquod statutum tempus. Quæ certè insignis est pœna; hominem sine freno sinere. & maximè si omnia illi ex sententia succedant; ita vt nec magni, nec parui frustrentur conatus. tunc sine impedimento peccantes, laxatisque cupiditatum habenis, à maximis tandem inuadi calamitatibus oportet. cum contra fontes Deus differat, non auferat iram. idcirco posse expeditè malum facere infortunium est. cum ab hac mortifera potestate sterilitas inducatur virtutum, & vitiorum ubertas, contra quam Deus postremo suā vibrat tela. idcirco licet dum peccamus fœlicitatem arbitramur nullo intercipi obstaculo: tamen tunc gemendam esse illam

illam conditionem cognoscimus, cum fræno calamitatum cohibemur, ne labamur deterius, & vlterius. quapropter correptiones, & animaduersiones malis prosunt. tunc enim nō deseruntur à diuina disciplina, omnium ægritudinum animæ curatrice. *Graue est, præsertim insipientibus, non habere rectorem. serpit malitia, vulnus augetur, vbi medicina defuerit*, ait Ambrosius. De Cain & Abe. l. 2. c. 9

Sunt potiores itaque (veluti qui sub magistris artes discūt) qui Dei inhibentur castigationibus, quàm qui suis ducti affectibus permittuntur. enimuero illo nos dirigente scutica, ad morum emendationem proficimus. cum imposito tribulationis fræno, ne nimia fœlicitate lasciuiet homo, cohibetur, & reuocatur à mendis. pastorum quoq; vigilantia arcentur pecora à pascuis, ne nimio pinguefacta cibo intereāt. etsi errabūdè per saltum vagantur, adunco baculo reducuntur ad caulas, ne voracis lupi discerpentur ingluuie. ita clemens Deus errata puniens, sese semper propitium ostendit, paterna disciplina nos erudiens, ad se reuocat, probitatem morum inducens.

Quod triplici ratione præstat, Per se, Per hominem, & Per necessitatem, vt docuit pius Cassianus. necessitatis nomine intelligimus aduersa, quæ quodammodo vim faciunt, vt recurramus ad cœlestem patrem. Primo per se Deus hominis animam fœdatam criminibus terret ostensis pœnis, quæ illi certo imminent, deinde subacta, spei suauitate mulcens, cicurem illam efficit, & obedientem mandatis per insertum sui amorem. quod singulare argumentum est beneficentiæ diuinę. ascribit enim tunc illam in filiorum numero, & hæredum cœlestium regnorum. Ita incredulam, errantemque Sauli animā cœlesti voce, quasi tonitruo quodam, prostratam, reuocauit ad lucem, dicens, *Saule Saule cur me persequeris?* qua ratione adeò mansuetam, quæ paulo ante furebat infidelium sanguine, & obsequentem reddidit suis mandatis, vt nihil prætèr iussa, quibus libentissimè occurreret, expectaret. ideoque respondit, *Domine quid me vis facere?* qua inducta disciplinabilitate, statim sese vulgarunt diuina sancita, *Ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere*. Enimuero suauis illa diuina vocatio animæ nostræ peruadens viscera aperit cordis aures, vt audire valeamus dulcissimam illam vocem omni gladio ancipiti penetrabiliorem. quamobrem de repente tali illato lumine discussis tenebris peccatorum affectionumque prauorum, mutamur in virum alterum. enimuero omnis diuina vocatio auersione scelerum constat, & pietatis insecutione. Qua stante non propter pœnam vt aliquando Coll. 3. c. 4. 2 Acto. c. 9.

contin-

contingit, sed amoris gratia nostra sponte sanctis, piisque operibus occurrentes, constanter in illis insistimus. Præclara certe fuit illa D. Pauli vocatio, quę ab Augustino vocatur magna, & efficacissima. fuit tunc redditus idoneus omni disciplinæ. idcirco illas expectans triduo ieiunauit; diuinas interim suauitates libans, & expectatione tanti magisterij, à quo erat erudiendus, lætabatur summopere. sciens satius esse obiurgari à Deo, quàm incastigatus dimitti; cum flagella sint miserationum indicia. hinc orabat puniri potius, quàm dimitti, & præteriri; ne excederet à spe remissionis culpæ, quam magis errore, quàm temeritate contraxerat.

De Grat. & lib. arb. c. 5.

3

Secundo per hominem, cuius externo ministerio vtens, (nam ipse sorsus interius suauiter ad se voluntates aptans conuertit) compescit praua desideria, nouæ vitæ insito desiderio. nemo enim nouæ, sanctæque vitæ initia inire potest, nisi veteris tædeat. Ita prædicatione Ionæ Niniuitæ territi, memores suorum scelerum, quorum causa à Deo iure animaduerti oportebat, sibi nouam vitæ institutionem necessariam esse iudicarunt. quo circa lugubri induta veste, indicto omnibus ieiunio, sedentes in cinere, in signum se omnem abiecisse voluptatem, precati sunt Dominum, vt talem auerteret imminentem euersionem. quapropter detestantes, damnantes, execranteque priora scelera, celebri pœnitentia Dei minacem iram reformatione morum commutarunt in paternam beneuolentiam. enimuero ipse se quandoque minacem ostentat, cum nouerit filios suos illato timore territos, esse detestaturos facinora. Sanctus Piamon litato sacrificio sacram Eucharistiã monachis dispartiens, vidit astantem Angelum aliquos si nomina in libro exarare, aliorum præterire quos ad se sigillatim vocatos interrogauit, An sibi conscij alicuius essent criminis? cruta est veritas à pectoribus religione tactis, Sacerdotis imperio, & demostratione angelica. quare pœnitentia, & lachrymæ secutæ sunt ipsam oris confessionem sacrilegij. neque hoc vlterius ostendendum est, cum pateat assiduè.

4

Soz. 6. c. 9. Euag. c. 31.

Tertio aliquando homines vexati calamitatibus, & lacerati malis (Deo dirigente) ad vitæ honestatem traduuntur compositis ad probitatem moribus. etenim Deo vrgente aspe ritatibus miseriarum humanæ mentes summotis iniquitatibus restituuntur pietati. ita Dauid se in ærumnam conuersum cõfitetur, etenim ingruentibus procellis, compellenteque necessitate reminiscimur benignitatis Diuinæ. quam deuota expostulamus inuocatione, vt nos à malis cum liberare possit, velit. quæ mala etsi nostris sceleribus nobismet aduocabimus, tamen cum cæterò peccata detestari constituerimus firmo proposito,

5

Psalm 31.

Digitized by Google

posito, exoramus, sperantes à molestijs præsturarum liberari. nam ab eo & posse, & velle meri confidimus. quod efficax est argumentum animæ redeuntis ad patris obsequium: quo certè amoris est signum. tunc homo suarum virium imbecillitatem agnoscit, cum vrgetur alicuius aduersitatis occursu, cui nec viribus, nec ingenio possit obsistere. diffidit tunc suarum virium, potissimè si alicuius criminis fœditate arbitretur illum contigisse. idcirco dicebat Hieremias, *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis tuæ.* Hie. Tre. 3. etenim illa commota contra nostra scelera, omnino non possumus præsturas effugere, nisi propitiato Deo nostris humilibus supplicationibus.

Cum itaque afflictionum medicamine protenus anima curari soleat à Deo, & dirigi ad cœleste subsidium, inter diuina beneficia recensendum est malis quati, aut calamitatibus opprimi. Etsi nuero cum cœleste numen ritè inuocari nó possit, nisi deterfis sordibus animæ, idcirco nos metipsos pia animaduersione corripimus uoluntarijs castigationibus. Qua de causa dicebat Isaias, *Castigasti me, & eruditus sum, quasi inuenculus indomitus.* & subinsert, *Castigasti me, & ego pœnitentiam.* Isa. cap. 31. tunc discussa caligine prauorum affectuum, comperimus unicum fuisse imminentis mortis æternæ remedium ob nostram duritiem cordis malis inuadi. nam spe elati in sublimibus, quæ ergà Deum castissimum amorem retardare possunt, aut deturpare, omni conatu abijcimus ut mortifera, ut lethalia. exercitamus in cognitione utilium, dum per sensibilia 6
errantes, longè sumus semoti ab amore diuinarum rerum, quarum effecti immemores, præsentibus deleterijs rebus acquiescimus, veluti salutaribus. ideoque nisi scutica admoneamur calamitatum, nunquam aut raro nos tæderet facinorum. veriſſimè itaque Augustinus monuit, *Tota ista miseria generis humani, in qua gemit mundus, dolor medicinalis est, non sententia pœnalis.* Psalm 138.

Scelera mentem auertunt à Deo, quamobrem sui effecti 7
immemores ruunt homines ad mortem æternam. vt tamen ab ijs abstineant, vt ab eorum pestifera contagione, arcendi sunt pœnis. cum regnante sensu per sensibilia instruendi sint, ita pueris inseritur disciplina, cum non dum in ijs perfectè sit explicata ratio. quapropter cum contumacius, & concitatius ad illa ruunt, reducto fræno ceruices flectere retrorsum cogit Deus, aut saltem illorum cursum sistit. hinc scutica subsaltantis belluæ comprimit ferociam. etenim si suæ libertati conceditur, efferatur; & temerè discurrens elata ceruice ad voraginosum, hiantemque se præcipitat orcum. Quare vt obtè-

perantes.

Digitized by Google

pe-antes efficiat homines Deus ſuis ſanctionibus, virga tribulationum erudit. ne à contumaci, & laſciuo decepti ſenſu, inordinatam ſequantur concupiſcentiam; cum iſta ſit ignara regiminis. qua ratione neſcit prauorum affectuum retinere habenas, imò has voluntariè ſibi labefacit, vt omnis improbus affectus, quò lubet, eat. & ita nullum horret ſcelus, cum quod lubet, tunc licet.

Arguit hos quandoque Deus calamitatum aculeis, ne degeneratione excidant à paterna hæreditate. delet tunc impios affectus, & præpoſteros amores, à quibus cum emigrauerint, decantant, *Bonum mihi Domine, quia humiliaſti me, vt diſcam mandata tua.* etenim praua

Pſalm. 148.

Pla. in Tru. *Cum amamus, tunc perimus.*

Verum cum præſſuris conuelluntur homines, tunc, vt teſtatur Iſaias, *In anguſtia requiſierunt te.* quare cenſorum ſeueritate indigemus, vt nos tædeat delictorum. licet Deus docilia ingenia leuius, durius vero admoneat contumacia.

Iſa. cap. 26.

8 Itaque certo certius eſt, potioris eſſe conditionis, qui à pedagocis educantur, quàm qui errando à nullo arguuntur magiſtro. ita monitor ille cœleſtis vario calamitatum genere criminoſos flagellat; vt huc illucque iactati miſerijs, excitata memoria, & immiſſo pudore, & dolore admiſſorum reatui, animas noſtras priori integritati morum reſtituat. cum omnino curet, malo pœnæ demoliri malum culpæ. ſic aliquando ſeruorum ſuorum tergit maculas. idcirco *Quaſi ſerui corripimur ad emendationem*, vt dicebat illa pientiſſima mulier Iudit.

Iudit c. 8.

In Euagrio Ita Mutio Polintori contigit latroni prius, deinde eremitarum optimo. dum iſte excitanti gratiæ diu molem obijceret criminum; tandem cum cellam cuiuſdam ſacræ virginis noctu aggrederetur, omnibus in incaſſum adhibitis inſtrumentis, leni captus ſomno, Diuinum Numen ſe prius increpantem ſcelerum audiuit, deinde monentem, vt monachorum vitam iniret, quorum magnum gregem eſſet recturus, euigilantem ædium domina deprehendit. ipſe metu, & ſomno torpens, rogauit, vt ſibi indicaret Eccleſiam, ad quam ab innocua ductus virgine, ſacramentum fidei poſcens, recepit. deinde inter eremitas tanta vitæ aſperitate deluit latrocinia, vt merito cõmendetur. itaque hunc in furto deprehendi Dominus voluit, vt furti pudore reuocaret à furtis, & maculas animæ tergeret maculis infamiæ, & per temporale damnum, tolleret æternũ.

An tanta nos animi laboramus inſania, vt curatorem nolimus admittere? & compreſſis labijs auerſamur deglutire ſalutaria pharmaca, quæ ab æterno patre nobis, ad ſalutem propinantur?

Digitized by Google

pinantur ? quasi nulla laboremus ægritudine ? *Quasi gloriari possimus munda habere corda?* & non potius fateri, *illa esse intenta ad malum omni tempore?* & reminisci etiam, quod *In Angelis suis reperit prauitatem. quanto magis hi, qui habitãt domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumẽtur veluti à tinea.* Prou. c. 20. Gen. c. 8. Iob. c. 4.

Quamobrem verissimum est illud, *Beatus homo, qui corripitur à Deo.* nam teste D. Paulo *A Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Igitur quod patimur, salutare est medicamen, nostras ægritudines eliminans; & insigne beneuolentiæ argumentum, cum ijs retineamur ascripti in paterna prosapia. idcirco licet quandoque nos mulceat blanditijs temporalibus; tamen aliquando corripit profusos excursus lasciuientis animi ad profana; vt nos æternitati consecret varia, & mœsta, sed salutari disciplina. etenim vt fluescunt agri sine humano cultu, licet sint natura fertilissimi; ita efferantur animi, & inhorrescunt sine cultura aduersitatum. Iob. c. 5. Cho. 1. c. 11

Nec equidem dissimili promptitudine cordis erudientem patrem accipere debemus, ac demulgentem. enimuero veluti in republica magis sunt necessarij, qui mores corrigunt, quàm qui mulcent aures; ita magis nobis expedit emendari, quàm leniri. cum qui ad vitam præparantur æternam, stimulis aduersitatũ vrgentur, vt properent sursum, cæteris post terga desertis. ne reuirescente terrenorum amore, desistant à tali laborioso, sed fœlici curru. quo circa dicebat Salomon, *Fili ne deficias in disciplina Domini.* & Augustinus, *Non vis flagellum, non tibi datur hæreditas.* Et vsque adeo hoc necesse est, vt nec proprio pepercerit filio. *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius:* qua ratione suauissimæ nobis miseriæ apparere debent, cum per eas ad cœlestis patriæ disponimur ingressum. 5 Prou. c. 3. Psalm. 37. Petri 1. c. 2

Erudimur insuper. & monemur, ne veri nostri Sponsi Iesu deseramus oscula. ideo dicebat Dominus in Osea; *Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam materie, & semitas suas non inueniet & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos. & dicet vadam, & reuertar ad priorem virum: quia benè mihi erat tunc magis, quàm nunc.* ita animas nostras absterret Deus à mendis timore, minis, calamitatibus; vt ipsius solum amemus contubernium, & congressum, quem certe respuimus animi durante proteruia; qua subinde emendata, *Reputamus ea, quæ acciderunt non ad interitum. sed ad correctionem esse generis nostri,* vt ait Sacer textus. Osea c. 2. Mach. 2. c. 6

Ab imbecillo corpore medicorum imperio sanguis educitur, languenti ieiunium indicitur, ossibus vix hærenti præci-

Digitized by Google

Pitur euacuatio; vt domitis humoribus possit induci sanitas:
10 Ita cœlestis ille animarum curator dolore, euacuatione, inopia temporalium, nostros reatus diluens, nostra fœlici commutatione pro terrenis largitur cœlestia. ideo miserantis est patris ipsa correptio, cum spectet bonum immortale filij. quapropter non irascendum, sed nec quidem dolendum, sed lætandum potius summopere, cum pientissimus ille nostri Creator eluat calamitatibus sordes animarum nostrarum. Nisi solius vitæ præsentis ægrè feramus angustias, æternarum vero pœnarum nullo afficiamur sensu, nec metu. cum tamen leuissimum sit omne comparatum æterno. ergo patienter sunt ferendæ omnes calamitates, ne obruamur inconsumptibili igne. ita custodita integritate conscientiæ, non excedimus per impatientiam, vel iram, à benevolentia Dei, sed recolentes animo, quæ supersunt bona, vel mala post mortem carere termino, leuissimè tolerabimus omnem iacturam præsentium, quæ breui, & incerto constant periodo.

De vtilitatibus tribulationum.
Caput XV.

NEmo certè inter fortunatos casus referet si propitio, sereno que cœlo, opportunoque tempore, à portu nauigiū soluens mercibus onustum, in altum deductus, primo inhorresceret mare, deinde sese paulatim attollens. per singula momenta turgentiores inueheret fluctus, rabidorum ventorum occursu; minaciumque nubium aspectu; cœli fragore insuper tonitruisque conspirantibus, sese cerneret ad syrtes impelli, remige derelicto, quo posset in contrarium niti: quin potius scissum videat velum, diffractum malum, & vndarum proteruia amissum gubernaculum, cuius destitutus præsidio, ad syrtes delatus, dissutis nauigij lateribus, cum subsidere videat aquis pressum: quare coactus sese mari dare, & luctari cum vndis, quibus multoties opertus, (spumanti æstu delatus) vestigia tandem in littore poneret, mercibus tamen omnibus
1 à voraci pelago absorptis. Attamen hoc genere infortuniorū perijsse, fœlicitatum aliquibus fuit occasio. ita Aristippus
Gale. in Or. suaso. naufragio Syracusis illatus, cum se fortuna in hostilem terram eiectum putasset, libentissimè exceptus à Rege; maiores honores, & commoda est consecutus, quàm antea possidebat. & Themistocles Athenienſium ingratitudine in exilium actus, cum regia liberalitate more principum viueret apud Regem
Pluta. de exilio. Persarum, in omni rerum copia, Vxori, filijsque dicere consueue-

Digitized by Google

ſuenerat, *Periremus niſi periiſſemus*. Ionas quoque perierat, niſi periiſſet. poſitis namque nautarum, vectorumque ſortibus & in mare præcipitatus vt piacularis victima, & abſorptus vti ingluuie, fuit à Deo redactus in obedientium ordinem. Quo munere, vt à Rege, & populo pœnitentiam extorſit formidabili prædictione. ita naufragio, & emerſione ex ceto, retulit præclaræ mortis, & reſurrectionis imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti. qua ratione per ſacras literas eſt conſecratus æternitati. Hinc videas præſtantiam operum Dei; cum ſublimia emergant ex infimis, ex abiectione magnifica, ex morte vita: hoc eſt, ex caſtigationibus ſcelerum vitæ integritas, præſtantia morum, & conciliatio beneuolentiæ Diuinæ. Plut. de Exilio.

Legislator ille ſupremus blandioribus monitis, propoſitiſq; præmijs ſuadet, vt ſua reuerentes tueamur præcepta, at ſi nos noſtræ ſeruitutis immemores illa tranſgredimur, aut veluti effœminati nullum velimus ſubſtinere certamen contra vitia, ludibrium effecti ſpectatoribus, nos arguit ſeueris caſtigationibus; vt rurſum contra hoſtes aſſurgamus: ſubuerſamque vitam fœditatibus vitiorum priori integritati nitamur reſtituere. militum more, qui ad huc victi pugnacius inſiſtentes, laborant palmam victoriæ domum referre, poſt etiam ſuis deuictis caſtris. & eo magis, quod in hac virtutum, vitiorumque lucta, ſemper Deus ſuis commilitonibus adeſt, ut ferat opem, ut laborum ſit particeps, & victoriarum. quo in certamine, cum ſæpe ſuccumbant animi noſtri ſupplantatibus ſenſibus, conuenientiſſima animaduerſione pœnarum urgentur, ut ea memoriæ noſtræ offerantur, ex quibus animorum ſanitas poſſit oriri.

Duo ſunt bonorum genera, quæ ortum ducunt ex calamitatibus, uel uerius unicum eſt, plures ſub ſe continens partes. hoc eſt, ex calamitatibus oritur prudentia, qua conſulimus præſenti paci, & futuræ. ſed de primo bono prius, latius de ſequenti differemus, ex quo plures ſunt effectus. 2

Nihil magis effert animum, quàm proſperitas, & fœlicitas. concipit enim tunc omnia ſibi deberi, cum ſui miniſtram ſentiat fortunam eſſe. talis concepta ſpes rationem deturbans a recte intelligendo, ad conſulendum etiam inefficacem reddit. quamobrem in talibus ſuperbia, & ferocitas augetur; cum laſciuiens lætitia incerta caſuum minimè reputare permittat. quod Cato pro Rhodienſibus orans teſtatus eſt dicens, *Secundæ res lætitia tranſuerſum trudere ſolent à recte conſulendo, æque intelligendo, & ſolæ ſunt res aduerſæ, quæ nos docent, quid opus ſit facto.* fœlicitatum tempore, quaſi in alieno conſtituti iure, quæ ad nos properant fœlicia, minimè ponderamus animo, Primuſgen Gell. 3. c. 7.

Digitized by Google

mo, præsentium voluptate capti. sed quæ nos vrgent moleſto accessu, compellunt rimari sagaci consilio fugam. cum miseriæ tolerari quidem possunt patienti animo, non tamen benigno suscipi. ideo docebat Boetius, *Aduersitatis exercitatione prudentes efficimur.* & Mitridates de se fatetur, *Mihi fortuna multis rebus ereptis, vsum dedit benè suadendi.* consiliũ etenim est experimenti proles, non solius speculationis effectus, qua de causa ait Ecclesiast. *Qui non est espertus, pauca recognoscit.* hęrent talia fixius memoriæ, cum labore sint parta. quapropter cum acrioribus stimulis vrgeantur homines, vt mala deuitent, à quibus infestantur, quàm vt adipiscantur bona; sequitur inde, vt malorum, quàm bonorum memoria sit tenacior. Quo circa verè ait Tacitus, *Felicitate corrumpimur.* ratio à Cicerone affertur. *Quia difficile est, eum reuereri virtutes, qui secunda semper est vsus fortuna.* semper ita obijcit vitijs obtentum. ita Lepidus ad Romanum populum, *Secundæ res miræ sunt vitijs obtentui.* ideoque perstrictissimè dicebat Plinius, *O quàm vtile est ad vsum secundarum per aduersa venisse.* nocumenta tunc inuadentis fortunæ, fiunt documenta. cum initium rectorum consiliorum pendeat ab insultibus fortunæ. nam saltem admoniti rationem sequimur, non audaciam, non duritiem animi. Quod quidem virtutis bonũ Christum sequutum esse testatur, Paulus dicens, *Ex ijs quæ passus est, didicit obedientiam.* per quam magna sibi conciliauit bona. *Nam consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æterna.*

De conſ. 2. pro. 3.
Sall. in Frag
Eccl. c. 34.
Hiſt. 1.
Ad Herẽ. 4.
Apud Sallu.
In Paneg.
Hebre. c. 5.

Ideo Seneca *miserum reputat hominem, qui nunquam fuit miser.* calamitas namque est mater, & nutrix prudentiæ. Quã *mentis sanitatem* vocat Philo. nam flagitia remouens ab animo, Dei amatum domicilium illum efficit secundo.

De Froſpe.
De Temul.

Secundum genus beneficiorum, quod sapiens anima eruit ex malis, est, (nec quidem illud vnico cum hoste conflictu, sed multiplici aggressu, inuaso, & superato nostro sensu, à quo detinetur nostra mens veluti à simulato amico inseruitutem.) quod Dei efficitur domus, paulatim tamen ita disposita.

Primo experge facta anima miseriarum aculeis reminiscitur Dei. etenim cum eius imperio cuncta succedant, statim concipimus animo, ab illa superna mente nobis talia fuisse immissa. mala. idcirco dicebat Ionas, *Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum.* quamobrem innato quodam sẽsu semper in ipso occursu tribulationum Deum inuocamus, veluti impuberes matres, in quorum sinu semper benignè accipi ab ipso lucis ingressu sunt experti. quare votis occurrimus Deo, vt dicebat Ouidius.

Ionas c. 2.

Aspera

Digitized by Google

Aspera crescit hyems, omnique à parte feroces Metam. 11.
Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent
Hic votis numen adorat.

bonorum omnium fontem. à cuius benefica manu cum nemo lædi potest, sed solum puniri,

Secundo statuimus, alicuius criminis noxa, & grauitate nos vrgeri. ita pressus angustijs dicebat Antiochus, *Nunc reminiscor malorum, quæ feci in Hierusalem. vnde abstuli omnia spolia aurea, & argentea, quæ erant in ea. & missi auferre habitantes Iudæam sine causa.* Macha. 1. cap. 6. enimuero si ab operibus Dei abesse nequeunt prudentia, & iustitia, euidenter sequitur, vt alicuius nostræ iniquitatis fœditate irati patris contra nos munus exerceat. cum nec ipse accipere possit iniuriam, nec inferre, pro summo animi candore, & iustitia. Quapropter commutationes nostrarum fortunarum in deterius cum pœnę sint, cogunt nos culparum reminiscí, quarum labem detergere cupiens Deus, nos cędit flagellis, vt afflictionum tędentes profiteamur.

Tertio cum Daniele, *Propter peccata nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Hierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.* Danie. c. 9. & Hester, *Peccauimus in conspectu tuo; ideo traditi sumus in manus iniquorum.* Hester c. 14 senior quoque Tobias dicebat, *Quoniam non obediuimus tibi, traditi sumus in direptionem, captiuitatem, & mortem.* Tob. cap. 3. Hoc curationis genere effrenem peccantium cursum Deus sistens, ad priorem statum innocentis vitę nos sua liberalitate deducit. currimus tunc cupiditatum ardore ad barathrum ęternę mortis; at ille nostri miserans iniectis compedibus tribulationum, deducit ad præsidium sanctæ prouidentiæ. nam teste D. Paulo, *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem operatur.* 2. Cho. 2. c. 7. remissa culpa, placatoque exactore pœnarum, qui prius instabat iratus, in hæreditatem æternam ascribimur, & liberamur quandoque ab inuadentibus malis. Qua ratione vltrices aduersitates in munerum numero sunt collocandæ: non modo quia sunt partes iustitiæ, quæ constat ad commune hominis bonum pertinere: sed vt diximus, quia non raro ipsa animaduersio castigatos ad sobrietatem reducens affectuum, corripit insipientes. Adde quod alij aliquando compescuntur à vitijs, ne similibus atterantur miserijs. *Nam si infirmitas grauis sobriam facit animam.* Eccle. c. 31. certè aliorum exilia, carceres, filiorum orbitates, triremium infamiæ. & probrosi exitus, abstemiam à mendis nostram reddent voluntatem. Quamobrē indisciplinatos, cęterosque procliues directionis virga deducit ad vitiorum detestationem. hinc Isaias ait, *Sic facti sumus*

à facie

Digitized by Google

Isa. cap. 26. *à facie tua Domine concepimus, & parturiuimus spiritum salutis.* amaritudine pœnitentiæ, gemitu humilitatis, sacrificio oblati cordis, satisfacimus Deo. vitaque in melius commutata, constantique deliberatione statuimus, diuinis tunc mandatis semper obsequi. *Cum eodem studio, quo crimen excluditur, innocentia anima copulatur,* vt asserit Ambrosius. Quo summopere delectatur Deus, & tunc suam nobis largiens beneuolentiam, quandoque priori, aut potiori fortunæ restituit. Ita irato Deo contra Roboam, cum se illum, populumque traditurum in manu Sesac denuntiaret; tamen illorum pœnitentia motus, priorem scindens sententiam, alteram per semeiam mandauit denuntiari, ita *Quia humiliati sunt, non dispergam eos.* Manasses quoque captiuitate pressus, & catenis, *Postquam coangustatus est, & orauit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum &c. reduxit eum in Hierusalem regnum suum.* Et relato, & explicato somnio Regis Nabucdonosoris; addidit Daniel, *Regnum tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatem esse in cælo.* hinc patet criminum detestatione Deum reconciliari. quin etiam ad instaurationem prioris status. nam si mortales penè humanitatis obliti in signum instaurata beneuolentiæ & rediuiui amoris, mutuo vicissim missitare solent munera, à munificentissimo Deo hæc eadem fieri certò sperandum est. Itaque verè ait Iob, *Deus non condemnat frustra.* Verù enimuero vt ad decus summi Regis spectat seueri iudicis munus exercere contra fontes, ita suæ est consentaneum beneficentiæ hos quandoque exagitare malis, vt pro temporaneis spiritualia protrudat, pro vitijs virtutes, pro mundo cœlum. quod etsi nihil contingere potest homini vtilius; tamen hoc idem infert Creatori gloriam.

De Abel. lib. 1. 5

Par. 2. c. 1c. Paralip. 2. cap. 33.

Daniel. c. 4.

Iob. c. 34.

Quartus itaque effectus, qui ex pressuris emergit est diuina laus. etenim *Anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam, & iustitiam Domine.* Nec dari potest nostra iustitia sine pœnitentia, nec pœnitentia sine actu nostræ punitiuæ iustitiæ damnantis scelera, nec reatuum remissio sine Dei gloria, qui prius nos timore concutit, deinde spe subleuat, & tandem amorem infundens, filios procreat lucis eternæ. quod insinuans idem propheta ait, *Laudabit me in terra captiuitatis suæ.* Anima pœnitens mole pressa præuaricationum, cum ad liberatorem Deum pio aduoluerit animo, detestans errata, Deum laudat, illum fide liberatorem confitens, spe munificum, & amore patrem. Qui cum sit summe bonus, & indesinenter benefidus, purgans animas, sibi in domici-

Baruc c. 2.

Ibidem.

Digitized by Google

micilium, & in possessionem eligit.

Ita nos Apostolus docet, *Qui adhæret Deo vnus spiritus est*, quæ autem domus in omni creatura inuenitur dignior ea, cuius inhabitator est Deus? in hos enim non herili potestate vtitur, sed mansueta, sed propitia, sed benefica. quare sublato dominationis metu, & deliniti quodam suaui dulcedinis gustu honestissimo, nulla interpellante mœstitia, delitiantur in Domino. Primo enim hos Deus fouet interno gustu, quo nouerunt se fulciri paterno præsidio. qua de causa non verentur aduersantium rabiem, vel insultum, à quibus vel euerti non possunt, aut saltem cognoscunt ad potiora dona disponi Dei. secundo semper illorum memoriæ offert æternæ patriæ bona. ex quorum auiditate, *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui* Roma.c.8. *nostro, quod sumus filij Dei.* quamobrem semper sunt *Spegaudentes.* Roma.c.13 Ita peregrinantis Abrahæ animum consolabatur Deus, *Ego merces tua magna nimis.* nec quicquam est, quod magis Gen.c.15. erigat mortalium animos obrutos amaritudinibus, quàm spes munerationis futuræ vitæ. à qua omnis nostra mœstitia fugatur, & tollitur.

Quantum beneficium, quod nanciscuntur animæ piæ ex diuinitus oblatis medicáminibus calamitatum est. quod has benignè suscipientes, arbitrantur animæ morbos lethales imminentes depelli, qui non nisi ab illo optimo medico præcognosci poterant, & præcaueri. nam si multos raptos fuisse Sapientia docet, *Ne malitia immutaret intellectum eorum.* firmiter credendum est, multos exagitatos fuisse miserijs, ne voluptatibus diffluerent, ne superbirent honoribus, ne sceleribus conniuerent, ne turpi se fœdarent lucru filiorum amore, & vt summatim complectamur omnia, ne ad profana laberentur, cœlestium bonorum obliti. vrgentibus namque periculis, aut ruentibus malis, ne Dei destituamur præsidio, omni vigilantia eius custodimus sancita. certo certius scientes à tali Rege mercedem merentibus tribui. Quo circa fœlicior erat Dauid, quando ne sui Regis Saulis armata peruaderetur ira, exacta vigilatia Dei venerabatur iussa, vt tanto periculo eiusdem tutela liberaretur, quàm quando hunc discusserat timorem. tunc vnius mulierculæ delinitus aspectu, & concupiscentia captus, se turpiter fœdauit adulterio, & homicidio. nam velùti serenitatis, & tranquillitatis tempore, cuicumque nautæ claui cura committitur, sic fœlicitatis tempore nostri cura sensibus commendari solet, à quibus vsurpato imperio trudimur ad scelera. 6

Quorum causa fuit Dauid grauissimis affectus supplicijs. hinc ait Augustinus, *Iam intelligimus Dominum facere hoc ad di-*

Digitized by Google

In psal. 32. con. 2. *ad disciplinam, vt excutiat à nobis malè prouidentem de temporibus securitatem.* Ita nos ad regnum suum dirigit composito desiderio. enimuero multoties malè tuta securitas, dum non formidat hostem, superatur. Ita Mago Annibalis frater, dum ab obsidione Scipionis nouam tueretur Carthaginem, illius non verens arma è regione stagni, incustoditam illam deserens, ab illa parte primo impetu ab hoste superata est ciuitas, & capta, in qua erant valida præsidia, & copia ingens auri, & argenti. Nemo enim in hac vita securus esse potest, cum aduersè, & auersè ab insidiantibus vrgeatur armis, & dolis assiduè, idcirco *Cauendum, vt qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat ex meliore deterior*, ait Augustinus.

Paul. Aquil. lib. 3.

Aug. Conf. lib. 10.

7 Quamobrem non modo propitius est Deus ijs, quibus peccata condonat, sed quos cohibet ne patrent illa. Nam priores soluit, ne æternis dicentur incendijs; arcet vero hos, ne peccare delectèt. illorum delens culpas, amorem rediuiuum

8 demõstrat; hos tuens à lapsu, ne animi integritatem maculèt, ostentat tutelæ constantiam. Ideoque ab Aegyptijs vrgeri Hebræos summa seruitute passus est Deus, vt illorum execrantes tyrannidem, abhominabilius auersarentur idola: vt concupiscentissimo animo profectionem appeterent in promissam terram Chanaam: vt nunquam illis incesseret redeundi desiderium: vt inde postea proficiscentes iustissimè bonis priuans Aegyptios Hebræos ditaret: tandem vt nullum prætermitterent religionis munus erga talem liberatorem. Quo circa morbos, sterilitates, inopias, exilia, bella, similiaque his agit Deus, vt quasi iniecto fræno mortales à peccando compescat, ne vel ad illud præponderent. vnde Hieremias ait, *Expendit retè pedibus meis, & conuertit me retrorsum.* si peritus auriga præcipitem equorum cursum moderans, salutariter eos deducit ad metam, primarius rerum moderator etiam molesta diriget ad salutem eorum, quibus benefacere constituit: vt ex sui beneficentia amor oriatur, & veneratio erga talem Ducem.

Treno. c. 1.

Sextus effectus est, qui ex malis à probis viris elicitur, quod talia aspera in salutarem commutant naturam, beneficia illa reddentes; vt sunt cætera virtutum irritamenta. nã etsi quandoque alterius actiones non vacant à culpa, vt Absolonis rebellio in patrem, in Dauide tamen suscepta induit pœnæ rationem. ita minatus fuerat Dominus, *Tu fecisti absconditè,*

Re. 2. c. 15.

Re. 2. c. 12. *ego autem faciam in conspectu solis.* aliquando sunt opportunitates meritorum, vt inuasiones Dæmonis in Iob, aut tyrannides Imperatorum in sanctos martyres. non enim tantis sunt solum exagitati malis, vt de illorum fide sumeretur experimentum, sed vt illis augescendi virtutes daretur occasio. hinc

videas

Digitized by Google

videas aliquos aliorum infectationibus corripi ad emendationem, quorundam deleri pœnas; alios vero ad maius proueh meritum. quod docuit Augustinus dicens, *Illos emendat Deus, vt corrigat; hos vero probat, vt augeat*. Quamobrem aduersitates viri pij cẽsent esse exercitationes virtutum. cum nouerint languere has sine aduersario. ideoque hos Deus durius, seueriusque educat, non modo ne torpeant otio, sed vt animi pietas suis viribus vtens, ex præsenti miseria æternam nanciscatur fœlicitatem. cum ijs ærumnis cogantur sese in palestra virtutum exercere. alioquin saginati ignauia, languescent torpore. Quamobrem in castris periculosiora viris fortissimis demandari solent. ita Deus probos vellicans, honestat non perimit: nam munera sunt ista, non vulnera. Itaque uel condonat errata, vel pœnas soluit, aut tribuit merẽdi causam, semper est propitius. *Quid ergo non misericorditer à Deo præstatur hominibus, à quo etiam tribulatio beneficium est?* ita Augustinus. Hoc cœlestis hominis amor introspiciens, omnemque eliminans in aduersis animi deiectionem summopere lætatur. sciens paterni amoris esse insigne. idcirco anhelans has concupiscit, quarum vi arctius sibi deuincit Diuinam beneuolentiã, quæ ne diu lasciuiat profanus animus, cædit flagellis. *Etenim multo tempore non finere peccatorem ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium*. ita docent diuina oracula. quandoque miserijs fortes viros exercens etiã coronat.

Homil. 46. inter. 50.

9

Aug. Epist. 87.

Mach. 2. cap. 6.

Itaque calamitas est, nullam calamitatem sensisse. hi namq; summi Imperatoris iudicio, veluti inertes, nullum edere valent opus dignum strenuo milite. at constantibus damna infert, vt colligant inde merita, & præmia virtutum. etenim quanta persequentium rabie, aut inuidentium versutia, aut potentum rapacitate afflicti, attritique fuerint, tantis Dei potioribus donis honestabuntur. nec talia fieri permitteret, nisi istis prodesse cerneret ad æternum bonum. Quapropter siue calamitatibus arguat peccatores, siue torpentes stimulis excitet, siue exerceat strenuos, piam mentem non latet, Deum medicum esse, pharmacum vero tribulationem. qua ratione licet dum nos molestię opprimunt orantes non exaudimur ad voluntatem, exaudimur tamen ad salutem. vt perite nos docuit Augustinus. & ita oranti Paulo dictum fuit, *Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate perficitur*. nobis tunc recurrentibus ad diuinum auxilium perficitur imbecillis virtus à Deo. cum semper nostris votis occurrat ille maiore gratia, quàm quod nos offerimus illa pia seruitute. ergo tribulationum permissio, occasio meritorum est iustis. qua ratione

10

In Psal. 11.

Cho. 2. cap. 12.

Digitized by Google

commendabantur discipuli nascentis Ecclesiæ ab Apostolo
Hebr.c.10. dicente, *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.* ab amore cœlestium despicientia oritur terrestrium. quare
Philip.c.1. his in argumentum reciproci amoris datur, *Non modo vt in Christum credant, sed etiam, vt libenter pro illo patiantur*, vt Apostolus monuit. tolerant isti, substinent pacatem aduersa, vt promissa futura bona adipiscantur. probè scientes beatos esse, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. pro-
11 pter quam sperant æternæ vitæ lætitias, & lautitias. hinc illis magis est proficua rerum, honorumque inopia, quàm copia. ne affectu propendente naturaliter ad caduca, in morbum incidant animæ. Itaque delectu habito rerum, quæ suæsum sûr, quærunt omni studio Deum abiectis, quæ sunt super terram. interim durant, perseuerant, tenaciter hærent mandatis Domini ne à spe excidant ineffabilis immortalitatis. *Nam id*
Cho.2.c.4. *quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, super modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*, ait Apostolus. cum tribulatio abducens animum à noxijs affectibus, ad cœlum dirigat, & trudat. Itaque si talia vera æstimatione pendantur, directricia vocanda sunt æterni domicilij,

Subnectam, Amice, communibus vtilitantibus calamitatû tuas singulares; vt te non lateat tuam animi deiectionem imprudentię esse partum. & ita locupletioribus rationibus illam euertere tui erit iuris, & potestatis. In primis cum per iniustam abdicationem magistratus ad præclaram lucubrationem te contuleris, perennior erit, & nobilior tui memoria, & fama. nec quidem hæc angustata erunt Italiæ sinu. Quod opus aggressus non esses, sed sterteres ad multorum instar, in quibus nullus inest perennitatis sensus. Secundo cum diem obieris, tui multi commiserebuntur iniquè ferentes auaritiam fortunæ erga te, eiusdem damnantes prodigalitatem erga immeritos. & hoc est illud Taciti Annal. 4. *Negatus honor quandoq; gloriam intendit*. quod si fuisses magistratu, certè non contingeret. sunt enim honorum pedissequæ inuidia, & odium. tunc enim esse liberius animi sensa efferunt populi cum desierint esse, quos timebant. Addamus alterum remotius à dubitationibus. Quando in vitæ exitu tua cernes errata veluti in speculo, minus territaberis imminentis iudicij: cum in similibus muneribus contingat sæpe peccare commissione, vel omissione. quare lætaberis tunc dignitatis deperditæ. cuius gratia maius subeundum erat periculum. quod si ad huc, (& est quarta vtilitas) irati Dei cogeris mortiferam sententiam excipere, (quod

Digitized by Google

à te, & ab omnibus christianis auertat') certo certius est, cum iuxta mensuram delicti sit & plagarum modus, mitius punieris. quod inter beneficia recolendum est. nam licet pœna sit sine termino, aliquali acerbitate carere diuinum est munus.

Amplæ itaque vtilitates ex malis eruuntur, per quæ quæstum immortale adipiscimur. idcirco cauendum ne sicuti pacis tempore luxurians fœlicitas Dei obliuionem inducit, ita in miseriarum statu, animi amaritudo horum medicaminum inuehat contemptum. sed potius deperditis rebus violentius profiliat christiana perfectio, cum melior sit omni temporanea gloria, uel uictoria. quam potens, & fida Dei manus spondet, & offert piè petentibus.

Nisi per tribulationes nostra corripiamus errata. de æterna salute verendum.

Caput *XVI.*

VTilium protentum magnitudine, qua affici solent hi, qui morali, christianaque sapientia aduersa accipiunt piè, te commotum arbitror. veluti qui pestifera laborantes ægritudine periti medici cura monentur ex leui minimeque in suaui recarpere salutem, cuius desperanda videbatur integritas. emergere tunc ita ex morbo supra modum gratum est. verum si illud summa sit vigilantia propinandum, alioquin non vitam, sed mortem ascisset, conceptum tunc gaudium intercipitur. ita non dissimili monendus es disciplina. etenim sicuti à prudenter acceptis miseriis parantur non vulgares vtilitates; ita per oppositum mortiferæ efficiuntur illæ, nisi peccandi imponatur finis. quod si labentium rerum sollicitudo, & anfietas, nos dirè torquent, certè ab æternitate rei commoti, nihil aliud sapere, aut velle reminisci debemus. quare latè explicandum est.

Isaias clamat, *Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum.* si mortalium amicitia nec constitui, nec seruari potest, si alter amicum auersans, amicitiæ peruetit iura, cum mutuo amore consi tur illa, & coalescat, quâto magis inter Deũ, & hominem conculcantem diuina mandata, & proteruè se opponentem cœlestibus sanctis? impigrè debet iste iussis diuinis famulatum præstare. nam ideo nobis tributa mens est, & vires, vt famularemur principi. à quo per syncerum obsequium adipisceremur bonam vitam. at quoties homo reluctatur

1 Isa. cap. 59.

tur Deo, transgressionibus sibi aduocat mala. idcirco torquetur impius, nec alio fine plerumque quàm vt ad scelera suum cursum inhibeat, properans tunc præcipiti via ad infinitam mortem; vt paulo ante dicebamus.

Pater noster cœlestis summopere appetens nos suæ ciuitati
Ephe.c.2. ciues ascribere, *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos*, dicebat Apostolus, à suis propositis itineribus errantes intuens, corripit: ne deuia peregrinatione errando, in saucés
Hier. c.31. incidamus satanę qua ratione dicebat Hieremias, *Castigasti me, & eruditus sum.* Naturales parentes, natura duce, cum filios viderint discedere ab auita morum honestate, ne eos cogantur à familia ablegare; nequitia degeneres, acribus castigationibus arguunt, vt morum honestate hæredum iura retinentes, hæreditates possint consequi. quanto magis à Deo erudiri calamitatibus, erit insigne amoris argumentum? quare dicebat
Hebr.c.11.2 Apostolus, *Castigat Deus omnem filium, quem recipit.* ne aliquid indignum suo occurrat aspectui, flagris illud abijcit Deus à suis filijs, qui hilari animo ad emendationem tales castigationes suscipiunt. quorum natorum duo sunt genera.

Primum genus est illorum, quod miserijs, & calamitatibus obijciens Deus, satagit meritis augescere merita. hac mercatura nouit augeri opes, vsque ad possessionem inalterabilis regni Dei. tales filij nullos horrent labores, vt has sibi comparent nunquam interituras diuitia s. ideo *Sancti ludibria*, &
Hebr.c.12. *verbera* experti, *insuper vincula*, & *carceres*. &c. subinsert
Hebr.c.13. tandem, *Vt per patientiam currerent ad propositum sibi certamen.* quo virtutum augentur vires, & ad perfectum vsq; deductæ, potiora domicilia in Dei aula merentur, & possident. nam etsi oculis nostris, veluti insçijs artis, nihil vitijs istis deesse videatur, tamen primarius ille artifex extremam manum tali imponens operi, calamitatibus tantum addit præstantiæ,
In psal. 98. *Vt aliquando mirentur homines tantam expolitionem accessisse*, (vt testatur Augustinus,) *quos perfectos pronuntiauerant.*
Tob.c.12. hoc idem Angelus docuit, dicens Tobiæ, *quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.*

Perillustris est Dei sapientia, & virtus in sanctis hominibus. nam cum horum mentes diuino illustrauerit lumine, & amore lenierit, eximens omnium præsentium rerum cupiditatem, efficit, vt nec bonorum timeant direptionem, nec vinculorum duritiem, sed nec vitæ iacturam. ratum habentes per talia sibi obuenturam aetheream hæreditatem, quam triumphanter ingredientur, si ægentes, angustiati, & afflicti, non deserent itinera mandatorum Dei. idcirco gaudium censent à miserijs in-
Iacob. c.1. uadi. quia vt monuit Iacobus, *Patientia opus perfectum habet:*

proba-

Digitized by Google

probationem ostentans, in qua est summa uirtutis. Quorundã uero uitam claudit celerrimo periodo, ne superueniens malitia illos abducat à cultura uirtutum, cum multi sæpe opportunitatibus rerum desertis honestioribus studijs, quasi laxatis habenis, execrandis insistant operibus.

Quo circa profetante Abia nouimus, quare Hieroboami filius fuerit illatus in sepulchrum patrum suorum, quod cæterorum propinquorum contigit nemini idolatriæ maculato. quia ut ait sacrum oraculum, *Inuentus est super eum sermo bonus*. gratuitum nempe Dei donum, illum morte liberans a pestifera idolatria. quam certo certius secuturus erat, paternis insistens uestigijs. pueri sensim imbibunt religionem maiorũ, cuius efficiuntur tenaciter studiosi assuetudine. etenim quæ illi insederint ætati, tuentur, ut connaturalia. idcirco difficulter emendationem recipiunt. cum ciuium mores disciplina sit eorum, qui non satis pollent ingenio, & aliorum ducuntur exemplo, ut iuuenes. Re. 3. c. 14.

Alterum genus est eorum, cui macula iuhæsit scelerum. ut tamen hoc priori integritati morum restituat, flagellis cædit, ut delictorum tædeat. tunc se corripit homo, cum plecti senouerit ob lapsum ad culpas. ad quas adeò prona est natura post primum originarij Parentis lapsum, ut D. Paulus inclamet, *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* nam ex eo tempore *Creaturæ Dei in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium factæ sunt*. & dæmon hianti ore, & in exhausta ingluuie deuorandos quæsitat. ab ijs sæpissimè damnationis æternæ uenabulo confodiuntur homines. Quamobrem summa Medici peritia indigebamus; cum connaturalium, diuturnarumque ægritudinum curatio sit opus peritissimi medici, à quo pro uarietate morborum, aliquibus statim adhibetur curatio, quibusdam differtur ob proteruiam humoris, quin etiam, quandoque ut exploratior sit magnitudo sceleris, per acerbitates pœnarum inducuntur ad pœnitentiam. Nam licet benignissimè Deus subuenerit ægrotanti animæ Dauidis, tamen filij morte, Absalonis rebellione, Semei probris, fuga à propria Regia, alijsq; calamitatibus, maximopere Deo displicuisse intellexit fœditatem amplexuum Bethsabee, & innocentis uiri Vriæ interitum. cum seuerisate pœnarum magnitudo criminis dignoscatur. Itaque ut primum genus per calamitates cœlestibus ditatur muneribus: ita secundum restituitur innocentiæ uitæ. Roma. c. 7. Sap. c. 14.

Hanc uiuendi rationem sequi cogimur: dicente Apostolo, *Si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis*. nam si parentis Dei disciplina moniti, illius non uercamur correptiones, Hebr. c. 12.

Digitized by Google

ptiones, veluti adulteræ vxoris reputabimur filij. quorũ nulla est viro cura. quare à domestica excluduntur hæreditate, cum adulterino censeantur sati semine. itaque cauendum summopere, ne nimia nostri dilectione perperam accepta visitatione Dei, quod ad animæ salutem est institutum, hoc ad nostrum
Hebr. c. 12. interitum commutemus. scientes quod *Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris; postea vero fructum pacatissimum per eam reddet iustitiæ.* tunc cum apud meliorem sit imperium, habenis compositis mens Dei imperatis obsequitur, continens in seruitutem irascibilem, & concupiscentem animam. ex quo conscientiæ oritur tranquillitas. cum retrogradæ, & contumaces concupiscentiæ nequeant frnum excutere dominantis rationis. quo circa compositis actionibus ad christianam perfectionem, Dei Ducis adipiscimur beneuolentiam. detestatis nempe sceleribus (quorum prius amore tenebamur obsessi) nouam induentes vitam, Dei suauitatibus repueraſcimus.

Quamobrem nisi miserijs agitati hanc homines attingerint metam, constanti detestatione abijciendo patrata scelera, piæ vitæ ingrediendo, & prosequendo iter, de eorum salute vere-
Iob. c. 14. ri summopere oportet. edicente Iob, *Dedit illis Deus locum pœnitentiæ, illi vero abutuntur eo in superbiam.* tunc anima insanabili morbo laborat, quando Dei verberantibus flagellis, sua placita tenaciter prosequens, præfert diuinis sanctionibus. ex quorum contemptu, vt suo lethali morbo intereat, necesse
Rom. c. 12. est; negligens adhibere medicamina. tunc *Impœnitenti corde sibi iræ thesaurizat in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.*
Dat. temp. ser. 88. & Augustinus, *quod Deus non ita misericorditer aliquem flagellat, vt contra se illum obdurare permittat, aut hoc illius iniquitati referendum est, aut ad inscrutabilia Dei iudicia, quæ sæpe sunt occulta, nunquam autem iniusta.* & Salomon dicebat, *Mandatum lucerna est, & lex lux est, & increpatio vitæ.*
Prou. c. 6. quam viam si quis miserijs tortus ingredi noluerit, à salutari peregrinans itinere, æternarum pœnarum damna sentiet. licet interim peccata veluti ferocientes canes in blandientem dominum insilient mortiferis dentibus. etenim vbi statiua sunt vitiorum, ibi semper sunt tumultus, & iurgia contra-
5 mentis motum in bonum. quare dicebat Hieremias, *Propter*
Hier. c. 30. *multitudinem iniquitatis tuæ, dura facta sunt peccata tua.* istorum itaque multitudine, & temeritate, quodammodo Dei obtunduntur stimuli. quod est in causa, vt nequeant cordis penetrare viscera.

6 Qui parentum monitis non obedit, malus est; deterior vero, qui per contentionem reluctatur; qui vero talia spernit,

pessi-

Digitized by Google

pessimus est. his gradatim impietatibus anima deducitur in profundum iniquitatum. cum primo Dei non vereatur præcepta, secundo in contrarium nitatur, & tandem conculcat illa. & sic paulatim progressa monenti Deo irascitur, postea parvipendit iussa; imò & blasfematur. idcirco peruicaciter elata anima in officio subiectionis se non continens, sed discusso timore, proteruè despiciens mandata, surda aure excipit monitiones Dei. ideo Hieremias ait, *Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti.* & D. Bernardus inter præcipuos indurationis actus enumerat, *quod non cedit minis; quin etiam flagellis induratur magis.* iuxta illud Isaiæ, *Quare induraſti nos, ne timeremus te?* ex D. Pauli doctrina responsio à simili eruitur. ita dicebat Apostolus, *Qui veritatem Dei non receperunt, vt salui fierent, misit illis Deus spiritum erroris.* ita qui vocationi diuinæ specie miseriarum immissæ non assenserunt, à cœlesti medico ob proteruitatem deseruntur suo laborare morbo. *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus ergo eam, quoniam peruenit vsque ad cœlum iudicium eius.* ita Hieremias. Animæ graui pondere pressa scelerum, suum non admittens curatorem, in pœnam pertinaciæ ab eo prætermittitur. qua ratione dicebat Isaias, *Cum fatigatus deseris contemnere, contemneris.* cum ad iniustam peruicaciam salutarem animaduersionem aspernantem sequatur iusta manumissio à paterna tutela. ita legimus in sacro volumine, *Illi subsannauerũt nuntios Dei, & parvipendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Dei in populum eius, & non esset nulla curatio.* quo circa grauiter per Ezechielem Dominus minatur domui Iudæ, quoniam cum esset intuita captiuitatem Sammariæ, propter idolatriæ scelus, eidem impietatis se dicauerit, ita dicens, *Ecce egò suscitabo aduersum te omnes amatores tuos, de quibus satiata est anima tua.* & inferius, *In via sororis tuæ ambulasti, dabo calicem eius in manu tua.* quem doloris vocat, mœroris, & tristitiæ. & in pœnam tam nefariæ auersionis, libellum repudij transmisit illi. quod lachrymis prosequens Hieremias, dicebat,

Posuit me desolatam.

Hier. c.52.

De Cõsid. lib.1.

Isa. c.63.

Tessa.2.c.2

Hier. c.51.

Isai. c.33.

Paralip.2. cap.36.

Ezec. c.23.

Treno.c.3.

Maximopere animam illam detestatur Deus, quæ ad incrementum culpæ abutitur diuinis beneficijs, illiusque patientiã, longanimitatem aspernans, audacter ruit in vitia; etiam calamitatibus monita. nam *Qui ludibrijs, & increpationibus non sunt correcti, dignum Dei iudicium experti sunt*, ait Sapientia. consentaneum est diuinæ iustitiæ, vt nolentem animam se a-

7

Sap.c.1.

uertere

uertere ab improbitatibus, priuet eam medicaminum subsidijs. quamobrem in deterius semper labens, remouensque omne desiderium fœlicis vitæ, electo sensu insano gubernatore puppis, certum sibi salutis naufragium asciscit, & aduocat. Nam etsi quandoque corripientem, lancinantemque conscientiam anima Deum sentiat, imò minantem, & tandem obuenturum iratum, quasi per iocum, hoc discusso timore, ad furta adiungit cædem, ad petulantiã temeritatem, ad iniustitiam calliditatem, ad mendacia periuria, ad impietates sacrilegia.

Prou. c. 18. ita hoc testatus est Salomon, *Impius cum in profundum venerit contemnit* sua tegere crimina, vulgatam notam infamiæ, hominum iudicia, & supplicia diuina. occalluit tunc anima nequitijs, in quibus primatum appetens, inuerecundè ad sce-

Exod. c. 7. lera fertur. veluti Pharao, quem Dominum obdurasse sacræ literæ testantur.

8 An quia toties repercussam duritiem portentosis miraculis

Exod q. 18. illam immobilem stetisse Dominus ostendit? ita Augustinus An quia in deterius abire permiserit. nulla salute suscepta ex

De summo. diuinis correptionibus? hoc placuisse videtur Isidoro. An

1. cap. 19. quia benigna Dei longanimitate abusus est ille? ita Hieronymus ad Edibiam. An quia noluit misereri, non quidem tri-

Epist. 150. buendo malitiam, sed non impartiendo gratiam? ita fere omnes Patres. An quia collatum castigationis beneficium, quo salus paranda erat, in perniciem conuertit animæ Pharaonis?

Cont. Iul. 5. cap. 3. quod Augustinus docuit; Affirmans Deum peccatores trahere ad praua desideria, nec quidem sola permissione, aut patientia, sed quadam potenti virtute, illorum uoluntates inducendo ad malum externis causis. *Liquido apparet occulto iudicio Dei fieri peruersitatem cordis, vt non audiatur, quod verum dicitur.* & ibidem. *Facit hæc Deus miris & ineffabilibus modis, qui nouit iuxta sua iudicia, non solum in corporibus, sed*

De Gra. & lib. capit. 1. *etiam in ipsis cordibus agere.* & ad Valentinum, ait, *Satis manifestari Deum in cordibus hominum operari ad inclinandas eorum voluntates, quocumque voluerit, siue ad bonum pro sua misericordia, siue ad malum pro meritis illorum. iudicio vtique sue aliquando aperto, aliquando occulto, semper tamen iusto.* &

Exod. q. 18. alibi fusè docet, quod etsi cuiuscumque cordis malitia à proprio ducatur vitio, tamen quod ab externis mali obiectis impellatur voluntas, non ad hominis potestatem pertinere, sed ad Dei disponentis omnia. idcirco propriè, & efficienter istorũ voluntates nõ determinat ad malum, sed solum illis multa offert, aut aufert, ex qbus hi peccandi occasiones desumũt. &

Ezech. c. 18. & Gregor. explicans illa verba Ezechielis, *Ponam offendiculum coram eo.* ait, *Misericors Deus tempus nobis ad pœnitentiã*

rela-

Digitized by Google

relaxat, sed cum eius gratiæ pœnitentiam nos in augmentum vertimus culpæ, hoc ipsum tempus, quod ad parcendum piè disposuit, districtius ad feriendum conuertit. inferamus conclusionem in dictis ex Augusti doctrina, *Timeat futurum supplicium, qui præsens iudicis contempsit remedium.* Homil. 46. inter so.

Quapropter Deus ab his non amouet, quæ ad vitia irritant; vt ad earũ suadela labent frequentius. ita ait Dominus, *Israel non intendit mihi, ideo dimisi eos secundum desiderium cordis eorum.* Vel affluentem rerum copiam tribuit, fœliciumque successuum, vt æternorum bonorum obliuiscantur. nam *Prosperitas stultorum perdit illos*, ait Salomon. Vel ægram animam vitiorum tabe molestijs non agitat; vt putrescat occupata facinoribus. ita per Oseam, *Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, neque super nurus vestras cum adulterauerint.* Vel sanctos inhibet ne pro illis orẽt, ita præceptum fuit Hieremiæ. *Tu noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.* Vel subsidio priuantur Angelico; vt acrius eos infestet, & irritet ad crimina dæmon. ideo in Hieremia legimus, *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus ergo eam.* Vel in egestate viuere eos sinit audiendi verbi Dei, à quo est pœnitendi initium. ita vt Amos legimus. *Ecce dies venient dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbi Dei.* Vel consiliantium imprudentia maxima eos opprimit ruina. ita Roboami attriuit Regnum adolescentium consilijs. Vel vtilia dissipat consilia. nam *Domini nutu dissipatum fuit vtile consilium Achitopel; vt induceret super Absalom malum.* Vel decipi patitur prædictionibus, (licet quandoque vt præsagita eueniant, permittat, vt ita facilius ad vetita ruant.) vt in libris Regum legimus, dicente Michea, *Ecce dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarũ tuorum, qui hic sunt, & Dominus loquutus est contra te malum.* Tandem adeò in illos impetum fieri à dæmonibus permittit Deus; vt ad omne facinus facilè inducantur. Et aliquando ita suorum delictorum terrentur memoria, vt volũtariè sibi mortem asciscant. vt patuit Hæreticorum exemplis. Psalm. 72. Prou. c. 30. Osea c. 4. Hier. c. 7. Hier. c. 51. Amos c. 8. Reg. 3. cap 22. Re. 2. c. 17. Re. 3. c. 22.

Hanc veritatem si fateri non erubescat Germania, (& reliqua inuasa Regna simili contagione pestifera) apertè profitebitur; Quos illa cæcutiens apostolos suos vocat, vel eorumdem discipulos, per apostasiam à fide, à nullo abhorruisse crimine. cum non modo bellum indixerint Patribus, Concilijs, summis Pontificibus, sed impudenter Euangelistis, Christo, & Deo, vt à nulla execrabili abstinerẽt blasphemia sunt enim tales inexplebiliter peccandi auidi. cum non sensuum titillen- 01

Digitized by Google

tur obiectis; (ab ijs enim & satietas quandoque induci solet & etiam nausea) sed ab obstinata voluntatis propensione ad malum, quæ iuueneſcit in criminibus. quare non contenti facinoribus in homines, sed etiam cœlorum Regi inferre manus mira audent proteruia. quin etiam cœptis frustratis à destinato impietatis studio non abstinent; cũ rabie ducantur ad scelera. quare omnes nunquam meliores fieri conspexit illa, sed semper deteriores. cum non pietas ipsis, aut morum integritas esset proposita, sed vitæ lasciuies, vitæ libertas. hæc enim semper malignitati obtenditur. dicente Tacito, *Malignitati falsa species libertatis inest.* idcirco quorundam adeo creuit audacia, vt auxi sint dicere, obliterandam esse legem euangelicam, & redeundum ad Moysen; quem veram viam appellant, indirectam vero Christum. quo vnico ictu omne deprimunt regnum Dei. quod proprio sui filij sanguine fundauit, & euexit ad cœlum vsque. A quibus tui pidinibus hos abstinuisse censendum est, cum repugnante ratione, honestate morum, & maiestate diuinarum rerum, inflatis buccis promebant diras, & inauditas blasphemias contra sacrã Ecclesiam, contra beatas mentes, illarumq. Ducẽ Deum? certè consentiente sensu hi in scelcribus triumphabant, tanquam in peruicaciæ præmio. Ita eorum antesignanus Lutcrus erubescentiq immemor, monachatus, & Episcopatus insuper, (si scissum membrum tali possit insigniri dignitate & munere, quo venerat Simplicibus Germanis profuce obtrudere tenebras) falso matrimonij titulo meretricabatur cum virgine sacrata Deo; vt sua viando latiora promeret oracula plebi. cui vt nullum esset nefas, tam præclarè vitæ honestatem commendauit hoc exemplo. at qui hunc deinde secuti sunt, veluti effrænati, non solum à criminibus absterrere erubescentiam conati sunt, sed remorsum à conscientia. huius enim intrinsecæ monitricis ductu dicebant impij, *Conuertetur cor populi huius ad Dominum Deum suum*. quare ita isti bellum indixerunt conscientiæ, vt Hieroboam vero Deo, & sacro templo. cœterum tales libertatem, æquitatem, pietatem, similia speciosa nomina protexunt, vt tandem alijs seruitium, sibi dominationem inferant.

Rom. 1.

Reg. 12.

Quo circa, vt hanc, & fidei, & morum corruptelam protenderent fusius, à contentione ad peruicaciam, à peruicacia ad iurgia, à iurgijs ad ferrum, à quo ad vastationes regnorum peruenerunt, ita sese effundit impietas; vt tandem pro pientissimo munere sibi vendicet, nulli hominum, sed nec cælitũ parcere. quamobrem tenebrarum ille Apostolus Caluinus ausus est sacrilego ore docere, Christum Dominum in cruce desperasse, sensisseque deinde inferni pœnas. Qui tam portentosæ

Digitized by Google

tosæ blasphemiæ pœnas lucre ineipiens in vitæ extremo, dæmonibus inuocatis, irascens, execrans, blasphemans, miserè expirauit. dies quoque detestatis, quos studijs, & scriptionibus impendisset. refert hæc Hieronymus Hermes oculatus testis, si ita infœlicissimo fine diem suum clausit Apostolus, quanto miserius cæteri ex hac volubili luce migrarunt ad nunquã interituras tenebras? nam aliqui fuerunt peste correpti, alij præfocati laqueo, non nulli sese præcipites dederunt pureis, quidam in vinculis exalarunt animas, aut per præsentem ignem aduolarunt ad ignem damnationis æternæ. nam exacta perhæreses vita, nouissima illorum actio est impœnitentia. In eius vita cap. 22.

Igitur vt serpeat animosè iniquitas, vt ad omne labascat facinus, vt nullam sibi in peccando Anima constituat metam, prinatur fræno in pœnam indisciplinabilitatis. ita in præsens damnum irruit, & æternum. ideo dicebat Augustinus, *Quicquid passus fuerit hic homo, si corrigatur, emendatio est. si non sic corrigitur, duplex damnatio est. & hic luit pœnas temporales, & ibi experietur æternas*. nam etsi bonorum thesauri sint apud Deum, sunt etiã in illis recondita pœnæ; vt in Cantico Moyses cecinit. Qua de causa ingraueſcentibus sceleribus, vt pes eorum labascat permittit Dominus. hinc etiam in atheismum iacti sunt ob volubilitatem ingenij, & inconstantiam doctrinę. ita paulatim incorrepta anima res inconcessas parturiens, fertur in voragines prauitatum compositis actionibus ad omnem audaciam. ideo se posse, simulauit Caluinus, mortuum ad vitam reuocare. quando itaque anima digna est mulcta propter cordis duritiem, nec queat frangi calamitatibus, in eam effundens pœnas abundè, infert calamitates nunquam medicabiles & ita illa impotens effecta ob imperium vitiorũ, in præcipitium se agit omnium scelerum. *Nam veluti corpus bona valetudine, & animus disciplina seruatur*, ait Aristoteles, ita obruitur anima multitudine impietatum. *Quare tales sæpe præoccupant pessima redarguentis conscientia*. De Verb. Domini. Deut. c. 32. De Rhe. ad Alex. c. 1. Sap. cap. 17.

Fortuna virtuti deseruit.
Cap. XVII.

ITaque si à nostro animo prorsus proteruia abest, si verum apertè fateri velimus, cogimur proclamare, non grauioribus fortunę aggressibus perfundari pios, quàm impios, sed omnino dissimilibus. etenim cogunt iniqui stantem iustitiam

cœlo, vt contra se dilabatur magnitudine, & continuitate scelerũ. at illi cum se à fœditatibus criminum immunes seruauerint, illam sibi obsequentem reddunt. Nam etsi videatur quandoque fortuna hostilitatem exercere improbos, & eorũ detractis spolijs, ditet peruersorum domos, illosque redigere ad miserrimam conditionem, imò voluntario exilio petere exteras regiones, quin potius ita deuastare, vt victores solent inimicorum mœnia, vt nullum supersit præsidium pro victis; tamen eum probitas sibi met calamitates non aduocet, diuersa ratione cogitur fortuna sua vibrare tela, cum sit subdita, & pareat imperio Dei. Hinc licet pij, & impij, ijsdem implicari videntur miserijs fortunæ. tamen qui vacant à culpis, qui legem Dei custodierunt legitimè, (Dei Ducis imperio coacta illa probitati, innocentiæque vitæ famulari) maximum sibi ex malis captantes bonum, (hoc est pietas) eam vrgent sibi famulatum præstare. Nam veluti subiecta cœlis eorumdem iussa exequi coguntur, sic fortuna truditur parere iustitiæ, iustitia Deo, Deus vero probitati. hoc sacra nos docent oracula. cum attestentur Deum obediuisse voci hominis. nec cuiuslibet hominis, sed pij, sed probi, & virtutibus exornati.

Ioſue c. 10.

De Iuuen. lib. 2.

Est *enim virtus animi habitus naturæ, & orationi, consentaneus*, vt ait Cicero. quarum prima immediatius attingens Deum, cæteris impartitur vim, vt semper illæ aduersantia vincant. ideo nequeunt inefficaces esse. nam veluti terrena quantum vis reluctentur cœlestibus, parere iussis compelluntur; sic quod deterius est, id quod est præstantius insidians, semper debellatur. Hæc, quæ voluntariè solum obsequenti imperat, quo Regina nobis imponitur à Deo: non quæ per interualla temporum dominetur, sed continuè sine cessatione. hinc parata est illa suum opus obire in lætis, & in aduersis certamina stipata comitatu cæterarum virtutum, quarum est indissolubilis nexus, famulatum tantum fortunæ expectans, & opportunas occasiones.

Scit etenim illa, cum diuinitatis sit particeps, in vtraque fortuna acui posse, euerti non posse. Quare per amplè hæc Virtus, (quæ charitas vocatur) imperans, temperans aduersa, & lœta, nihil est, quod eius detrectet imperium. Nam cæteræ virtutes, nisi huius vi polleant, flaccescunt, potius speciè præferentes, quam existentiam. Idcirco ab ingruente aduersitate concidit constantia Catonis Vticensis. etenim sibi mortem inferendo, animi impatientiam indicauit, & superbiam. Ita vi construpata Lucretia, cum non exinde fœdata foret mens violentia sceleris, in sontem animam debebat retinere in corpore, non ferro illam abijcere. vel potius Tarquinij maun, non sua

Plut. in eius vita.

Titus Liu.

patran-

Digitized by Google

patrandum erat scelus. sic satius innocentior esset, & eius iniquior mors. fato cedens aliena non sua prauitate. sic sæpe luxui indulgebant Romani Duces: & in tanta vitiorum dulcedine, magnificè se administrare Rempublicam censebant. cũ interim diuitiarum expectatio, vel erogatio, inter causas paupertatis erant, vt de Nerone refert Tacitus. ex ignorantia verarum virtutum exciderunt à recto: colentes vitia pro virtutibus. aut saltem; Gloriam habent sed non apud Deum, vt Paulus ait. 3 Annal. 16. Rom. c. 4.

At vera virtus frænum inferens in lætis, ne per lasciuiem excidamus ab honesto; ducensque vallum ingruentibus calamitatibus, ne expugnemur à mœrore, fortunam dirigit ad sui famulatum, quo propugnaculo carens insçius, de facili truditur à fortuna in seruitutem. Nam vel per blanda, vel per luctuosa se insinuet, quasi effossis cuniculis dirui bonum mentis, nostra obsequutrice imprudentia.

Ex vera virtute, vt genetricè loquamur, duplicem nanciscemur vtilitatem. vel in pace rectè præsentibus bonis vtimur, vel certaminum tempore aduersitatũ mala profligamus. ideo primariè virtutis indigemus ope, non modo vt intueamur verum, sed nec alio quidem fine quàm Dei operemur. ita temperanter obsistebimus blandienti, vel vulneranti fortunæ. tunc cæteræ concurrunt virtutes ad perficiendum opus ad præscriptum Imperantis virtutis. Quæ constanti ui fœlicia, & luctuosa, in quæstuosa transire compellit. Quamobrem indefessis prælijs virtutem agitari consequens est. cum semper per asperas cogatur ingredi vias. enimuero vel exosa sensibus deglutire per constantiam compellitur, vel per temperantiam sua via horrescere. ita ex vitijs domi refert spolia. Ideo sine nostri victoria talis non datur triumphus. tunc sui imperium seruans virtus, decore custodito animi, compellit sibi famulari fortunam pertinaci parsimonia ab inhonestis. *Etenim eius finis honestum est*, vt docebat Aristoteles. qua ratione sapiens ratus cuncta virtuti parere, non pauitat ad occursum cuiuscumque fortunæ, sed omni industria illam fœcundat, vt facilius dissipet, vel fortunæ terriculamenta, vel intrinsecarum passionum aculeos. Mag. Mo. 1 cap. 18.

Vt inter mentem & bonum virtutis labor mediat, quo certo certius, quasi manibus illud sibi conciliat homo. ita quodcumque bonum etiam artium paratur assiduitate insequendi. *Ea enim faciendo didiscimus*. ait Philosophus. & maximè pietatis bonum, quod pertinaciori vigilantia quærendum est, cũ se cæteris celsius extulerit, & res sit sensibus ingrata, eiusque iter satis dolosè insidietur ab hostibus. At inter hominum, & 4 Nico. a. c. 1.

fortu-

fortunæ bona, fortuna mediat, quam non assequimur indubiè propter suæ inconstantiæ vitium: sed potius cum oscitantia trahatur, quasi magnate, stertenti occurrit illa libentius, & conficit negotia. vt dicebat Terentius; quam laboranti. quãobrem cum laborantes plerumq; horreat, & extorqueat sæpe collata dona: pereantq; illa ad instar prætereuntiũ nubiũ accuratè sapiens ab illis cauens, vel fortunata, uel infortunata ingerat illa, in bonũ virtutis commutans sibi ancillari, ipsam cogit. Ita Dauid Saulis insidias, eiusq. somnũ, quo stante poterat illũ cõfodere, in opera clementiæ, & pietatis transferens, sibi mamopere Dei amorem deuincens condonando insidianti, Hebræorum meruit Imperium, trahens aduersam fortunam ad meritum. cum virtus sit otij, & deceptionis impatiens. Ergo verè fatebatur Plutarchus, *Pro Imperio Romano virtutem, & fortunam conspirasse. licet inter se pugnare videantur, benignitate Dei. vt fluctantibus rebus humanis anchoræ instar esset.* Rudi existente seculo, plura sana erecta fuerunt fortunæ, at cum sapere incepisset homo maiore cultu virtutem coluit. Noscens præfecturam exercente virtute, pedissequam esse fortunam; nec quidem necessario ad læta, sed semper ad ea, quæ sunt cũ virtute coniuncta. sic nunquam flauescunt seueri homines, vt populares efficiuntur desides otio, & abundantia. Deus enim semper consulit pijs, vt profectum parent uirtutum. ut ait Apostolus, *Facit cum tentatione prouentum.*

In Adelph.

De Ro. For

Cho. 1. c. 10

Salomonẽ fortuna extulit regno, opibus immensis, finitimorũ cõsœderatione, fœlicissimis nauigationibus ad Ophir, & Tarsum. *externorum bonorum causa fortuna est, & casus*, ait Aristo. cuius animus pietate imbutus hæc ad Dei transferens obsequium, ædificauit templum adeò insigne, ut nemo mortaliũ illud æquauerit. erat, tunc obsequens uirtuti fortuna, per quã nullum irrupit uitium, sed potius uirtutis usus. cum tunc cæcas diuitias luxui deseruire solitas, aut regnum superbię, Salomonis pietas ad uerum transferens usum, ad Dei cultum illas impendit. at quando carnis prurigo eum ad insaniam adegit, quasi illum deserens fortuna, præsilit aliquali inopia. quare fortuna non est propitia improbis, sed improbitatibus molestè inseruiens, ut illi opprimantur citius, ueluti ministra iustitię, eos opportunitatibus in præcipitium agit. Itaque non tã sœpe fortuna sua dona contulit in probis, quàm improbitate succedente, illi abusi sunt muneribus ad infamiam largientis. uerum stante uirtute prudentes non modo ex lętis quasi ex odoriferis floribus, sed ex asperrimis, ueluti apes ex thymo, mella colligunt. cum proprium sit uirtutis, melificium. Ita semper sibi, fusque exitens similis Philippus secundus Hispaniarum

Polit. 7. c. 1.

Paralip. 2. cap. 10.

Digitized by Google

Hispaniarum Rex, (suę ętatis exemplar prudentię) templum extruxit, & cœnobium, toto terrarum orbe celeberrimum. cui nihil simile in prisca Romana magnificentia. & certè relatum ędificium superius æquasset, nisi Belgarum contundere praua in Deum ingenia laborasset tot annis, & impensis, ut longe superauerit Salomonicas. quare ad talia religionis opera noui orbis opes à fortuna illi seruatę fuerunt, ad ęterni Dei obsequium, & ad sui prędium nunquam interiturum. cum interim inter mortales summis extollatur laudibus eius pietas, & magnanimitas, infinitis pene argumentis explicata.

Verè igitur sibi placentes iniqui, despicientesque iussa diuina, sibi constant auersam fortunam. cum illarum custodia, muniat vitam ad fœlicitatem. ideo citissimè ad damna ruunt, qui vero ad virtutis properando arcem, sibi quoque parant famulatum fortunæ. ita testabatur Iuuenalis, 8

Victrix fortunæ sapientia. Saty. 13.

nam veluti vitium turpe non existimat vinci, assuetum infamiæ, & sibilationibus; ita virtus dominari assueta, est veræ gloriæ appetens. idcirco natiua conditione, aut vincit, aut inuicta permanet. & ita ad sui obsequium cogit transire fortunam. nam aut illius non capitur blanditijs, aut nec cedit aculeis calamitatum.

Iuuenis Scipio & victor, cum iuuenculam intercepisset nobilitate, & pulchritudine spectabilem, seruauit paterna castimonia. quam redimi à parentibus voluit; cuius pretium vna cum dote, & puella suo designato tradidit sponso. maximum continentis animi argumentum. cui famulatum fortuna præstans, adnitente etiam puellæ sponso, omnes ferè Hispaniæ ad eum trā fierunt. Cæsari quoque fortuna fauit in Pharsalica pugna cum Pompeio, vt ignoscere posset omnibus, qui se eius committerent fidei. quare dicebat Cicero, *Multa sunt monumenta clementiæ tuæ Cæsar, sed maximè incolumitas eorum, quibus salutem dedisti.* & alibi, *Non debeo Cæsar, quod fieri solet in tantis periculis tentare quomodo dicendo misericordiam tuā commouere possim, nihil opus est, occurrere enim solet illa supplicibus, & calamitosis, nullius oratione euocata.* famulata itaque est fortuna clementiæ Cæsaris, arbitrans ob animi præstantiā ad vsum benignitatis propitiam fortunam vsurum esse, non ad cædem supplicum. & ita sibi armis deuictos magis conciliaturum beneficijs. sic ambulat virtus nunquam labante vestigio. quin etiam impulsa sæuientem fortunam commutat in propitiam, constantia superans, præsentemque fortunam qualemcumque boni consulens. *Qui verè bonus est, ac prudens decere omnem fortunam perferre existimamus,* dicebat Aristoteles. Paul. Aquil. lib. 3. Pro Ligar. Pro Deiota Mor. Nico. 1. cap. 10.

Quin-

Digitized by Google

Val. 4.c.8. Quintus Flaminius (superato Philippo Macedoniæ Rege) ad Isthmi spectaculum, in quo tota conuenerat Græcia, facto per præconem silentij signo, denuntiari iussit omnes Græciæ vrbes, quæ imperio paruerant Philippi, à se fieri liberas, & immunes. quod tanta alacritate vocum fuit exceptum, vt terrore præteruolantes aues deciderint. à vero iudicio, ab honesta beneuolentia liberalitas oritur, quæ opportunitate rerum fit clarior. ideo fortuna adiuuit Flaminium, vt ex captis castris, & Regno, summo populorum plausu tanti Ducis extolleretur virtus. nam semper, teste Tacito,

Tac. Hist. 4. *Fortuna melioribus assluit.*

Quamobrem cum iustus esset Alexandro in omnes, clemens in deuictos, benignus in amicos, beneuolus in milites, munificus in ciues, fortis in aduersis, mortis spretor, *Solus inter mortales fortunam in potestatem habuit.* vt asseruit Curtius. quare in Oxydracarum vrbe, in qua summum vitæ adijt periculum, *Fortuna prouiderat vetustam arborem ne circuiri posset ab hostibus*, ait ille itaque illum fortuna seruauit à morte; cum eiusdem virtutibus totius Asiæ concesserat imperium. etenim cum per summam potentiam liceret ei, quod luberet, ætatis pollens flore, summa castimonia pudicitiam seruauit interceptæ vxoris Darij. qua ratione illi fortuna parauit æterni præconij causam. idcirco tertio illi pro componenda pace legatos mittens Darius, confessus est, non tam armis se victum, quàm iustitia, & continentia.

Curt. l. 10.

Curt. lib. 9.

Curt. l. 4.

Si virtus sibi vendicat cœlum, imo cœlorum Dominum, quanto magis ad suum traducet obsequium fortunam tanti Principis ministram? hinc illa quasi è cœlo delapsa, etiã hostibus est venerabilis. Si ex Aristotelis doctrina, Tantũ cuiq; fœlicitatis contingit, quantum virtutis, & prudentiæ: & tamen nulli fœlicitas contingere potest, nisi ministrante fortuna opportunitates, consequens est, vt pedisequa virtuti sit fœlicitas, & fœlicitatis sit fortuna.

Polip. 7. c. 12

Nam vel saltem, *non secus ac malè compacta nauis rectius* Bud. 7. c. 17 *sæpe agitur, non per se quidem, sed quia peritum gubernatorem sit nacta.* ita virtute fulti salutare dirigunt iter in vtraque fortuna. quamobrem, vt bonus opifex, laudabilia semper molitur, & perficit virtus ex opibus, & honoribus, ex imperio, ex miserijs: & veluti peritus nauclerus nauem seruat in tempestatum discrimine: & quasi medicus ægrotum reuocat à mortis periculo: ita è contra imperiti naugium aptum in ferendis oneribus, & tempestatibus. subuertunt: & inscij medici per ignorantiam morborum vim augent. igitur non labes est in motibus fortunæ vel fœlicibus, vel infœlicibus, sed in animi impru-

Digitized by Google

imprudentia, quæ nescit illam attemperare ad virtutis vsum. cum ab hac componatur vita, & in recto seruatur statu, nunquam excidens à rationis lege quacumque opportunitate. idcirco *Aduersus hanc, hoc possunt calamitates, & damna, & iniuriæ, quod aduersus solem nubila*, dicebat Seneca. Sen. Epist. 113.

Est *enim virtus proprium hominis bonum*, vt ait Tacitus. nam statim ac, quis properat ad eius cultum, admittitur; & efficitur sobrius, verecundus, mitis, voluptatum domitor, magnanimus, ideo semper per regiam, rectamque properans viam, fortunam compellit sibi famulari. etenim *Contingit nunquam virtutis obtusi*, vt docebat Stagirita. colligit enim vires pacis tempore, quibus dimicet vel inuadentibus, vel insidiantibus hostibus. quo circa semper se ad certamina expediunt probi, scientes *Militiam esse vitam hominis super terram*. & re vera quiescere non potest animus, nisi eliminato quicquid turbidum. & tamen vt dicebat Tacitus, *Vitia erunt donec homines*. quin etiam quandoque concordiæ, quandoque discordiæ sensuum mentem fatigant vsque ad exitium. qua de causa *multos occidit tristitia*, dicebat Ecclesiasticus. lenta illa animi passio calorem minuens vitalem ad tabem reducit miseros diminutione nutritionis, quæ exiccationem infert, & refrigerationem, à qua senectus oritur, & mors. Hist. lib. 4. Mag Mora. 2. cap 8. Iob. c. 7. Hist. lib. 4. Eccle. c. 30.

Semper namque virtutis cultores assuescunt malis, & quiescunt, supponentes capiti suo lapidem, ad exemplar laboris & patientiæ Iacob: regredi sperantes ad veram patriam, onusti inamissibilibus bonis. nam virtutis iter ad cœlum est. ideo in infortunijs placida mente omnem amaritudinem deponūt. scientes temporales fœlicitates, & prosperitates, epulis, lætisque conuiuijs celebrari, at animæ festum virtutum exercitatione, Gen. c. 38.

Hem ista est virtus, quando vsus est, qui malum fert fortiter. Plaut. in Afinar.

etenim vt dicebat Seneca,

Leuis est dolor, qui consilium capere potest. In Troade.

Cum suaui paschali agno agrestes lactucas manducari iussit Dominus, non modo ne rerum prosperitate turgeat animus, aut suauitate cibi feruat libido, sed vt compertum habeamus, animæ saginam amaritudinibus comparari. harum prudens anima fit cupida, vt excindat praua desideria, vt superet impatientiæ morbum. cum hoc non est tam sibi iucundum, quam vtile. vtrum enim animæ experimentum labor est, & angustia. alioquin incertum est, quæ in parte præponderet illa, quamobrem delicatuli non strenues aduersitatum certamina, plangore manus dimittunt, sicuti pugiles Exod. c. 12.

desperantes de victoria. at prudentes per maximos labores, & horrendos dolores incedunt inuicti perdurantes in certaminibus aduersitatum solo uirtutis amore, & robore.

11 Cum Deum amare incipimus, languescente adhuc mente, non totis uiribus ad illum assurgimus. ideo ut excitetur, ut firmetur solercia, impellimur malis, ut firmo studio appetamus cœlestia. ita nobis primo accurrit diuina beneficentia. deinde appropinquantes attrahit generosè, & efficit, ut cognoscamus solum Deum esse amandum, & aliud præterea nihil. cuius desiderio nobis illapso impossibile est alterius rei cupiditate teneri. rigat tunc nos suauitatibus. ideo libentissimè adhærescimus ingenito bono, & desinimus irasci miserijs. enimuero sensibilia omnia, cum illo collata, sunt profana, sunt uolucria, sunt noxia. tunc luminis diuini participes effecti, deserimus restantem corpoream partem defixam telluri, spernentes præsentia damna, quibus utimur ad profectum uirtutis, etiam ascensionis in Deum.

Vnde infortunati sunt illi, & miserabiles, qui propter scelera coronantur. nam cum cæteros iniquitate præcurrerint, affluentibus leniter adulterinis lætitijs, obliuiscuntur Dei. fortunati uero sunt probi dum agitantur miserijs. quod etsi alias dictum sit, repetendum est etiam, ut ferocientes passiones conticescant mole pondereque rationis. Quod si cessatio non prodest artifici, quanto magis uirtuti? ideo sola uitia quiescere expedit; cum exercitio similium iuuenescant, & uirescant. at uirtutis colluctatio cum aduersis, non modo ad dolorum temperantiam confert, sed ut expeditius se in Deum per amorem transferat. cum prudens illud lubentius appetat, ubi est spes beatioris uitæ, & mercedis interminæ.

12 Hæc christiana philosophia animi custodiens fortitudinem, transfert aduersitates ad sua lucra, cum ancilla uirtutis fortuna semper sit illi parata parere. ita uniuersi constat ordo, ut inferiora potioribus impendant obsequia: sic ad uirtutem se habet fortuna. Hinc ut peritissimè dicebat Aristoteles, *Ad omnem vitam virtutum legibus opus est*. alioquin mutationibus fortunæ malè quis regit animum. cum solus sapiens censeat, aduersitates esse fœlicitatum uestibula. ideo inter infortunia non recensebit mortem Abelis, nam etsi innocens esset ille, & pius, & incontaminatæ pudicitiæ, cum fraterna immanite immaturè è uiuis sublatus fuerit, uiuit tamen immortali uita cum cœlitibus. cum ab inuidioso fratre solum temporanea luce fuerit priuatus. imò interfectus, usque ad Dei solium temporanea luce fuerit priuatus. imò interfectus, usque ad Dei solium uociferans, manifestat, quæ ab iniquo socio passus est.

Nicom. 2. cap. 9.

Digitized by Google

est at quæ ætas conticiet impollutiduuenis execrandam cædē? alterius extollens pietatem, alterius damnans crudelitatem? certè nihil fortunatius, quam Deo commendari testimonio, & per amplè assecutus est Abel malefica Caini, & Dei beneficentia, quæ iniustam sanguinis effusionem permisit, vt martyris magnificaret religiosum animum. *Cum parum sit in virtutibus scire, aut nihil plurimum vero, vel totum, exercere,* ideo semper, vt Lucanus aiebat, Ad Nic. 10. cap. vlt.

Creuit in aduersis virtus. Luc. lib 3.

itaque certo certius est, sicuti se habet dignitate, & imperio, hera ad ancillam, matrona ad concubinam, ita virtus ad fortunam. idcirco nihil illi apparet luctuosum, aut terribile. Quod si aliud accidit hominibus oriente sole, & aliud occidente, (nam luminis præsentia manifestantur mortalia, absentia vero immortalia) equidem nobis arridente fœlicitate corporea, veluti ostendente se sole, æternæ patriæ inducitur oblitio; at illa abeunte, quasi inductis tenebris, fulgent perennia astra, hoc est ætheræ virtutes, quarum suauis est gustus, grauis aspectus, & natura fœcunda.

Non itaque cæca est fortuna, vt garrit plebs sapientiæ inops, sed oculatissima. nam virtuti præbet materiam sese exercendi, vt dicemus cap. 38.

Ingenium res. Hor. 2.

Aduersæ nudare solent, celare secundæ. Saty. 8.

insipientiæ vero offert ruinarum incentiua, idcirco suum vnusquisque dirigit clauum vel ad portum, vel ad naufragium. cū virtuti famuletur fortuna, & aduersetur vitio. hinc videas, & semper sapiens est lætus animo, insipiens vero turgidus, sed fastu tragico. *quæ dū se facere putat, re vera patitur,* vt sapiēter monuit Philo, animæ naufragium. quod si quandoque accidat bonorum, honorumque laborare inopia, qui probitate fulgent, hoc accidit ex uitæ instituto, non ex aduersatrice fortuna. etenim, teste Stagirita, *Fieri non potest, vt pecunias habeant ij, qui nullam diligentiam adhibent. quod etiam fit in cæteris rebus.* Alleg. 1. 13 Nic. 4. c. 1.

An quia, cum talia adipisci nequeant plerumque sine alterius iniuria, ut Philosophus docuit, malunt his non potiri bonis, quàm inquinari sceleribus? Sect. 29. Probl. 7.

An quia cognoscentes illarum rerum perfectionem in usu consistere, fortunæ dona erogantes, liberalitati dant operam? nam ut ait Martialis,

Extra fortunam est, quicquid datur amicis.
Quas dederis solas semper habebis opes. Epig. lib. 5.

& Aristoteles, *Magis beneficia afficere, quam affici virtutis propriam est.* Ad Nic. 4. cap. 9.

Digitized by Google

An quia cum solum amisti bonum uirtutem appetant, cætera asperantur? eorum uirtus

Clau. conf. Mamlij. *Nil optis externum cupiens, nil indiga laudis,*
Diuitijs animosa fuis, immota que telis
Cassibus, ex alta mentis dispicit arce.

An quia cœlestis pater filiorum postulatis annuit? quo circa appetentibus æterna largitur omnipotentia, conupiscentibus caduca terrena donat; ut unusquisque sit suæ sortis elector.

An ut doceat mortales, extincto corpore omnium; ex æquo rependi merces cum modo non appareat iusta retributio fieri? *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.* tunc cum non inerciura merces, uel pœna reddatur, prorsus ab animo ablegare debemus omnium præsentiũ rerum amorem.

Cho. 2. cap. 5.

Quæ præsertim peccato monasteriorum duces euertantur. Caput XVIII.

COnstat Deum improbitatibus irasci, quarum est acerrimus uindex propter summum animi candorem, propter summum, quo fertur, amorem in iustitiam; ut denique suum expleat opus, quo tenetur singula singulis ad æquitatem pariri. & licet infortunia etiam accidere uideantur pijs, ad uirtutum profectum à Deo ordinari patet. in cæteris uero si castigationes ad emendationem profecerint, mutata uoluntate, damnatisque prioribus erratis, purgatisque animæ sordibus ueniam consequentur; & quandoque prioris status instauratione. qui quidem sunt duplici nomine beati, primo quod ab insidiosis uitijs se transtulerint ad synceram frationem uirtutum; secundo quod deserto dæmone ad Deum confugerint à quo certo certius æterno, & beato sunt honestandi præmio; cum emendati ueram sint complexi disciplinam.

Qui uero non corripiuntur calamitatibus, grauius contra se iudicis cõcitant iram, à qua regnorum, imperiorumq; cæterarumque rerum fiunt euersiones. nam Deo mouente, omnia ad impiorum ruinam conspirant. nec alunde certiora argumenta deduci possunt, quam ex sacris literis, in quibus patet enucleatè ob scelera corruisse homines à Regno, ab Imperio, à suprema dignitate sacerdotali, post quæ subinferemus peccatum, quo plerumque magistratus atteruntur miserijs. quod cum lateat quandoque specie benignitatis, mentita uirtutis

specie

ſpecie deceptiſ monaſteriorum, ſimilimaque domorum Duces peſſundantur.

Transferri regna, depopulari, in ſolitudines redigi, diuidi in plures Dynaſtas, ſimilique ratione minora bona peſſundari, (quæ miro modo ſequuntur mortales) propter peccata, ſacra volumina nos inſtruunt. in quibus nullum ſubeſſe mendacium poteſt. cum eorum auctor ſit Deus, vindex mendaciorum ſummopere. quare ne leuiſſimum quidem admittit in ſuis oraculis, ſed incipiamus in medium referre exempla.

Domini mandatis non obſequens Saul à regno exciditquod ſatis ſingulari electione diuina fuerat ei collatum, & commendatum. quo circa dixit illi Samuel, *Quia proiecisti ſermonem Domini, proiecit te Dominus ne ſis Rex*. enimuero ſi contra Dei ſalua iuuum, victumque Regem ſeruauit, pepercitq; inſignibus gregibus propter auaritiam, an tanto cõtaminatus ſcelere, rectius innocentiusque erat adminiſtraturus iuſtitiam populo? *cum nullum ſit officium, tam ſanctum, atque ſolenne, quod non auaritia comminuere, atque violare ſoleat*, ait Cicero?

Salomon alienigenarum mulierum amori deſeruiens, tam enormiter libidine efferbuit, vt illarum profanis cultibus idolorum ſe mancipare non verens, veri Dei abiecerit cultum: quaſi ſenſualis voluptas ab illorum cultura penderet; quaſi fenectus repueraſceret in Veneris vſu. quam ob cauſam dictũ fuit illi, *Quia non cuſtodiſti pactum meum, diſrumpam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo*. Salomon vt ſuis ſatisfaceret obſcœnis ſenſibus ablegauit à ſe religionis imperiũ. idcirco conſentanea mulcta, à ſeruo ſuo fuit occupata maior regni pars. ira nouerunt poſteri, regni nobiliſſimam à vera religione pendere.

Hieroboam vitulos erexit aureos in cultum: vt hac commutatione religionis, detinens populum, ne aſcenderet in Hieruſalem, præcaueret, ne ad priorem ſui Regis, obediret. *At propter hoc domus illius euerſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ*. Sic ſe auertens homo à perenni bonorum fonte, ſtatim arefactus interire neceſſe eſt. Nam *Deus ipſe tranſfert regna, atque conſtituit*, vt ait Daniel.

Nabucdonoſor cum deteſtanda ſuperbia Dei concitaſſet iram, Dei minantem audiuit vocem, *Regnum tuum tranſibit à te, &c. Donec ſcias, quia dominatur excelſus in regno hominum*. tunc ſe peccaſſe tumentes ſpiritu comperiunt, cum plectuntur flagellis.

ſerò licet
Venias, venisti tamen horrido pede, celsius

Dela-

Re. 1. c. 15.

Pro Quint.

Re. 3. c. 11.

Re. 3. c. 12.

Danie. c. 2.

Danie. c. 4.

Sophocles.

Delapsa tandem prima.

Antiochus primo Dei populum ad impietatem cogens; deinde constantes subijciens armis; cum se omnibus potiri arbitraretur, paucula Iudæ Machabæi militari manu exagitatus primo est; & ita paulatim increbrescentibus militibus, & armis; vidit suos magnos exercitus fusos; & tandem se omnino deturbatum ab inuaso regno. ita paucorum armis latrunculum à regno fugauit Deus, cum eius solummodo sit independens potestas, & ineuitabilis ira. Pharao, qui Iudæorum pueros ab obstetricibus præfocari iusserat in ipso vteri matrum egressu, in pœnam tantæ immanitatis, successore carens, sibi in filium adoptauit Moysen Hebræum, vt docuit Augustinus. A quo in extrema plaga filiorum ægyptiorum, etiã Regis primogenitus occisus est. nam in quo maximè deliquerat, pœnis afficiendus erat. Tandem inferamus aliud exemplum, in quo nostra instituta disputatio insistet. Heli summus Sacerdos errantes filios non corripiens, quos in oblationibus hostiarum nouerat Dei sancita peruertere, audiuit Samuelem in personam Dei dicentem, *Iudicaturus sum domũ eius in æternum. eo quod nouerat indignè agere filios suos. & non corripuerit eos.* quo etiam peccato se fœdauit Dauid, non arguens Adoniam; *Nec corripuit eum pater suus, aliquando dicens, quare hoc fecisti?*

Aug. 83. q. 63.

De Nat. & Gra. c. 12.

Reg. 1. c. 3.

Reg. 3. c. 1.

2 Si vniuersum nostrum genus hujus peccati labe esse infectũ dixerimus, certè non libertate mentiendi errabimus, sed synceritate vera dicendi. cum in diem silendo dicenda, & dicendo silenda, fiat deterior orbis. Nam conniuentia, & criminum dissimulatione, ita crebrescunt vitia, tanquam sint à pœnis, & à lege soluta. quo indulgentiæ vsu augetur assiduè libertas petulantiæ. idcirco cum impij non ament moderari, & regi, sed cuncta agere ex morum prauitate, semper ex concessis maiorem sibi vindicantes libertatem, tandem contra suos correptores tumultuant; & quandoque seditiosè agunt sine pudore, & veneratione aduersus suos Duces. nam *Multitudo voluptatem amat, & vitam dissolutam*, vt dicebat Philosophus. Itaque sicuti Ducum seueritate facinora compescuntur; ita augentur dissimulatione. *Nam licet quosdam pudor, alios necessitas, non nullos ætas, aut satietas commutet in melius*, vt ait Tacitus: tamen incorrepta scelera aliorum inficiunt animos, cum propter impunitatem bacchentur. nec quicquam vehementius se insinuat mentibus hominum. quod si sagaci prudentia animaduertisset Germania, equidem impia nõ admisisset Erasmi dicteria in christianam pietatem. quamobrem priscam fidei innocentiam, & puritatem morum retineret. nã

Echi. 1. c. 5.

Annal 3.

ab illa

Digitized by Google

ab illa ſubſannandi libertate eruperunt plebis impia, & nefaria facta. *Ex turpiter loquendi licentia, ſequitur, & turpiter facere*, docuit Philoſophus. idcirco Chriſti veſtem, quam olim venerans tuebatur, laceraut, & fœdauit hæreſibus. ita ſeſe paulatim efferunt vitia, vt tandem cum careant termino, in ſe mutuo ruant: ita Germania ſæpe celebratis fœderibus cum communi hoſte, ſuorum ciuium effudit ſanguinem. Polit. 7. cap. vlt.

Diſſimulatorio itaque oculo intueri pudenda, & punienda crimina; & illa diſſimulanter aſpernari, nihil eſt perniciosius in Republica. nam ſemper conniuentia fœdauit domos, ciuitates, & regna, & tandem onuſta peccatis demerſit. qua de cauſa monebat Cicero, *Adhibendum eſſe cautam ſeueritatem, ſine qua adminiſtrari ciuitas nullo pacto poteſt*. nam diſcutit legũ metum nimia lenitas, ſubditorum adaugens proteruiam. 3 De Offi. 1.

Quanto magis tale peccatum abeſſe debet à religioſis domibus? cum in ijs ſagaciori ſtudio cuſtodiri debeant diuina præcepta, & conſilia, inſuper & propria ſancita; vt perfectam induant morum innocentiam? quamobrem omnis in legibus tranſgreſſio corripienda eſt ad præſcriptum legum. nam quãto magis tranſgreſſionibus aſſueuerint, eo durius ferunt legũ imperium, cum inueterata errata, ægrè recipiant diſciplinam, aſſuetudine translata in naturam rei licitæ. quo circa Superior non obiurgans arrogantiam auget delinquentium: illoſq; indociles efficit ad honeſta munera; cum plerique obiurgatione ſola reſipiſcant, nam etſi non videmur pares antiquo rigori, & ſeueritati, cum tamen eidem aſſueuerint ciues, quem morem, regnante audacia, infectabantur, ſummopere commendabunt, guſtata ſuauitate vitæ innocentis.

Eſt enim lenitas in caſtigatione culparum noxia amicis, cũ aſſueſcant culpis; & opportuna inimicis; cum per eam inſilire poſſint in Ducem. ſemper enim dominantes inferiorum mulcentur adulationibus, & inſidioſis commendationibus eſferuntur. idcirco quandam animi ſecuritatem induentes, oſcitantes redduntur in præcauendis inſidijs. hinc infida decepti fiducia, ſibi læta fingentes, ab ijs opprimuntur, quibus condonarunt culpas. cum nouiſſimum iſtorum ſcelus ſit malignitas in Ducem. tunc inani ſpe imprudentem animum falſa expectatione deceptum ſentiunt; cum eruperint ex ſimulatis laudibus criminationes. & hæc eſt conniuentiæ merces, & præmium lenitatis in coertione culparum. 4

Huius contagione criminis, veluti lethali morbo, languent religiones. nam cum ſuperiores præcarium teneant imperiũ, (perdent enim ſæpe à cæterorum ſuffragio) vt ſingulorum venentur benevolentiam, & popularem applauſum. *Dum affectant* Hiſt. 2.

Digitized by Google

fectant famam clementiæ; vt ait Tacitus, priſcum remittentes rigorem, non curant delictis occurrere. qua de cauſa Ducis opus aſpernantes, curare negligunt eos, qui eorum parent imperio, & mandatis.

5 Hinc aucta facultate tranſgreſſoribus aſcititia hac indulgentia, in tantũ excreuit errandi libido, vt in vitio vertatur, quod lex non violetur. idcirco penè abrogatos patrios mores videmus, quorum omnium pœnæ ſuperioribus debentur, cum vitio conniuentiæ corruperint maieſtatem legum. Nam non cohibens, non caſtigans, licentiam tranſgrediendi prebet. ita ciuium crimina ſua faciunt Duces. nam bonos ad ſcelera inuitat per impunitatem, malos allicium inde ad deteriora. quamobrem per ſpeciem clementiæ pereunt ſubditi, quaſi ægroti per indulgentiam medici. peritè dicebat Seneca,

In Medea. *Qui non vetat peccare, tam porſit, iubet.*

Vitia efferant animos. hinc coerceri legibus ægrè ferentes, (ceruices non aſſuetæ iugo, de facili reſiliunt) legum cuſtodes, (cum in omnibus conniuere non ſit poſſibile) demoliũtur impoſturis, mendacijs, falſiſque delationibus. *Etenim peſſimus quiſque rectorem aſperrimè patitur*, vt ait Salluſtius. Salluſt. ad Cæſ. Ethic. 10. cap. vlt. *Cum à prauis non ob turpitudinem abſtineant, ſed ob metum*, vt dicebat Ariſtoteles. quare moniti iraſcuntur, & excandeſcunt puniti, & exinde inſidiantur Ducibus.

6 A bello itaque, quod indicitur vitijs, magis in domibus, & in regnis inducitur pax, quàm à diſſimulatione iniquitatum. nam iſta pacis nomine tectum, ſecretumque bellum infert: cũ auctæ ſubditorum proteruitates, vt in multorum erumpant perniciem, neceſſe ſit. ab illo verò prauis punitis ingenijs, primo maximè emergit ſuperiorum auctoritas, ſecundo populariſ tranquillitas. & tandem communis ſalus, profligatis contagioſis morbis ſceleſtorum. ergo verè

Sen. in Oed Hiſt. 3. *Regna cuſtodit metus.*

Simplicitas, liberalitas, ni adſit modus, in exitium vertuntur, ait Tacitus. ita etiam lenitas, & benignitas in caſtigatione culparum.

Animalia ſi cicuratore carent, efferantur; ſub paſtore verò manſueſcunt. perinde accidit hominibus, ſi errantes corripiuntur diſciplinis, efficiuntur morati, verum ſi earum erunt inopes, bruteſcent. Nam ſola eſt uirtus, quæ eximens proteruiam ex anima, illam diſciplinabilem efficit, & manſuetam. idcirco, vt dicebat Plautus,

In Milite. Gal. cap. 5. *Facile eſt imperium in bonos.*

parent iſti libenter legibus: cum inter cæteros charitatis fructus numeretur ab Apoſtolo manſuetudo. Quare ſi aliquid occur-

occurrerit molestum, libenter excipiunt, vt experimentum virtutis, qua se componentes ad christianam temperantiam, suis Ducibus obediunt, nec ad vocem solam sunt intenti, sed etiam ad nutum.

Quamobrem certo certius est animarum curatores præsertim oportere esse austeros, rigidosque legum custodes. nam tunc *Deus erit in latere eorũ, & custodiet pedes eorum, ne capiantur*, ait Salomon. hinc quotiescnmque syncera erit custodia pastoris, semper erit fœlix. sunt enim mens, & manus necessaria in duce militiæ; ita in animarum vigili probitas, & legum custodia. Si in animali caput adimas, reliqua omnia pereunt ita cum caput negotiorum sit finis, & finis custodiæ animarũ sit illarum salus, ideo spreta animarum incolumitate, desciscentes ab hoc grauissimo munere, ab irato numine inuadi, & vastari necesse est. cum peccatũ semper sibi aduocet in fortunium. qua ratione eodem labore, & studio, quo moliuntur sibi adipisci gloriam, miseris insipienter occurrunt. *Non ex eo quod placeas hominibus est actionum efficacia, sed eo, ꝙ placeas Deo*, docuit Plato. & Dauid, *Voluntatem timentiũ se faciet, & deprecationem illorum exaudiet, & saluos faciet eos*. idcirco sapienter dicebat Philo, *Legitimi cultores Dei nec quidem leuia errata negligunt propter excellentiam summi Regis, in cuius versantur obsequijs*. nihil itaque sanctionibus constitutum prætermitti debet, sed retinendum est maxima diligentia. nam leui ponderis instituta peruicaci studio custodita exquisitam reddunt legibus reuerentiam. enimuero solutè custoditę leges morum candorem paulatim minuendo, abeunt in contemptum. *Quomodo Reges seruient Domino in timore, nisi ea, quæ contra iustum Dei sunt religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo?* dicebat Augustinus ad Bonifacium. minuitur quoque semper reuerentia in Ducem conniuentię crimine, cum fieri nequeat, vt dissimulata non placeant. Quamobrem peritè monebat Philo, *Benignitas est res contemptibilis, & obest principibus, & subiectis. illis quidem cum nec publicè, nec priuatim valeant aliquid instituere; nam paulatim facilitate diminuendo imperium, destruitur veneratio imperãtis. ideo multi se magistratu abdicare coacti sunt. istis vero, quia contempto magistratu, & negligentiores effecti, magnum arrogantiæ malum sibi contrahunt*. virilius tunc peccant per dissimulationẽ iudicis. *Homines bello faciles facillimè per voluptates assuescunt otio*, vt dicebat Tacitus. quanto magis per licentiam improbitatum assuescent vitijs? idcirco non tam animi prauitate exuunt pietatem quandoque ciues, quàm regnantium in curia, cum duas res sticulosè amet plebs, abundantiam,

9 Prou. c 5.

In Epist. ad Dione.

Psalm. 144.

De Creat. Princip.

8

In Epist. ad Bonif.

De Agric.

Tacit. in Agricola.

Digitized by Google

9 dantiam, & impunitatem. qua ratione magistratus timorem incutere debet ne fiant scelera, at si commissa fuerint, illa insequi debet seueris castigationibus, nam nisi correctiua disciplina malas artes arcebit, in cumulum excrescentes, ruinam afferent Reipublicæ. opprimendæ sunt itaque illæ castigationibus. *Cum vnius impij supplicio, multorum curetur improbitas*, ait Cicero. ergo *semper salutaris seueritas vincit inanem speciem clementiæ*, vt idem docuit.

In Verr. Ora. 3. Ad Brut. Epist. 2.

Igitur verè ait Philo, *Pacis habendam esse rationē ex præscripta Dei forma*, quam qui non tuetur, sentiet per calamitates dissimulationem criminum stultam esse, & infœlicem. etenim cum Dei non quærat honorem, nec salutem animarum, ab eisdem, in naturam commutate luporum, lacerabitur. vnde Ezechiel ait, *Quasi vulpes in deserto Prophetæ tui Israel.* proprijs hi inhijantes commodis, populum arguere desierant. itaque sapienter ait Plato, *Si rempublicam rectè velis instituere, virtus tibi cum ciuibus communicanda est.* illa enim sola tuetur, & auget hominum societates, quam si tollas crimina grassabuntur, & scelera. adde etiam, *Omnia summa religione gesta, adhuc fortuna sequitur.* vt asseruit Liuius. hinc licet indulgentia, & facilitas condonandi videatur amorem gignere; attamen paulatim disciplinæ constantiam labefactando, reddit primo ciues contumaces, deinde contumelioſos, & tandem iniquos in magistratum. quo circa qui tali imprudēti sagacitate nituntur sibi magistratum firmare, diuina corrupiente iustitia, euertuntur. dicebat Cæsar, *Indulgentiæ præsentem reddunt speciosum exercitus amorem; paulatim tamen, & occultè disciplinam, & seueritatem minuunt.* Igitur potius omnium saluti, quàm impunitati paucorum prospiciendum est. nam etsi aspera videatur in principio seueritas, cum virtutum assueuerint actibus ciues, facilis illa, & salutaris apparebit, beneficentia itaque est inhibuisse errantem, sicuti maleficium conniuisse sceleribus. nam indulgentia cum præsenti lætitia infert æternū luctum. Enimuero vt *Virga, & correptio tribuit sapientiam*, ait Salomon: ita quis ignorat *Maximam illicebram esse peccandi impunitatis speciem*, ait Cicero? Sic certo statuendum est, scelera curari metu, & multa, & quandoque extremo supplicio.

In Ezecc. 1

Alcibi 1.

Liu. lib. 5.

De Bello Ciui. 3.

Prou. c. 19.

Pro Milone

10 Quamobrem improuisis casibus multos pastores è vita migrasse vidimus nullo susceptō sacramento in pœnam talis sceleris. cum sua solum curantes, neglexerint ad salutaria pascua deducere oues. ideo morientes sui reminiſci non potuerunt: cum viuentes suo muneri operam dare, fuit in postremo curarum loco. contra quos inuehitur Dominus dicens, *Cessare faciam*

Digitized by Google

faciam eos vt vltra non pascant gregem. nec pascant amplius pastores semetipsos, cum aliquando istis obueniant dignitates, non vt prosint, sed vt amissæ maiorem inferant, & grauiorem dolorem, quare nihil istis prosperè succedit earum rerū, quæ pietatis cultoribus eueniunt: & coguntur sua damna intueri apertis oculis, quos clauserant contra violatores legum. quod si correptio communi lege præcepta est, quanto magis pastoribus? *Non nauium gubernatorem, non ad bestias dimicantem, non ludo gladiatorio destinatum, non alium quempiam omnino sic ad discrimina, ad mortem paratum esse oportet, vt eum, qui pastorali fungitur munere.* Hæc Chrisostomus. Debet oues arcere à noxijs quibusue rebus, illarumque prospicere saluti, nec quouis vitæ periculo ab illarum discedere custodia: ne lasciuiendo oberrent, aut intereant fame, salutari cibo dest tutæ, aut ferarum lacerentur occursu; sed illas inducere ad æternum (pro viribus) Dei conuiuium. Ezec. c. 34. Homil. 6. in Paul.

A quo excluduntur, qui ementito pastorali titulo se solos pascunt temporaneis bonis. contra quos inclamat Dominus, dicens, *Pastores multi demoliti sunt vineam meam. conculcauerunt partem meam dederunt portionem meam desiderabilē in desertum solitudinis.* Itaq; vt satis peritè monet Cyprianus, *Puniantur illi à te, ne tu pro illis puniaris.* Hier. c. 12. De Vtilit. patientiæ.

Quapropter *Omnino non expedit, vt per licentiam insolescant ciues.* ita dicit sacrum oraculum. *Cum delicta nulla venia prosequi, vsu salubre, & misericordia melius apparuit,* ita Tacitus. vt homo traducatur ad vitia, non opus habet Duce, vt ad virtutes eat, indiget impellente. Vnde rectè Archesilaus ad amicum interrogantem, quare multi ex aliorum disciplinis ad Epicurum transeunt, ex epicureis vero nemo ad alias? respondit, quia ex viris multi fiunt eunuchi, ex eunuchis vero, nulli fiunt viri. Ergo verissima est Tucididis sententia, *Tria sunt nocentissima imperio, miseratio, blandiloquentia, & lenitas.* Augustinus vastationem Italiæ à Gothis patratam huic tribuit peccato, ita dicens, *Plerumque enim ab eis dicendis, admonendis, corripiendis, malè dissimulatur, vel quia laboris piget, vel quia os eorum verecundamur offendere, vel quia eorum inimicitias deuitamus, ne nobis noceant in istis temporalibus rebus, quas adhuc appetit nostra cupiditas, vel quas amittere formidat infirmitas.* & subdit. *Quia prædicti eorum peccatis damnabilibus parcunt. iure cum eis temporaliter flagellantur.* & inferius. *Illud est culpabile, quod parcunt alienis peccatis, quæ dedocere, & obiurgare deberent.* & ad Marcellum scribens ait, *Agenda sunt multa etiam cum inuitis plectendis quadam benigna asperitate. nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur.* Hester c. 3. Annal. 13. Tuci. lib. 3. De Ciu. 16. cap. 2. In Epist. ad Marcel.

Digitized by Google

Cum itaque seueritas metum imperat inimicis, ab amicis ad liciat venerationem in leges, & delinquentium coerceat propen-
Pol. 5. c. 11. siones ab malum, summa custodia retinenda est. *Minus mustum aliquid sperant ab ea Principe pati, quem religiosum, & Deum venerantem existimant, & minus ei insidiantur, vt tuerem, & adiuterem habenti Deam*, ait Aristoteles. Ergo morũ candore pastor venerandus efficitur, & seueritate cum eisdem
Tac. Hist. 1. artibus Dei, & proborum sibi comparet benevolentiam. *Saepe honestas rerum causas, in iudicium adhibeas, pernicioſi exitus consequuntur*, dicebat satis prudenter Otho. enimuero vt per lenitatem Regentis legum maiestas abrogatur, ita custoditur per seueritatem.

Traianus euaginatum gladium cuidam renuntiato tribuno militum praebens dixit, *Cape ferrum hoc, si rectè imperium gesse-*
Dion. in eius vita. *ro pro me, sin autem, contra me hoc vsare.* nam assumpto sceptro ad aliorum vtilitatem vti debemus, non ad propriam vanam gloriam, quam venantur per inconcessam à Deo impunitatẽ. contra quam deinde ille irascitur. ideo dictum fuit Achaz,
Reg. 3. c. 20. *Quia dimisisti hominem dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.* patet itaque Deum adeò indignari grauitate huius criminis, vt etiam ab illo innocens populus, vna cum delinquente Rege, fuerit flagellis correptus.

Quamobrem magistratus deferendos censeo senioribus. nã
, 20 hi per experientiam sibi prudentiam comparárunt, per canitiam venerationem, & per effœtam ætatem mortis timorem. qua ratione hi muneri suo dant operam vigilantius. nam re vera illa ætas regimini est apta, quae penè cupiditates omnes effugerit. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia,*
Iob. c. 12. ait Iob. discunt enim rerum vsu, quid expediat. & Sallustius,
Sallust. ad Caes. *Quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum fit.* tunc hi furentes cupiditates euaserunt. ideirco ait Stagirita,
Polit. 7. c. 9. *Prudentia senum est, sicut vires sunt florentis etatis.* maturascente ætate vt senescunt inferioris animæ vires, ita vinescunt consilia, & alibi, *Omnis enim familia vni, qui etate ante it, paret.*
Polit. 1. c. 1. Quod mundus, &c. etenim vt sapienter monuit Philo, *Non iuuentuti, sed senectuti contingit maiestas. & in his maximè numeribus, in quibus non fallax sensus exercendus est, sed vigentissima mens.* quod firmatur ex doctrina Philosophi dicentis, *quae antiquiora perfectiora*
Polit. 2. cap. 8. *sunt, quàm iuniora.* & Ecclesiasticus, *Quàm speciosum canicies iudicium, & speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus,*
Eccle. c. 25. *& consilium.* cum compositis affectibus sensuum, maturiora
De virtute morum. emergant ex mente consilia. *In ijs concupiscentia fons, qui in iuuene est, restinguitur, parumque fit, & imbecillis quare tunc ma-*

fit

gis viget ratio affectibus tabescentibus vna cum corpore, vt docuit Plutar. subinferens, *At iuuenes vehementes, ac temerarij sunt, & in appetitibus inflammati furentes, ac rabidi, propter sanguinis copiam, & calorem.* ideo prudenter monebat Seneca,

Regenda magis est feruida adolescentia. In Octauia

Cuius graues motus fida statione senectutis placidantur, dicebat Ambrosius. *Est illa vicina lapsibus. quia variarum æstus cupiditatum feruore calentis inflammatur ætatis.* ita Ambrosius. idcirco docuit Aristoteles, adolescentulos minimè esse idoneos auditores ciuilis disciplinæ, quanto minus ministros? sunt enim hi plerumque in oblocutores acerbi, contra iura faciles, & benigni in delinquentes. ex quo fit scelerum eruptio. at senes,

Exemplo monstrante viam, Mani. lib. 1.

sciunt rectius nauis cursum dirigere ad fœlicitatem æternam. quare constans potestas ttibuenda est illis. nam quo minus ab aliorum pendent suffragijs, eo acrius tuentur leges, & instituta maiorum. Adde quod facilius se ab ea temperant fœlicitate, qua diu frui nequeunt. & *Id quoque morum Tiberij fuit, continuare imperia, ac plerosque ad finem vitæ in iisdem exercitibus.* ita Tacitus. Annal. 1.

Maiorum exemplis ciuium instituitur vita.
Cap. XIX.

NEglecta itaque correptio earum rerum, quæ pœnis, supplicijsque affici necessario debent exitio est regantibus. deinde funditus euertit rempublicam irato Deo contra impunitatem, & scelerum multitudinem, quæ ex connuentia oriuntur, veluti ex perenni fonte. hoc idem ab iniustitia fieri ostendemus sequenti capite. deinde de legum inconstantia, quæ non dissimili pernicie inuadit, & opprimit regna; quanto magis exagnas Respublicas? quamobrem illibatè retinenda est custodia legum, non fœdanda connuentijs. nec quia monitio alijs tædio sit, alijs ludibrio, est omittenda; etenim semper pro munere est tempestiua. idcirco *Acrior fuit apud maiores sicuti virtutibus gloria, ita flagitijs paenitentia*, vt dicebat Tacitus. etenim disciplina morum optima conseruatrix est parium rerum, & bonarum virtutum diligens nutrix. tunc nec auctoritas deest Duci, nec ciui obedientia cum non lateat subditos, emendationis auctores non defuturos, si in publicum prodierint scelera. alioquin crimina non coercita aperta se-

Hist. 3.

4

cutica,

scutica, tandem in conniuentes insilient. ne quid incontamina-
tum appareat: cum ob dissimilitudinem morum sibi sua
crimina obiectari putantes eos persequũtur gratis. nam macu-
losi semper oderunt, quos effert egregia fama.

Sed neque ipsa in delinquentes animaduersio tantarum erit
virium, vt omnem morum contumaciam exterminet à ciui-
bus; nisi morum integritas exemplis instilletur Ducum, quod
primarium genus est institutionis vtutum. cui maxime Regnan-
tes nauare debẽt operam, veluti industrij agricolæ. ita enim
abijciendo feritatem vitiorum, induentesque probitatem mo-
rum, ad sui Ducis viuunt exemplar. quare monebat Aristote-
Polit. 7. cap. vlt. les, *Mala omnia declinare oportebat adolescentes. & ea maxi-
mè, in quibus inest aliquid, vel ob scænitatis, vel offensionis*.
enimuero vt veluti à speciebus intelligibilibus intellectus for-
matur; ita voluntas à speciebus visis. quare vt ille eruditur ad
intelligendum, sic ista ad concupiscendum. idcirco arcendi
sunt omnes à profanarum rerum auditu, & aspectu. quod si
Ibidem. Stagirita monuit, *Spectacula picturarum, & obscœnorum li-
brorum esse exterminanda*, quanto magis execranda dominan-
tium sceleta? tunc cæteri spretarum legum sequuntur exem-
Hist. 3. pla. *Legati tribuniq; e ex moribus Imperatorum seueritatem
æmulantur, vel intempestiuis conuiuijs gaudent, perinde miles
intentus, aut licentior*. ita Tacitus. Si visa in mentibus insidẽt
iuuenum, maiorem vim facient in animabus ciuium Princi-
pum actæ, quamobrem qui imperat præluere debet insigni
morum pietate.

2 Qua ratione Regibus Israel præcepit Dominus, vt propria
Deut. c. 17. manu legem describerent in ipso ingressu regni. Legentibus
enim facilius elabuntur sententiæ, cum lectio nõ patiatur mo-
ras: at scribens per otium pensiculatis rebus ad sequentia
delabitur. idcirco exarato calamo altius menti insident. hinc
facilius cum occurrant præcepta memoriæ, Regis animũ flec-
tunt ad legis custodiã. Ita vitæ ratio instituenda erat in prin-
Exec. c. 46. cipe. *Cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus e-
gredietur*. in bonis nempe operibus nulli debet esse secundus,
sed cunctos præire; manumque primo admouere pijs operi-
bus, quin imò sanctis debet esse perseuerantior, cum firmio-
ribus gressibus sit illi ambulandum per instituta Dei.

Quod conceptis verbis expressit Dominus dicens, *Cum*
Ioan. c. 10. *proprias oues emiserit ante eas vadit*. sua præferens manu
Christianorum operum insignia. qua ratione oues illum sequũ-
tur. cum non modo dictis præluceat, sed factis: nec solu ma
scientia, sed exemplo; nec iubet imperata Dei facere: sed do-
cet; nec quidem potestate sola, sed vitæ continentia ab omni

praui-

Digitized by Google

prauiuate. Hos se daturus promiserat Dominus dicens, *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina.* Eos inundans gratiarum copia, viua virtutum effecit exempla, quorum exemplis animati ciues prospero cursu ambulant semitas mandatorum Dei. ideo tales pastores, (à quorum numero non excluduntur reges, qui suos ciues instruunt probitate vitæ, & continent in subiectionis officio.) dicere possunt Liuiana verba, *Facta non dicta mea vos milites sequi volo. nec disciplinam modo, sed exemplum à me petere*, quod ita expressit Silius Italicus, Hier. c.3. Liui.lib.7.

Primus inire manum, postremus ponere martem. De bello Pun. 1.

persistente Duce in pugna, & vrgente hostem, milites verecundantur ad castra regredi.

In hac re potissimè ratio consistit instituendi, & ampliandi regnatum ciuium animi optimis Principum moribus ad omnem morum honestatem formantur. *Nam rectè facere Principes ciues suos faciendo docent*, vt ait Paterculus, & Claudianus, 3 Paterc. l. 2.

Nec sic inflectere sensus Hon. Cōs. 3

Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Valent summopere dominantium pietas, & probitas ad morum compositionem vulgi, & ad emendationem petulantis vitæ. quod aperto oraculo sacræ literæ docent, ita, *Seruierũt filij Israel Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum.* & inferius, *Surrexerunt alij, qui non nouerant Dominum, & opera quæ fecerat in Israel, & fecerunt filij Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim.* quia mali extitere ciues, vsque ad culpam obnoxij fuerunt Duces. enimuero veluti susceptа humiliter prædicatione Ionæ, statim obsequens populus indutus est cilicio, & cinere, dolentis Regis vestigijs insistens, pœnitentisque sequens exempla; ita inuecta idolatria à Hieroboam excepta est libenter à ciuibus, & prosecuta pertinaciter; donec à sequentium regum pietate abolita fuit. ideo illum peccasse, & peccare fecisse ciues, testantur sacra volumina. Ducum mores sunt veluti institutiones ductãtium puerorum manus ad scribendum. ijs enim omnis motus manus committitur. qua ratione dicebat Claudianus, Iudi. cap. 2. Re. 3. c. 14.

componitur orbis Hon. Cōs. 3

Regis ad exemplum.

Obsequium in principem, & emulandi amor, est omni probitate carior, & potior pietate insipientibus. idcirco isti minus à delictis arcentur metu diuinæ iræ, quàm impelluntur ad illa nefario obsequio in Ducem: vnde Tacitus dicebat, *Nero... pessimo quoque semper desiderabitur.* cum malo regnante principe Hist. 1.

Digitized by Google

cipe tanta oriri soleat irreuerentia in leges, vt etiam pro scelo-
ribus depoſcantur præmia. ita tales mercari solent Ducum
gratiam, æternæ vitæ non verentes naufragium.

Clau. de laud. Stelico: Decla. 6.

Scilicet in vulgus manant exempla regentum.
Vtque Ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.

In Epiſtol.

Hæc eſt regnantium conditio, vt quid faciant, præcipere videantur, ait Quintilianus. vnde eſt illud *Ciceronis*, *Quales in republ. principes ſint, tales reliquos ſolere eſſe ciues.* nã ſi Dux ſe totum ad laxam deflectit vitam, tunc ad eadem proclinat vitia multitudo. ſolent illi ſolui propter indulgentiam ſortunæ ad ſenſualia. quod ſi honeſtiorem vitam ſe colere ſignificauerint, exemplo mutant intemperantes ad ſaniora ſtudia, vel reuerentia, vel metu. nam qui bellum indixerint vitijs, ſemper viciosis aduerſabuntur; veluti qui proprijs vitijs ſunt infames, coguntur aliena diſſimulare crimina. ab iſtis pernicioſa lenitas contra leges expectanda eſt, per quam veluti per dementiam gubernatoris, nautæ, & vectores vna pereunt; ab illis vero ſalutaris ſeueritas.

Ad Tit. c. 2. Epiſt. 6.

Iure igitur Apoſtolus monet Titum, *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum.* ratio eſt in aperto, *Quia homines plus oculis, quam auribus credunt*, vt dicebat Seneca. idcirco vitæ probitas facilius grauitate morum ſuadetur, quam elegantia orationis, aut ſublimitate imperij. Quamobrẽ dicebat Chriſoſtomus, ſe ſummopere deſiderare vt exemplar virtutum eſſet vita prælatorum Eccleſiæ. quod cæteris proponeretur veluti quedam primaria imago referens omnia honeſta, & proba. nam teſte Auguſtino, *Vita dicentis maius pondus habet quamcumque grandiloquæ dictionis, vt obedienter audiatur.* quod inſinuauerat Apoſtolus ad Timothæum dicens, *Exemplum eſto fidelium in verbo, & in conuerſatione.* corripiuntur tunc ſeeleſtorum audaciæ, & traducuntur ad veram diſciplinam errantes. ita bonum moris Ducis imitatione transfunditur in ciues. *Cum diutius durent exempla, quam mores*, vt ait Tacitus.

Homil. 6. in Paul.

De Doct. Chriſt. 4. cap. 27.

1. Timoth. 4. cap. 4.

Hiſt. 4.

4

Duo enim ſunt legum munimenta, in quibus niſi inſiſtunt, ruent. primum vt Principes eas venerentur graui conſtantia. alioquin diſcunt ciues, eas aſpernari. ideo Duces magis exemplo peccant, quam culpa. qua ratione ſicuti legum cuſtodia beati ſunt; cum tunc diſcant populi per illos innoxiè viuere: ita miſeri earum tranſgreſſione. non modo interius criminante conſcientia, ſed exterius, fœditatibus popularium, qua ſciues contrahunt ex inſtillatione capitis. *Et tunc contineri non poſſunt, qui antea puniri poterant*, ait Tacitus. Quamobrem qui vitæ probitate non pollent, aliorum non debent moderari

Hiſt. 4.

guber-

Digitized by Google

gubernacula. *Summam fuisse felicitatem gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior*, testatus est Seneca. *Cum vitia non solum concipiant Principes, sed etiam in ciuitatem infundant*, ait Cicero, ideo infert. *illorum plus exemplo, quã peccato nocere*. Epist. 20. De legi. l. 3.

Ex magna fortuna sæpe illi omnimodam libertatem sibi vsurpant viuendi. cum potius, vt ait Seneca,

Minimum decet libare, cui multum licet. In Troade;

quin potius, vt idem ait, *Tantum enim quantum vult potest, qui se, nisi quod debet, non putat posse*. ideo licet multa possint, tamen solum laudanda prosequi deberent memores non quæ sibi ab hominibus commissa, sed solum, quæ sunt à Deo permissa, licere. idcirco nullæ opes, aut potentia sunt honestiores Ducibus ipsa integritate morum. quapropter Agesilaus Lacedemoniorum Rex cum audisset Persarum Imperatorem appellari Magnum, dixit, *Quæ re maior me est, nisi iustior, aut temperantior?* ex ijs pendent commendationes æternæ Principum. cum per virtutes Ducum, coercitis popularium nequitijs, emergat pax, quæ perennem, florentemque efficit ciuitatem, & regnum. Itaque iure censuit Xenophon, *Non conuenire cuiquam imperium, qui non esset melior his, quibus imperat*. Epist. 20. 5 Plut. in Apoph. 6 In Ped. l. 8.

Vitæ instituto tunc docet ciues venerari leges. vnde non immerito monuit Aristoteles, *Magistratum meredem esse virtutis*. qua ratione *In his muneribus eligendi sunt, qui ob eminentiam virtutis, aut actionum ex virtute cæteris eminens*, vt idem asseruit. Quamobrem sapientes vetuerunt sortito creari principes, cum sors (ad fœlicitatem spectans non ad virtutem) illum possit extollere, quem vir probus nec quidem in numero seruorum admitteret. cum philosophi decreto, *Vir probus, quia præstantior est, ideo est dignus principatu*. nam teste Seneca, *Est naturæ, deteriora potioribus submittere*. si aliorum saluti incumbere debet, & potissima ratio huius muneris à pietate oriatur, consequens est, vt expendo muneri omnino sit inefficax, qui vitæ religiositate non eminet. nam *Quæcumque autem opinio de cuiusuis rei honore, ac pretio, in principibus extiterit, eadem in cæteris ciuibus necessario secutura est*, ait Stagirita. Itaque Duces suis corruptis moribus aditum patefaciunt vitijs, & pro salute perniciem afferunt, abutentes magistratu, & potentia. Quare sacra scriptura pro miraculo effert, q filij Core participes nõ fuerint sceleris Patris. *Factum est grande miraculum, vt Core peremto, filij eius nõ perirent*. attamen vt Arist. docuit, *Inter eum qui imperat, & eum qui paret, naturalis est coniunctio salutis causa constituta*. Verum nunquam vberius, funestiusque irrumpunt, serpunt, 7 Pol. 2. c. 7. Pol. 5. c. 10. Pol. 3. c. 13. Sen. Epist. 20. Pol. 1. c. 1. Num. c. 16. Pol. 1. c. 9.

Digitized by Google

& sine pudore bacchantur vitia, quādo quod auctoribus regnantibus fese in lucem efferant, Quo tecta clypeo, tollitur omnis improbitatis erubescentia, quin etiam in quemquam vicinum transiliunt, cum reprehensore careant, & censore. Igitur verissimè, ait Dio, *Malum esse, habere principem, sub quo nihil vilibicat, peius vero, sub quo omnia omnibus licent.* huius rei rationem attulit Stagirita dicens, *Ingenitam singulis hominibus prauitatem cōprimere non potest facultas faciendi, quod cuilibet.* nam auget potius, & efferat illam, quasi agitata stimulis. Itaque potestas bonitati adiuncta vsui est; verum sine hac, abit in perniciem. Quam miseriam lachrymis prosequēs Hieremias ait, *Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non exquisierunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est.* cum illorum praue actiones innotuerint ciuibus, quasi in principe obsequium erumpunt vbilibet similia facinora. multorū bona corporis, & fortunæ imitari non possumus, at animi bona, & mala imitari possumus, vt docuit Philosophus. Adde quod natura ducimur veluti ad imitationem domesticorum, ita & maiorum. vnde Iuuenalis,

Dio in Nerua.

Polit. 6. c. 4.

Hier. c. 10.

Sect. 29. Probl. 10.

Satyr. 14.

Sic natura iubet velocius, & ciuius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum fubeant animos auctoribus,

Alterum legum munimentum est, vt transgressores more patrio afficiantur pœnis; & solum in minimis erratis locus sit veniæ, in cæteris vero vigeat correptiua disciplina audaciarum demolitrix, vt latè dixi in antecedenti capite.

Quare omnis ille, qui ad regendas animas præsertim, aut ciues vocatur, sanctè, & inuiolatè debet custodire leges. contra quas nulli potestas datur, aut consuetudo illas violandi. nam *Pietate in Deum subiuta, fidem, & humani generis societatem, tolli necesse est, & iustitiam virtutum omnium excellentissimā,* vt ait Cicero. ex illa primaria cæteræ pendent virtutes.

De Nat. Deor. 1.

In Paneg.

Quamobrem, *Non tam illi opus est imperio, quàm exemplo,* vt vtar verbis Plinij. ratio est,

Tuden. Satyr. 14.

Quoniam dociles imitandis
Turpibus, ac prauis, omnes sumus.

Itaque oportet, vt, qui præsit, polleat perfectis virtutibus, vt illis præluceus, deterrens ciues à facinoribus, reddat, efficiatque virtutum amantissimos. nam *Dicta amoris, & facta principum, rumor semper excipit,* vt ait Seneca. ideo qualemcumque famam meruerint, magna erit, potissimè vt initia regiminis se efferunt, fama in reliquo erit. hinc illis summopere curandum, innocenter viuere. cum vita improbitate liebefacta summopere imperantis auctoritas; paulatimque diminuta

Aristot. Pol. 1 cap. 8.

De clem. lib. 1.

8

abit in

Digitized by Google

abit in contemptum. *Neque tantum is, qui irritam legem fecerit, nocebit, quantum is, qui morum parendi legibus, vel principibus, subtulerit*, ait Peripateticus. quod præstant Duces morum corruptela. quorum adhortationes tunc pondus habent, non vires. quare ludibrio habitus est Sylla apud Romanos, quos nitebatur legibus ad frugalitatem transducere, cum eius ingluuies esset inexplebilis. *Turpe est eum, ex quo pudoris, pudicitiæque petuntur exempla, eumdem in aliquo libidinis crimine comprehendi*, ait Cicero. tunc qui melioris sunt notæ obripiuntur à turbine prauorum morum. vnde Tacitus ait. *Degenerabant à labore, ac virtute milites, assuetudine voluptatum, & contemptu Ducis.* Poli. 2. c. 6. Plut. in eius vita. Pro Deiot. Hist. lib. 2.

Quatuor rebus potissimè omnis ordinata congregatio conflat, exercitio, remuneratione, correctione, & exéplo. Exercitio, cum quælibet etiam facilis ars repetitione perficiatur. ita Vegetius testatus est, *Artes omnes, omniaque opera quotidiana iugi exercitatione proficiunt*. & maximè in his muneribus, in quibus non acquiescunt sensus, sed reluctantur assiduè. nam minimo torpore, aut dissuetudine, illam dediscimus artem, *cum tria concurrant ad operis perfectionem, natura, disciplina, & consuetudo*, vt ait Plutarchus. 9 De Rem. 2. De vita inflitu.

Remuneratione. vt qui cæteris præeunt meritis honores, gradus, & dignitates assequantur. apud quos talia non pro meritis, sed pro affectu tribuuntur, exolescunt virtutes. & qui talia *virtutum præmia velocius adipiscuntur vitijs, crudelitatem mox, deinde auaritiam, & virilia scelera exercent*, ita de Tigellino testatur Tacitus quamobrem sicuti *in bellica hominum præfectura maior respectus habendus est peritiæ, quàm virtutis, & morum*, vt ait Aristoteles. ita in animarum regimine, maior ratio habenda est probitatis, quàm peritiæ. enimuero *Vt enim in corporibus, sic grauissimus est morbus, qui à capite diffunditur*, ait Plinius. Hist. 1. Poli. 5. c. 9. 10 Pli. 4. Epist. 22.

Correctione. naturæ fragilitate languescentibus moribus, & in deterius abeuntibus, difficile est inculpatos mores seruare sine continenti, & indefessa disciplina punitiua; vt in præterito capite ostendimus luculenter. *Cum omnium ingenium à recta, & honesta disciplina, ad luxum, & voluptatem facillimè delabatur*, vt ait Herodotus. & potissimè iuuenum, qua de causa dicebat Lucanus, Hero. lib. 1

Pœna reddit placata iuuentus. Luca. lib. 5.

Et exemplo. Dominantium vita intuentes irritat ad eundè vitæ institutum, & consuetudinem. quapropter à Philone Pij vocantur animatæ leges. cùm non voce, aut caracteribus facienda edicant, sed præeuntibus operibus præstent ducatū De Abrah.

ad bonum vsum. & Socrates in conuiuio cum ceteros dicere iussisset, quo artificio, quoue bono sibi maxime placerent, cum ordo ad eum veniret, *Se maximè gloriari de lenocinio* dixit, significans virtutum exemplo maximopere sibi conciliare eorum amorem, tales, quia, morum castimonia pollent, salutariter possunt reliquos moderamine gubernare, vt dicebat Niceforus, cū nō iubeāt solū labores, sed sufferāt hæc sunt partes exitiuj Ducis, Facere, & Docere. tunc aliorum quietem sua cegunt vigilantia; aliorum otia suis laboribus occupant; aliorum necessitates suis liberalitatibus subleuant, semper solutum gestantes animum ab affectibus, & nunquam à charitate remissum. quare horum humeris æquatè sedet, & quiescit imperium.

Xenoph. in Conui. 11

Hist. lib. 3.

Quamobrem veluti ad prosperam nauigationem opus est perito gubernatore, ita probo Duce, & strenuo necesse est, vt morum pietas, & grauitas inducatur, & floreat apud ciues.

Poli. 1. c. 8. *Nam si intemperans sit, & ignauus, nullum sequetur officium.* vt docet Stagirita. etenim vt ait ille; *Si is qui præest non sit moderatus, & instus, quomodo benè imperabit? & is qui paret, quomodo modestè feret?* cum teste Plinio, *Praui Duces detestentur, etiam qui illos malos faciunt.* enimuero vt venerationis origo virtus est, ita odij causa vitium, quod Regum, & regnorum causa est interitus: vt patuit in Romanis principibus, qui sæpe à suis mox amicis, & consanguineis necati sunt ob vitiorum turpitudinem, & infamiam.

Iul. Pabeg.

Poli. 6 c. 4. *Ergo plurimum Reipublicæ prodest, vt præsint, qui vitijs carent,* vt monuit Aristoteles. tunc vel morates efficiunt ciues, vel tuentur. *Cum qualis sit ciuitatis rector, tales & habitatores in ea,* vt ait Ecclesiasticus. & Seneca, *Longum est iter per præcepta, breue autem, & efficax per exempla.* & Plinius, *Exasperat homines exasperata correctio, blandidissimè iubet exemplo.* Quamobrem verè ait Philosophus, *sicuti in ciuitatibus legum instituta, & mores, sic in domibus paternæ orationes, & mores.*

Eccle. c. 10.

Epist. 6.

Nicom. 10. cap 9.

Pessundari Regna Respublicas iniustitijs oportet. Caput XX.

PAulo antè ex sacris literis demonstraui vario genere sceleru euerti regna. latius de conniuentia disserui insidiatrice etiam summi Sacerdotij. quod si ab hac quæ irrepit specie clementiæ euertuntur primarij ciuium, & Duces quanto fu-

nestius

sinestius inuadi, & demolari eos ab iniustitia opinari debemus? de quo malo modo dicamus. cum nouerim te, vt optimum ciuem, maiori dolore prosequi hoc luctuosum morbū commune, quàm tuum priuatum malum: quamobrem etsi grauiter tulisti abdicationem iniquam tui magistratus, vehementius doles, quod impunè grassetur iniustitia. atque adeò, vt verecundia cupiditati cedens inuerecundè peruertantur iudicia; & à nullo magis, quàm ab ipso magistratu violentur ipsa sacra legum penetralia. *quare de iisdem causis alij plectuntur, alij nec appellantur quidem*, vt ait Cicero. Verissima, præsentaneaque indicia sunt ista labentis Reipublicæ; sicuti bene constitutæ, rectæ distributiones pœnarum, & præmiorum. ideo res est digna mœrore. etenim euersis quorundam domibus, interdum Reipubl. status manere potest; at iniustitia (veluti communi ruina,) pessundatis omnibus ciuibus, demolitur Respublica funditus. De Offi. 2.

Si ius, & æquitas sunt vincula ciuitatum, & regnorum, vt ait Cicero. & partium consensus iniustitia tollitur, consequens est, vt illis dissolutis intereant. *Dissolui quàm maximè Respubl. & optimatum gubernationes propter transgressionem iustitiæ ab ipsis factam*, docet Aristoteles. *Duo sunt enim, quibus omnis Respubl. seruatur, fortitudine in hostes, & domi cõcordia*, vt testatur Polibius. at ista seruari non potest sine iustitia. nam teste Liuio, *Nulla magna ciuitas diu quiescere potest, si hostem foris non habeat, & domi inueniant illum.* quãto magis si in tribunali? si specie iustitiæ obtrudatur iniustitia? cum extremum malorum sit, ab iniquo iudice implorare auxilia. idcirco cum optima sit illa Respubl. in qua nõ singuli dominantur, aut plures ad suæ voluntatis præscriptum; sed ea, in qua lex imperat. (æquo iure omnia decernens stabilem efficit societatem) asseueranter affirmari potest, talem Rempubl. in qua non viget iustitia proximam esse interitui. cum prauitate affectuum turbentur, & peruertantur iudicia. quare ablegata iustitia, veluti nauis, effracto malo, aliquandiu reluctari potest fluctibus, ab illis tandem absorberi necesse est. enimuero vti pietate amplitudines parantur regnorum, ita sola firmantur, & retinentur iustitia. Nam tunc maximè, quando solum iusta regnantes sibi licere putant, fœliciter viuunt ciues. miserimè vero cum iudicantis potestas in contumeliam vertitur ciuium; aut si adulta, & effecta robusta, impunè grassetur sicariorum iniquitas, vel quia magistratus sunt impares flagitijs, aut corrupti affectibus proprijs, aut alienis muneribus. tunc veluti lethales morbi cum infecerint præcordia, vel vitalia, nulla possunt medicina arceri; ita vitali prin- Parado. 1. Poli. 5. c. 7. Polib. li. 6. Liui. lib. 36 2

cipio

cipio Reipubl, infecto iniustitiæ morbo, nullatenus potest à morte redimi. nam quorum nequeunt seruari iura, illorum vita seruituti affinis est, non libertati. & tunc simile periculum imminet ex optima fama, veluti ex pessima: cum ex turbatis iudicijs probi, cum improbis misceantur. qua de causa nec quies certo innocentia parari potest, nec syncerè improbitati statuitur pœna ministrorum peruersitatis oppressis legibus. quo nihil funestius cum hoc ipsum iniustitiæ imperium sit deterius ipsa tyrannide. nam contra hos tales ministros insurgere non possumus sine nostra pernicie, nec illis parere sine aperto damno. enimuero tunc iustitia non vacillans solum, sed iacens, iudicandi norma non ex legibus desumitur, sed ex eorum deprauata voluntate, quæ de ciuium bonis, vita, honore, pro libidine decernit: non existimans alienum ab honesto, quod solum est vtile. quo circa pro varietate affectuum miseri ciues subijciuntur improbitatibus iudicum. tunc veluti naufragium tempestate delatum gubernaculo carens tandem aquis obrui necesse est.

Ad Bru. Epist. 6. *Pœna, & præmio contineri Respubl.* Cicero monuit. fit inde consequens, vt his dissolutis vinculis intereat. quare Plato rationem afferens, Cur Magistratus vocauerit ministros legum
4 In Euthyd. ait, *Quia nihil esse puto, in quo magis ciuitatis salus, vel è contra pernicies versatur.* & Aristoteles asseruit, *In bene constitu-*
Poli 5. c. 8. *ta Republ. illud est summopere obseruãdum, vt nihil contra legem fiat; ab his potissimè penes quos est summa potestas.* Ab istis sæpe festinantur præmia iniquis. (quod magnorum tumultuum aliquando fuit origo.) aut saltem indignis. qua laborans imprudentia Theodoricus Rex à proceribus regni
Gugu. de gestis Fracorum li. 3. Galliæ in monasterium fuit detrusus. *Cum iaceant digni, & improbentur, & cæteros cernant in honore esse, & pretio, seditionibus implent omnia,* dicebat Peripateticus. *Verum cum omne*
Poli. 5. c. 3. Poli. 5. c. 6. *quod in seditione est, sit infirmum,* vt idem Philosophus monuit, diffringi tales Respubl. oportet; & immodica iactatione conuulsas, veluti dissutis costis, à pelago absorberi.

Tunc maximè collabere Respublicas docuit ille, cum ius
Poli. 5. c. 7. violetur: at nunquam fœdius maculatur, quàm quando non vocatis partibus exercentur iudicia. Ergo patet tunc senio cõ-
Hist. 1. fectas Respublicas ad sepulchrum properare. nam *Inauditi, atque indefensi, tanquam innocentes pereunt*, ut ait Tacitus.
5 nequeunt tunc reijci falsæ criminationes. & quoties locus non
In Flacci. est defensioni, tyrannis uiget in Repubi. *Nec aliquod potest esse magis tyrannicum, quàm nulla facta potestate dicendæ causæ, iniudicatum condemnare,* ut ait Philo. quod nemini quamuis sceleste, & perdito negandum est, vt eius audiatur defen-

sio. ita

Digitized by Google

ſio, ita veritas à calumnia diſcerni poteſt; & cognoſci ſaltem non iudicum improbitate, ſed teſtium, opprimi innocentia. *Nec quicquam eſt iuſtius, quàm propulſare iniuriam*, vt ait Xenophon. quod motens oraculo Deus Ioannes ait, *Numquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit, quid faciat?* quare ſemper obiecta crimina accuſato ſunt denudanda, ne criminatori concedatur impunitas, aut errandi facultas iudici. alioquin non iudicia exercebuntur ſed rapinæ, ſed impoſturæ. Quod ſi hæc eadem crimina delata primario tribunali non corripiantur ſeuerè, ſignum eſt, non modo infirmam eſſe Rempubl. ſed moribundam. cum æquè inſidijs pateant probi, & improbi. Tacitus cum quorundam ſenatorum retuliſſet altercationes ait, *Nihil æquè reo proderat, quàm nimia potentia accuſatoris: dari tempus: edi crimina, quamuis inuiſum & nocentem, more tamen audiendum cenſebant.* Itaque ſi oppoſitum ex oppoſito licet colligere, liquet, euerti Reſpubl. iudiciorum peruerſitate. Cicero pe- dia. Ioan. c. 7. Hiſt. 2.

An iuſti, boniq; poſſunt eſſe iudices ſi criminationes nõ excuſſerint? ſi malas, falſaſque non acerbè punierint? ſi illis liceat in honorem potentiæ perdere innocentiam? cum hæc iam inconceſſa poteſtas ſit indulta iudicibus per impunitatem, peream, ſi cito non pereat talis Reſpubl. cum in ſimilibus ſceleribus omnino torpeat iuſtitiæ rigor. 6

Lege diuina præcipitur, vt ſi *Quis perdiderit proximum ſuum dolo, & ad altare cõfugerit, abſtractum ſupplicio afficies.* nam diuina templa ſarta tecta eſſe non debẽt improbis. quanto magis iudiciaria poteſtas? *cum ſui ſit muneris, ne ciuis aliquis contumeliam accipiat*, vt Stagirita monuit? At quis ſaluam eſſe Rempubl. cupiet, *In qua vigét hoc caninum ſtudium, & inter ceſtum latrocinium?* vt verbis vtar Columellæ. quis iniquè non ferat ficarium loco habitu, poteſtateque ſe oſtentantem iudicem, iniuſtitia vero obtrũcantem ciues? cum illi ſolum deceat, aliorum iniquitate oppreſſis manum porrigere? itaque ſapienter monuit Seneca, Levit. c. 21. Pol. 5. c. 10. Colu. lib. 1

Vbi non eſt pudor,
Nec cura iuris, ſanctitas, fides,
Inſtabile regnum eſt. In Thyeſte

In Republica, ſiue in Regno, mutationes fieri docuit Philoſophus, *Cum viri virtute non inferiores bonorum priuantur, aut non adipiſcuntur honores.* quanto magis ſi iſtis acquiſitis per ſummam iniuſtitiam priuari contigerit? exercantur tunc, inſidiantur, & quandoque opprimunt Rempubl. non modo quia paucorum iniuſtitiæ omnium irritant odia, ſed eũ quia multis, vt ait Tacitus, *Compoſitis rebus nullus perjoneſa in turbido* 7 Poli. 5. c. 7. Hiſt. 1.

Sido consilium. Aristoteles initia enumerans interitus Reipubl. primo loco iniustitiam collocat. sicuti testatur Salomon, *Iustitia firmatur solium Regis*. at inter iniustitias recenset ille *iniurias à Magistratibus factas per contumeliam, aut per rerum ablationem*. nam verè asseruit Xenophon, *Non ita molestum est non habuisse, quàm cum qui bona habuerit ijs priuari acerbum*. nec quicquam est homini carius ipso honore. quamobrē nullus est ad excitandas seditiones acrior stimulus, quàm honoris, & dignitatis iniqua abdicatio. sunt ista inter mortales prima bona, & cariora, quia labore sunt parta, vt docuit Aristoteles. Et quia sunt ad dignitatem vitæ maximè opportuna, vt asseruit Philo. idcirco si quis ex ijs exciderit maligni impostura, aut versutia iudicis, summopere cupiet, & laborabit Rempublicam euertere, & *priuata sua vulnera Reipublicæ malis operire*, vt ait Tacitus.

Polit. 5. cap. 10. Prou. c. 16. Pol. 7. c. 10. Cirope. l. 8. Ethi. 9. c. 7. De Migra Abrahæ. Hist. 1.

Itaque solus *principatus sensati stabilis est*, ait Eccles. cum sola iustitia sit humanæ societatis vinculum, & compago. *Cuius tanta vis est, vt ne hi quidem qui scelere, & maleficio pascuntur, possunt sine vlla particula iustitiæ viuere*, ait Orator. ideo communibus viribus iniqui sceleribus incumbunt, & inuigilant pro singulorum salute. quo uinculo sese inuicem tuētur, & fouent irruentibus calamitatibus.

Eccle. c. 10. De Offi. 2.

Quamobrem semper nos publica monet vtilitas, resecandas esse has morbiferas partes potiores Reipublicæ, quas citius præscindes, quàm sanabis. cum qui quandoque exercuere iudicia, nequeant seruitutem pati, superbi spiritus inflati tumore. quorum punitio maximè ad Rempubl. conducit. etenim iniusta administratio iudiciorum quandoque fuit in causa, vt populi, & nationes, seditionum flammis, & armorum tumultibus agitarentur acerbè. etsi alicubi sileant bellorum strepitus, *transitus rerum expectantur, opportuni magnis conatibus*, vt ait Tacitus. quare uerissimum est oracullum diuinum, *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitiam*. & Seneca.

Hist. 1. Eccle. c. 10.

Iniqua nunquam regna perpetuo manent. cum magnitudo, & stabilitas imperij à ciuium pendeat beneuolentia, hæc uero à iustitia oritur. idcirco legum ministri summis pœnis, & præmijs continendi sunt in officio. nec unquā in orbe deerunt, qui aliorum bonis immineant, & honoribus. Ergo semper recidere debet acrior iustitiæ rigor in depranatos iustitiæ ministros; ut diuturnior sit, & florentior Reipubl. status. *Sic enim natura comparatum est, vt iustitia primum quietem pro labore inducat, & quicquid est in confinio virtutis vt diuitias, honoremque deinde mœrores tollit, quos nostræ vitæ actio-*

In Medea. Quod de cetrius, &c.

Digitized by Google

actiones conciliant. hæc Plato. & Aristoteles monuit, *Iustitiã tantarum virium esse, vt Respubl. quæ ex se stabiles nõ sunt, (vt quæ constant ex paucorum potentijs.) diuturnas & stabiles reddat. quia tunc, qui gubernant, nec subditos afficiunt iniurijs, potentesque ad Reipubl. participationem admittunt.* Polit. 5. c. 8.

Quapropter iudicum erroribus, per malitiam præsertim, occurri debet seuerè. nam etsi multa sint condonanda hominibus, non tamen hoc lethale vitium. cum hoc serpens malum primo atterat ciues, subinde Rempubl. & eò certius hanc demolit, quod iustitiæ similitudine operitur, & tegitur scelus, euiusuis societatis demolitor. hinc adnatum, quasi, & corrodens vicus, intimè corrumpens Reipubl. partes, eam in cineres redigit. Nam etsi teste Plinio, *Præmium bonorum, & malorum, bonos, & malos faciat ciues.* tamen hoc ipsum in iudices, aut atterit, aut euehit commune bonum. cum publica salus potissimè ex potioribus membris constet. Plate monebat plectendos esse fontes; vt si quis deliquerit fortuito, fiat attentior: vel vt cæteri arceantur pœnæ metu: vel, vt singulorum tutior sit conditio, & status. quod præsertim conuenit iudicibus. nam regnante iniustitia, nemo suis potitur iuribus. ergo talis impunitas mala, quæ vel prauè iura decernere permittit, aut conniuet iniquis. etsi docente Boetio, *Feliciores sunt si luerint pœnas, quàm si nulla eos iustitiæ multa coerceat.* etenim diutius non peccabant coerciti pœnis, quæ insipientibus prosunt: etsi abominabiles videntur veluti corpore ægris medicinæ. patet tunc cæteris, impunè improbitatem non abire. quare à similibus sceleribus cauent grauitate iudiciorum. Cãbises Persarum Rex iniqui iudicis detractam pellem sellæ superindui iussit, in qua decernebantur iudicia; & in ea eius filius cæteris iura dicere voluit; vt hac seueritate moneret, nullam in dicendis iudicijs esse admittendam corruptelam. In Panegyr. In Gorgia. De cons. 4. prof. 4. Val. 6. c. 3.

Hac vna reges olim, sunt sine creati,
Dicerentur populis, iniusta nollere facta. Hesi. Theo.

etenim *remota iustitia, quid sunt magna regna, nisi magna latrocinia?* vt ait Augustinus. igitur melius est, vt vnus, vel pauci pereant, quàm vnitas; quæ sicuti iudiciorum sinceritate souetur, ita diffipatur, & soluitur fraudulentia iudiciorum, à quibus semper iactatur Respublica, donec diffracta, & lacerata intereat. De Ciuit. lib. 4. c. 4.

9

Ex quo inferendum est, necessario contra hos vti oportere stricta quadam, & sæua correctione ad communem vtilitatem, & quietem. tunc Respublica magnam sibi sumit auctoritatem, cum omnium culpas vindicet, & nulli errantium in iure dicendo credatur ignoscere. veluti medicus nullam in

11

Digitized by Google

ægroto fortunæ rationem habens, inuigilat medicaminibus absterrere morbum. idcirco si opus est, vrit, secat, etiam principem, vt eum seruare possit à morte. quod exquisitius à Duce præstari debet, cum non vnum hominem curandum susceperit, sed integram Rempubl. aut Regnum. Duces austeros, dicebat Scipio, & rigidos, vtiles esse suis, faciles, & largitores hostibus. istis quidem delectari videntur milites, sed aspernantur; illos uero auersari, sed eisdem obediunt, & per omnia parent.

Appianus.

12 Constanter itaque asserendum est, Regna, Respubl. prosperum habuisse statum regnante iustitia; at vbi corrupta fuere iudicia, paulatim diminuta ciuium beneuolentia, (quæ emitur beneficio iustitiæ,) diminutum fuisse imperiū, & tandem scissum, inseruitutem abijsse. etenim *Quicquid publicæ saluti non est, priuatim alienum est à salute*, vt dicebat Scipio Nasica. ideò præcidendus cursus iste effrænis peruersorum iudiciorum: alioquin labantem Rempubl. nemo retinere poterit diù, quin funditus ruat, cum disciplina morum, vt ad Rempubl. sit accommodata, non in eo posita est, ut potestati omnia liceant, sed nihil, nisi ex sanctionum præscripto. ita communis pax, & opulentia constituitur. *Et iste solus est optabilis status Reipubl. in quo sanctè viuitur, & publicè vigent iustitia, & clementia*, ut ait Polibius.

Paterc. l. 1.

Polib. li. 6.

Quod in Princi. &c.

Cum itaque sine iustitia principatum gerere, nec quidem Iouem posse, testetur Plutarchus; cui cura demandata est Reipublicæ, metum ministris debet inferre, ne leges in iudicando uiolent. *in quibus communis salus sita est*, vt docuit Stagirita. enimuero si illis quod lubet licet, omnia erunt uenalia, & peruia improbis. quo morbo laborans Respublica, secum pugnare ciues, cum sit consequens, sequitur necessario, vt concidat, & ruat funditus.

Ret. 1. c. 3.

Verum ne ista intereat, bellum inferendum est ministris iustitiæ; ne probi sint exposiri imposturis per malitia iudicum. qui si deliquerint, grauissimis mulctis sunt plectendi publicè, etiam morte. tum quia iure tyrannico utuntur, licet sibi non usurpent nomen, tum quia legum constantiam fœdant. tum quia, *Ne paucis scelerati parcendo, omnes bonos perdamus*, vt dicebat Sallustius cum ex Stagiritæ monitu, *Oportet Rempublicam, quæ duratura sit, velle, vt omnes ciuitatis partes consent, atque in suo statu permaneant*, quod certè fit impolluta administratione iustitiæ. tunc enim vt dicebat Salomon, *Qui arguunt impium laudabuntur, & veniet super eos benedictio*. cum omnium bona tueantur, & foueant. Quamobrem Homerus vocat Reges discipulos Iouis. à quo in primis iustitiam

In Catilin.

Polit. 2. c. 3.

Prou. c. 24.

Digitized by Google

tiam ediſcunt, quam ſubinde ſeruent inter mortales. quod admirando exemplo præſtitit Zeleucus Locrentium Rex. Sanxerat. ipſe adulteros vtroque orbari oculo. in quo crimine ſuus fuit deprehenſus filius, contra quem ius exequi mandauit. verum cum tota ciuitas apud Regem pro filio intercederet, tandem precibus euictus, ſibi prius vno, deinde filij altero eruto oculo, debitum modum iuſtitiæ reddens, admirando temperamento legi ſatisfecit, & ſibi, & ciuibus; plus ſanctionibus tribuens, quàm paterno amori. Val. 6. c. 5.

Ergo prius à capite, deinde à magiſtratibus inchoanda eſt reuerentia in legem, & iuſtitiam: alioquin iudices boni efficiuntur ſegniores, improbiores vero mali, dum ſe ſperant impunè violaturos leges.

Inconſtantia legum euertuntur Principatus.
Cap. XXI.

IAm conſtitit, Regnorum, Rerumpublicarum interitum ab iniuſtitia fieri. attamen ante ſuprema funera ægrotantes, labantesque morbo, aliorum fulciri conſilijs, & monitis inſtrui appetentes, admittunt indiſcriminatim ſuaſiones. veluti ægritudine preſſi nullum reſpuunt medicamentum, quo ſperant & optant, ſalute potiri. cum ſolummodo peritorum admittere conſilia debeant, cæterorum reſpuere. idcirco ſæpe accidit, ut multitudine medicaminum ſibi nolentes mortem aſciſcant. paulatim enim profligandi ſunt morbi, ne à confertim propinatis remedijs extinguatur naturalis calor. *Quia in metu conſilia prudentum, & vulgi rumor, iuxta audiuntur*, vt dicebat Tacitus. Ita, qui regnum, aut ſenescentem Rempubl. inſtaurare cupit nouis, & grauibus legibus, ſæpe demolitur illas. cum paululum diminutis uiribus infirmo propinari poſſint ualida pharmaca, ſecus ſi eius deſtitutæ erunt uires. tunc cum humore uita fluit, & elabitur. quare non morbi uirulentia interit, ſed imperitia. A ſimili in Republica graues fieri mutationes non debent, niſi grauioribus de cauſis. *cum extremis tantum morbis, extrema ſolum ſint adhibenda medicamenta.* ita Princeps medicorum. Hiſt. 3. Aphor. 1. num. 5.

Fit hoc plerumque ab his, qui de rebus politicis minime callent. *Cum non tantum proderint, qui corrigere pergunt, quãtum nocebit aſſuefactio ſuperioribus legibus nõ parendi*, ut monuit Ariſtoteles. idcirco concludebat, *Facilitèr mutare leges ex præſentibus in alias nouas, eſt infirmam facere vim legis.* Poli. 2. c. 6. Seneca Epiſt. 2.

Digitized by Google

etenim si *non conualescit planta, quæ sæpe transfertur*, vt ait Seneca, quam quæso ueneratione assequentur inconstantes leges? cum semper oderunt illas humana ingenia ueluti compedes? hinc si leges ea prohibeant, quæ paulo ante sanciuerãt, aut præcipiant, quæ inhibuerant, uel ut Tacitus ait, *Quæ iusserant vitant, quæ vetuerant, iubent*. certè illarum nulla erit auctoritas, sed euanida maiestas, & languens dignitas. assuescunt, tunc ciues minimè eas reuerri, & custodire. quod scitè monuit Augustus Pater dicens, *Positas semel leges constanter seruate, nec vllam earum immutate. nam si quæ in suo statu eodem manent, etsi deteriora, tamen vtiliora sunt Reipubl. iis quæ per innouationem, vel meliora inducuntur*. Quamobrem nouitate legum, *Vastatur magis, quàm corripitur* Respublica ut ait Sallustius, sicuti docuit Plato, *Legum multitudine, maiores oriri liter, & vitia, & praui mores ciuium*. & Tac. Annal. 3. Corruptissima Republ. plurimæ leges. cum non promulgatione constet legis perfectio, sed constanti obseruantia, quam longinquo temporis decursu assequitur. idcirco qui nouas frequenter cudunt leges, dissoluunt Rempublicam. qua peste ne sua interirent statuta, multi finxere ea à Dijs accepisse, vt Minas Aegyptiorum à Mercurio, Ligurgus ab Apolline, Minos Cretensis à Loue, Zemolchis Geta à Vesta, Numa Pompilius ab Egeria.

Hist. 3.

Dio. lib. 52.

De legib. 3 in I Fragm.

2 Quandoque fiunt mutationes in ueteribus institutis ministrorum rabie magis dominandi; se simulantes uelle succurrere labanti Reipublicæ, ut dissipando uetera, sibi grauiorem potestatem uindicent; & aliorum euersis gradibus honorum, tandem ipsas leges possint inuadere. quare non inscitia, sed ambitione Rempubl. euertunt. tunc non ut istius propulsentur morbi, statutorum innouationes fiunt, sed ut legum obtentu, iugulando patrios mores, deleta Republ. ad Regnum aspirent. Qua propter furor est, & insania, sic affectos animos sperare, quauis legum mutatione placari: cum non prodesse cogitent, sed præesse. tales se arbitrantur inglorios, si gloriam adipiscuntur cum modo, aut prædam cum termino. itaque sic animo parati magistratum ineunt, ut dummodo potiantur quæsitis, omne consuetum euertant, & dissipent. cum aliorũ salus non sit proposita illis, sed seruitus. *Pessimis Imperatoribus sine fine dominationem, egregijs modum libertatis placere*, dicebat Tacitus. & Curtius, *Fortuna enim, quos sibi vni credere cogit, magna ex parte auidos gloriæ, quam capaces facit*. soluunt hi tunc in altissima fortuna moderationem morũ in superbiam & luxum; & per ambitionem euertentes consueta, clanculo pessundant Rempubl. quod præclarè his expressit

Hist. 4.

Curt. lib. 4.

Digitized by Google

preſſit Tacitus, *Vt euertant imperium libertatem præferunt, ſi euerterint, ipſam aggrediuntur.* & Calpurnius Flaccus, *Ingenijs ſceleratis, & pluſquam ciuilia appetentibus, non dominari inſtar ſeruitutis eſt.* Annal. 16. Decla. 6.

Nec tales ambitiones, regnandique cupiditates in deiectis innaſcuntur animis, ſed vegetibus, & iuuenilibus, ut docebat Plutarchus: aptioribus ad innouandas res, quam ad regendas, quibus ſi fortunę acceſſerit benignitas, adeo extollũtur, & extumeſcunt, ut neminem benignè accipientes, à nemine ſe tractari permittant; exiſtimantes non minus eſſe indecorum precibus flecti, quam ab hoſte vinci. illud potiſſime exiſtimantes eſſe ſui dominatus iudicium, quod ſibi, quæ lubent, licent. qua de cauſa ſuis elatis ſpiritibus ciues, ueluti ad ſeruiendum natos, nauſeant. His legum uenerario, & cuſtodia, ſemper moleſta eſt: cum cupiant per auiditatẽ regnandi, ipſis legibus imperare, & uti ſuis libidinibus pro legibus. quapropter peritè dicebat Philo, *Malè eſſe affectum erga patria inſtituta, & in reprehenſione legumque accuſatione, eſſe intentum, validum eſt ſuperbiæ indicium.* relectans ſæpe iſte legibus, illas conatur antiquare, & ſic ſæpiuſculè arietans demoliri. Plut. in Poli. De Conſu. lingua.

Superbia primum horum attollit animos, deinde ad res nouandas impellit, vt ait Dio. deinde ciuium tutelam in ſeruitutem commutans, infert neceſſario ſeditionum cauſas. *Ipſa mutatio conſuetudinis, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat*, dicebat Auguſtinus. & ita legum maieſtate fundatæ Reſpublicæ, legum inconſtantia euertuntur. *Nemo enim vnquam imperium flagitio quæſitum, bonis artibus exercuit*, ut dicebat Piſo. inde ſequitur, ut contumaciter repudiantes patrios mores Rempublicam perdant Moribus Adminiſtrane, & Tyrannide. ſed de ſingulis ſigillatim dicamus. Diod. 52. Aug. Epiſt. 118. Tac. Hiſt. 1. 3

In iſtis malis ingenijs *Fœlicitas auaritiam, ſuperbiam, cæteraque occulta mala patefacit*, ait Tacitus. quibus cum ſe oſtenderint maculatos, neceſsario deſpiciuntur. nam etſi principatus conditio ſit à vilitate remota, attamen princeps fere deturpatus ſcelerum, apparet uiliſſimus. idcirco dicebat Stagirita, *Solute viuentes deſpicabiles fiunt*. ad hos opprimendos ſe de facili accingunt ciues, cum careant illi uenerationis præſidio, quod ex ſolis uirtutibus oritur, quas ſemper laudabilitas, & veneratio ſequitur. Hiſt. 3. 4 Polit. 5. cap. 10.

Et adminiſtratione. nam licet in nouarum ſanctionum forma ſuo potiſſimè proſpiciant dominatui, ſuis tamen ſecundario fauent ſatellitibus. Raro potentes rerum mali euadunt, vbi deſunt ſuarum cupiditatum miniſtri, ait Diod. 2. cap. 3. hinc in hac ſui, non Reipublicæ cuſtodia, miniſtros ſibi, non

Reipubl.

Digitized by Google

5 Reipubl. parantes, eligunt deteriores. nam apud eos obsequio promptior, est virtute eminentior. cum malum sui imperij existiment ministrum pudorem, aut candorem morum. à quibus sibi solum imminere pericula existimant. idcirco solum pessimos admouent publicis functionibus, pro cuiusque prauo instituto. ratum habentes ab his honesta pariter, & inhonesta principum promoueri, & commendari. Qua propter verè ait Plinius, *Præcipuum iudicium non magni principis, magni liberti.* tunc virtutis præmium tribuitur vitio. *Cum nihil sit lethalius inter homines, quàm ignauum, & fortem virum, æqualia consequi*, vt docuit Xenophon. immo in potioribus eliguntur muneribus, quia vt Philosophus monuit, *Improbi sunt maleficijs apti. quapropter Tyranni hos sibi amicos parant.* & tunc veluti in communi pestilentia, aut languent, aut agunt animam omnes. hinc tolli videas honores à probis, & occupari ab impijs. quod si præcipua causa conseruatrix Reipubl. est digna pœnarum, & præmiorum distributio: certè à tali conditione Ducis pessundari Rempubl. oportet, decore omni virtutis extincto, non exsoluto honore dignis.

In Paneg.

Cirop. ed. 2.

Poli. 5. c. 11.

6 Isti tandem Rempublicam perdunt tyrannide. ita nos docente Philosopho. *Aliæ sunt tyrannides ex Regibus trãsgredientibus patria iura, affectantibus dominari magis.* cũ plura sui iuris esse velint, quàm quod legibus cautum est. *Mortalium inclinatio auida est imperij*, vt ait Sallustius. quam nisi quis coerceat, odit sanctiones vt compedes. *Nam vetus ac pridem illi insita est potentiæ cupido*, vt monebat Tacitus. & Aristoteles, *Est propensus ad imperandum animus*; cum diumo munere esset præpositus orbi. à quo statu cum excidisset primi parentis lapsu, laborans illam maiestatem retinere. per proteruiam non modo animalibus dominari appetens, sed omnibus hominibus, nullũ quandoq; respuit scelus, vt vitè etiam dominatum adipiscatur. hinc multi in parentes, in patriam, in Deum peccauerunt satis nefariè.

Pol. 5 c. 10.

In Iugurta.

Hist. 2.

Polit. 7. c. 7.

Qua in re vtar exemplo Aristotelis dicentis, *licet aliquibus satis sint duo oboli, cum autem eos consecuti sunt, tunc semper plus expetunt, dum infinitas opes conqesserint.* ex quo fit, vt ait Tacit. *Vt initia magistratus fermè meliora, sed finis semper inclinat.* rationem ibidem attulit Aristo. dicens, *Insatiabilem esse hominum improbitatem.* ideo contaminatæ naturæ uitio tutelam ciuium in superbiam degenerans, *Obliuiscitur se ministrum esse Dei ad custodiam ciuium, vt bona, quæ illis largitus est Deus, partim distribuat, & partim seruet*, vt asseruit Plutarchus. Quapropter nullus est tam exiguus motus in legibus, quem status auiditas imperandi non amplificet, & dilatet.

Polit. 2 c. 5.

Annal. 15.

Quod in Princip. etc

Digitized by Google

latet. quæ in primordijs latenter serpens, paulo post id existimabit æquius, quod absolutius à legibus. idcirco censuit Stagirita, *Eum qui leges scripsit, desperasse se posse Reges ad virtutem, ad bonitatem deducere, & illud argumento est, quod eis non vt satis bonis diffidit.* regnandi itaque cupiditas aut perdit Rempubl. aut transfert in vnius dominatum: commutans Aristocratiam in Monarchiam. Poli. 2. 6.

Ad hanc miseram seruitutem, vt plus saltem cæteris sapere appareāt nouatores ſsentes, posteros impellūt *ideo vt videantur aliquid afferre, & recta commutant,* vt ait Quintilianus. & cum firmare velint Rempubl. per malitiam, aut incogitantiā euelluntur radicitus. etenim ad designatum modo Regnum, imminebunt posteri. quos præsentes mutationes ad Monarchiā instruunt. *Instabunt tempora periculosa,* dicebat Apostolus, *in nouissimis diebus, nam erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, &c.* itaque pudori non erit filijs, liberam matrem seruituti tradere, vt sibi regni insignia pareāt ad ęternum dedecus & infamiam. Postolantibus hebræis monarchiā, & abijcientibus Aristocratiam, ita dixit Deus Samueli, *Prædic eis ius regni, qui regnaturus est super vos, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis; filias vestras faciet sibi vnguentarias, focarias, & panificas, &c.* ideo in similibus mutationibus fit transitus à libertate in seruitutem, à dignitate ad humilitatem, à copia ad pauperiem. Instit. 3. 7 Timoth. 2. cap. 3. Reg. 1. c. 8.

Non solum, quia regnantes omnia ad suum transducunt luxum: vel quia *omnes gentes, & nationes abhorrent ab externis ritibus: putantque tanto plus honoris suis accedere, quanto magis alienos conculcauerint,* vt ait Philo. sed quia tunc lex non imperat principi. cum tamen ex Pindari oraculo, Regina illa sit mortalium, & immortalium nam constat innumeris exemplis, Homines virtutum opinione, & benignitate, regna, principatumque acquisiuisse, at illis adeptis, ad iniurias, ad impotentiam, esse delapsos. cum semper imperia, aut mutarit, aut ostentant mores. & Tacitus, *Rebus secundis etiam egregios Duces insolescere.* De vita Moisis 2. Hist. 2.

Contumax adeò est sæpe humanum ingenium, Amice, vt non modo sit impatiens boni à sensu deceptum, sed etiam veri, sua proteruia actum. quo circa difficile est quandoque vincere quos erraſſe negant. attamen semper coguntur concedere auditis diuinis oracuſis, quorum maiestati nemo est adeò audax, vt illis audeat denegare venerationem. itaque ex ijs promamus oraculum dirimens omnem disputationem, Aristocratiam præferens Monarchiæ. 8

Ita Deus Moysi ait teste Iosepho, *Aristocratia, & vita* Antiqui. 4. cap 7.

quæ

qua ex ea degitur, res optima est, nec vos teneat desiderium alterius Reipublicæ, sed hanc amate, leges habentes dominas. legum itaque moderari imperio est res optima: rationem attulit Aristo. *Quia lex non est aliud, nisi mens à cupiditatibus libera.* quare Deus subdidit, *Ex ijs omnia facientes, satis est vt Deus præsit.* tunc deliberata non ab humana pendent voluntate, sed diuina, quæ suarum, & quarumcumque iustarum legum causa est. ideo quotiescumque has abijcimus vt Ducibus pareamus, Deum abijcimus. patet hoc oraculo diuino, ita Deus Samueli, *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* docens, quando summa rerum est apud leges, (ad quarum constitutum decernitur.) Deum regnare; cum vero libertati hominum committitur, secus se habere. quamobrem Aristoteles philosophantium magister ait, *Qui legem vult regnare, vult Deum imperare. qui vero Regem, is etiam bellua addidit; cum præsertim tale quid sit cupiditas, & iracundia. & magistratus, & optimus quisque à recta vita detorqueatur. ideo optabilius est, vt lex præsit, quàm vnus aliquis ciuis.*

Pol. 3. c. 12.

Reg. 1. c. 8.

Pol. 3. c. 12.

Traduci omnes possunt à recto, aliqua stimulante passione animi. ideo nullo Ducum, sed solum legibus deferenda est primaria auctoritas. nec alicui magistratui tribuendum, aut immutare, aut contra leges agere. de facili tunc sibi vendicantes principatum, oritur tyrannis.

Aristocratia itaque ex Dei testimonio optima est ratio moderandi populos. quo circa nec in Monarchiam commutanda, nec peregrinis imbuenda moribus. quod naturæ demonstremus argumento. etsi ratio nulla sit potior diuina auctoritate.

9 Aphor. 2. num. 50.

Hippocrates medicorum antesignanus ait, *Quæ multo tempore consueta sunt, quamuis pessima non consuetis, minus molestare solent.* huius ratio ab habitu desumitur. fit enim ab illo, vt quis sese facilius exerceat, vel sufferat sine molestia. in naturalibus actionibus consuetudo oritur superandi cibos. & alibi idem ait, *cibos, quibus vti consueuerunt, facilè ferunt.* sicuti & labores ob consuetudinem. ab hac ortum ducit membrorum durities ex mutuo ipsorũ attritu, & genuini caloris augmentum, & concitatior spiritus ad motum, vt monuit Galenus. idcirco idem ait, *Consuetudo est accessoria natura.* & alibi illam vocat, *Assititiam naturam.* quamobrem *assueti consuetos labores validius ferunt, etiam si inualidi & senes; quã validi, & iuuenes,* ita Hippocrates. quod si tantis viribus pollet natura, vt mortiferos cibos in nutriticios commutet sola consuetudine; vt fertur de Athenensi muliere, quæ paulatim assuescens vesci cicuta, nullo detrimento inde liberius eam ingur-

De ratione victus acuti. 2.

De sanitate tuenda 2.

De motu muscol. 2.

Aphor. 2. num 49.

De simp. med. 3. c. 8.

Digitized by Google

ingurgitabat. qua de causa docuit Galenus, venena frigida alere posse. An non hoc inferet consuetudo in actionibus, & moribus hominum? Quamobrem semper ciues, (non tamen oppressi ære alieno, aut in ius vocati, aut acti extra Rempub. aut furentes ambitione. nam horum salus pẽdet à publicis tumultibus, & malus quisque diffidentia præsentium mutationes optat.) isdem legibus libenter parent, quas cum lacte suxerunt in cunis. idcirco *Eam Rempubl. quæ malis quidem, sed tamen immotis legibus vtitur, præstantiorem esse illa, quæ bonis quidem legibus vtitur, sed tamen mobilibus, & inconstantibus*, ait Cleo apud Tucydidem. Hist. lib. 3.

Itaque patrias leges custodire est maximè rationi consentaneum. *Nam longæ consuetudo sincerum amorem cauſat*, vt asseruit Philo. ideo Tiberius scelera ab ipso nuper reperta honestabat antiquitatis nomine; vt modestius vulgata, serperent funestius. ita maiorum auctoritate velata, etiam proborum inficiebant animos. Quare *maiorum instituta tueri sapientis est*, vt dicebat Cicero. cum abeuntibus illis omnis maiorum gloria interit. Geniti mores, & non asciti, sibi venerationem parant. idcirco verè ait Sallustius, *Eisdem artibus facillimè retinetur Respublica, quibus ab initio parta est.* veluti vita eisdem fouetur principijs, quibus ab initio fuit constituta, caloris & humidi attemperamento. & Stagirita dicebat, *Mos vnius cuiusque proprius consueuit seruare Rempubl. & ab initio constituere.* Igitur certo certius est, inueterata, insitaque leges animis ob cõsuetudinem nulla ratione euelli posse. *Nec esse è Republ. moueri patrias consuetudines. nam scimus sæpe numero auctoris capite expiatum fuisse scelus*, vt monuit Philo. cum illud oriatur ex cupiditate potestatis, & gloriæ. *qua de causa Patrios mores migrare, aut violare, vbique gentium nefarium habetur*, vt ait noster præceptor. *Difficile tunc est, cum præstare cæteris concupieueris, seruare æquitatem.* ait Cicero. & Tacitus, *Imperium cupientibus nihil medium inter summa, & præcipitia.* student hi sanctionum innouatione demolita Republ. regnum adipisci. *Tutissimè itaque hi homines agunt, qui præsentibus moribus, legibusque minimum variantes, Rempubl. administrant*, vt dicebat Alcibiades; periculosè vero qui variant. ideoque monebat Aristoteles, *Eos esse præficiendos, qui & leges tuentur, & eis parent.*

10 De Creat. Princip. Annal. 4. De Diui. 2. In Catalin. Poli. 8. c. 1. In Flaccũ. In Rhe. ad Alex. c. 2. Offi. 1. Hist. 2. Tuc. lib. 6. Pol. 3. c. 12.

Altera sit ratio apta ad disputationis confirmationem, ita, *Vulgi & multitudinis instituta de repentè mutare, & aliorsum traducere difficile est, & arduum*, vt ait Plutarchus. est enim homo ferox animal, & quandoque æqui impatiens. ideo nouis legibus veluti fræno circumduci molesto fert animo. &

11 In Politica

Digitized by Google

& eo maximè, quod plerumque nouatores semper sibi potestatem arrogant de ciuium bonis, libertate, & honoribus, liberè disponendi ad modum Caligulæ, *Omnia sibi, & in omnes licere.*

Trãq. c. 29.

At iis resectis, nihil eis remaneas fœlicitatis humanæ, admotis facibus iræ, cogit paratos animos ad extrema descendere potius, quàm tale acerbum dominatum ferre. etenim, ut ait Sallust. *Libido dominandi causam belli habet.* ratio est, *Quia libertas iuxta bonis, & malis, strenuis, & ignauis, optabilis est.* vt idem asseruit. ergo implacabili diffident odio; cum imperantis spiritus eruut elati, & inflati imperij nomine, populi vero constantes ad omnes potius subeudas acerbitates, ne tam duro iugo subijciantur. hinc ferociter tumultuabuntur. Enim uero veluti nouatores magnam gloriam in magno imperio putant esse, & ex magnifica fortuna licentiam sibi vsurpant superbè viuendi; ita ciues ex illorum intemperata potentia colligunt iram. cum se ab illis non accipi videant humanè, & populariter. Ita namque Duces *Veluti parentes cum liberis viuere debent*, vt asseruit Plinius *Patria potestas regiæ, potestatis est exemplar*, vt monuit Arist. Quare *bonus princeps nihil differt à patre*, vt dicebat Xenophon. quamobrem aut iugum frangent in odium magistratus, aut fractis ceruicibus peribũt ad ruinam Reipubl. *semper enim est molestia noua seruitutis impositio, quam ne subeant, iustum ab illis suscipi bellum videtur.* ita Ioseph.

In Catil. Ad Cesarē.

In Paneg. Polit. 8. cap. 11. Ciroped. 8.

De Bello 2. cap. 17.

Cum itaque horum imperia sint iniqua, & inuisa, consequẽs est, vt sint etiam labilia. vnde Seneca.

Inuisa numquam imperia retinentur diu.

& alibi,

Iniqua numquam regna perpetuo manent.

In Theba. In Medea.

cum non possit principatum scelere partum subita modestia, & priscæ grauitate retineri, vt ait Tacit. quare fida esse non potest ciuium beneuolentia seruitute grauata. nec synceri amici, quos ita subegere. inter hos semper etiam in pace iura seruantur belli. *Quod si nihil est in humanis tam instabile, & fluxum, quàm potentia non vi sua nixa*, vt dicebat Tacitus. quanto magis inuisa, insidiata, vacillabit, & corruet? vnde monendi, *Amorem apud populares, timorem apud hostes esse quærendum*, vt Tacitus docuit. nam hoc arcentur hostes, illo retinentur ciues in officio. quod si tyrannide opprimet, ab illis infectari necesse est, quousque pernicioſa voluntate in illum insilient.

Hist. 1.

Annal. 13.

Annal. 11.

Maximè in illos insurgunt homines, quos in se affectare imperia sentiscunt, vt Xenophon asseruit, ex malo seruitutis indubitatè oritur vlciscendi ardor, *& quanto potentior, tanto*

Ciro pedia 1. Tacit. Hist. 1.

Dux

Digitized by Google

Dux inuisior. semper enim populares principum offensas acerbè speculantes, ineunt modum, quo illos prosternent, & oppriment, cum semper ducis arrogantia, sibi aduocet odia ciuium. ideo *Nulla quæsita scelere potentia diuturna est*, vt dixit Curtius. Curt. l. 4.

Huius morbi duo sunt optima pharmaca. Primum, vt caueamus ab eo, quod paulatim repit. nam latens corruptio mentem decipit; quia non tota simul fit. ideo semper nouitatibus conniuere periculosum. cum mala, quæ ibidem latent, non sint statim conspicua, opprimi quidem possunt illa initio, at inueterata efficiuntur robustiora. ideo illis apparentibus sine temeritatis vitio non valemus excutere. idcirco *In minimis quoque rebus omnia antiquæ consuetudinis monumenta seruanda sunt*, vt ait Valerius. & Tacitus *Super omnibus negotijs melius, atque rectius olim prouisum; & quæ conuertantur in deterius mutari*. quare insistendum constanter institutis maiorum. & *sequenda Reipublicæ forma, quam patres auique instituerunt*. vt dicebat Tacitus. cum nulla sit efficax ratio, cur antiquitus instituta exolescere debeant. Ita Patres Niceni Concilij proclamarunt, *Nos seruamus leges Patrum nostrorum*. licet itaque aliqualem mutationem in legibus fieri temporà persuadeant, tamen monuit Philosophus hoc admittendum non esse, *Cum illud ipsum quod quæritur, sit sæpe exiguum, consuetudo autem abrogandarum legum perniciosa*. 12 Poli. 5. c. 3. Vale. 2. c. 2. Annal. 14. Hist. 4. Nice. 2. Act. 4. Poli. 2. c. 6.

Secundo cauendum, *Vt magna imperia diuturna esse non sinas*. vt monuit Liuius. potestas enim adolescit diuturnitate officij. *Longiora, & diuturniora imperia attollunt animos, & ad res innouandas impellunt*, vt ait Dio. Quare peripateticorum princeps ait, *Communis custodia libertatis est, neminem vnum magnum facere*. quod si impunitas est peccandi occasio, quanto magis grauis, & diutina potestas? quamobrem dicebat Stagirita, *Neque enim tam facile ad scelera, & maleficia, impelluntur magistratus cum breui tempore, quàm cum diuturno imperant*. & inferius, *Ad tyrannidem aspirant hi, qui maximos magistratus gerunt, & diu imperant*. tunc impotentes efficiuntur limitum potestatis. quare hanc protendere cogitãdo animum ad regnum adigunt. *cum fœlicitatis, & moderationis diuiduum sit contubernium*, vt ait Valerius. & Tiberius, *Superbiunt homines etiam annua designatione: quid si honorẽ per quinquennium agitent?* ideo *Nunquam satisfida potentia, vbi nimia est*, vt idem asseruit. Liu. lib. 4. 13 Dio. 52. Pol. 5. c. 11. Poli. 5. c. 8. Vale. 9. c. 5. Tac. Ann. 2 Hist. 2.

Quamobrem ea solum sibi, & ciuibus, salutaris est potentia, quæ suis viribus modum imponens, nihil innouat. *Quod si fortasse, quid esset correctione dignum in leges*, iuxta Arist. do-

Digitized by Google

Poli. 2. c. 6. 14

ctrinam, *Illud potius toleret, quam innouei.* Ergo semper Ducum, Magistratuum auctoritas est redigenda ad moderatiorẽ formam: vt non modo non sit diuturna, sed nec quidem grauis. Theopompus cum nouum magistratum Ephorum creasset, illique esset exprobatum à muliere, quod minorem potestatem relinqueret filijs, quàm quod ipse à maioribus recepisset, respondit, *Immo relinquam diuturniorem.*

Plut. φ in Princ. &c.

nam quo minus est potestas eorum, qui imperant, eo diuturnius stat omne dominatum. cuius rei tres attulit rationes philosophorum primarius, quia minus sunt ad dominationem instructi. quia moribus magis sunt pares. quia minus flagrant

Pol. 3. c. 11.

innidia eorum, qui se eius subijecerunt imperio. *Cum insita sit mortalibus natura, recentem aliorum fœlicitatem ægris oculis intrasspicere, modumque fortunæ à nullis magis exigere, quam quos in æquo videre,* ita Tacitus. ijs remedijs partium consensus custoditur, & tollitur dissentionum origo.

Hist. 2.

A natura, à vitijs, à beneficentia, ab ipsa etiam fœlicitati homini inferuntur mala.
Caput XXII.

AMice, infœlix est homo grauitate pressus molestiarum, & multitudine. atque adeo vt cui malorum potius occurrat, ignoret. quin etiam latentium insçius prius opprimitur, quam vt queat illa præcauere. idcirco tot telis expositus, non animum adigit ad fugam, sed ad mortem. sciens se ab hac liberari legitimẽ. Infinitæ sunt ferè ægritudines, à quibus vita insidiatur; maior numerus vitiorum, à quibus in seruitutem traducitur mens. Nec ipsa cœlestis beneficentiæ virtus immunis est à periculis; sicuti & ipsa fœlicitas per inuidiam ab insidijs: per istarum acerbitates semper tabescit miser homo. & præsertim corporis, cum eius antiquior sit consuetudo. Quãobrem mala ægritudinum impatientius toleram, eius imbecillitate, aut morbo summopere excruciatur. quin etiam ab intermissione voluptatum. qua ratione vitæ imminente periculo nihil intentatum relinquit, vt retineat hanc antiquissimam corporis familiaritatem. etenim à prima luce vsque ad extremam, veluti cum amicissimo viro, partitus est voluptates, & mœstitias.

A malis tamen animi funestius accipitur homo. etsi quandoque illa ignorat, aut non dum explicata ratione, aut obsequente sensui. tunc sine rectore, præceps, & socors ducitur à sensibi-

Digitized by Google

sensibilibus, & infœlicem seruitutem, beatitudinem vocat. licet tunc lethalius inficiatur mens, quàm corpus à peste, cum non semper istius contagione corpori mors succedat, vt semper vitio mens interit, non temporanea, sed æterna morte.

Nec beneficentiæ virtuti aduersa desunt; licet illa summopere Dei munificentissimam naturam imitetur: cum quandoque beneficijs recrudescat homo, veluti furit aliquando ipsa aliorum fœlicitate stimulante ad inuidiam. idcirco patet per omne genus bonorum diffusam esse miseriam, à qua incessanter homo torquetur multiplicibus calamitatibus.

Quamobrē eximius poetarū Homerus cōparatè hoīs naturam cōtēplans ad cœtera animalia, & ad inuicem conferens, in hāc prorupit sñiam, *Nihil homine calamitosius*. Naturæ donis à multis superatur homo, cū quorūdā diuturnior sit uita, cum quorumdam constantior sanitas, quorundam præstantior sensuum vsus, quorundam robustior vis, aut celerior motus, nec cogūtur vestem sibi parare, cum abundè à natura sit illis tributa, & leuius pressa curis liberius per hoc vniuersum spatiari possent, & aues pompam ducere per diffusa cœli spatia sui tranquillioris status: suoque vtentes iure, quæ nostro labore sunt parata prædijs, decerpere sine inuidia sui generis. 1 Homerus.

Quæ omnia etiam si summo studio adipisci curet homo, aut non assequitur, aut intereunt paulo post. Sinarum Reges succinum crudum magnis propositis præmijs conquirunt. nam hoc genus gummi, cum alio condituræ genere sumptum, vitæ spatium arbitrantur producere: attamen cœterorum vitæ spatium præcurrunt. Alij sesami oleo agilitatem ubi parant, quæ nec cum animalibus conferri potest, nec quidem diuturna est. sicuti elabuntur vires superfluo auctæ cibo, ipsa sensuum præstantia pauculo interstitio temporis flaueſcit, vt absumuntur vestes. Etiam satietate vilescunt cibaria, & obsoniorum lautities diris plectitur morbis. hinc exosa pharmaca deglutire cogimur, vt crapulationum discutiamus errata. at cœtera animalia ad supremum vsque spiritum consueto vescuntur cibo, & potu; libereque fruuntur naturæ muneribus. quæ quandoque illa integritati reddit, vel parsimonia victus, aut pastu alicuius herbiculæ. quod nos miseri nec summo medicorum studio per abominabilia medicamenta consequimur sæpenumero. 2 Mass. de Reb. Iapō. Epistol. 2. Melch. Nū.

Nec etiam animalia tenentur virtutum semina coalere: cum omnino sint rationis expertia. idcirco ductrice natura suas prosequuntur inclinationes, quasi præscriptas leges à moderatore totius. qua ratione à culpa vacant, & ab omni erroris nota. cum ad talia à natura matre instigentur, veluti à peritissimo magi- 3 De Fin. l. 5.

Digitized by Google

magistro. *Sua cuique natura est ad vivendum dux*, vt ait Cicero. quod si per hominem edocta a licuius disciplinæ referat imaginem, sunt aliquali laude digna. At si homo semina illa non exolat variis disciplinarum generibus, de facili brutescés filuescit. nam ratio sensui inseruiens emoritur, nullum sui muneris reddens effectum, sicuti virtutum vestigia sequens dominansque effectibus cadaueroſi corporis, cælituum ducit vitam, animi expers, & mortalitatis. Quamobrem homo est cõtrariorũ capax, prudentiæ, & imprudentiæ, temperantiæ, & incontinentiæ, turpis & honesti, laudis & infamiæ. prout animum virtutibus exornauerit, aut deturpauerit vitijs. exultat enim mens bonis artibus efficitur mitis, benigna, vtilis, doli abominatrix. si vero obrutuerit per vitia, redditur noxia. morbifera, exitialis, sibi, & cœteris. enimuero vt virtus medicamentum est animæ, ita vitium labes, & interitus.

4

Quantis quæso laboribus ad culturam illa traducitur? quãtis eruditionibus opus est, vt illa mitescat? vt benigne monitoris suscipiat disciplinam? vt inculpatos mores per consuetudinem in naturam commutet? quibus disciplinis admissis, quàm assiduè coercendę sunt lasciuientes passionum audaciæ? quæ si paululum insolescere permittuntur, statim vbertim erumpunt vitia, veluti syluestres plantæ in natiuo solo. à quibus inducitur corruptio, & dissolutio virtutum. at iis deturbatis, & electis, statim vilis efficitur, & prochuis ad omnem lapsum. tunc sui imperium mens committit vitio non virtuti. quo circa tota languens, quasi correpta febre, non vna solum parte, sed omni, ægrotat: cum vitium sit totius animi infirmitas. quo prauo habitu natura fœdata brutales partus edit, quorum ob originale peccatum grauida est à natiuitate. quam ob rem vitia in natiua sede, solius naturæ vi, præcurrunt solertiam agriculturis, & concipiunt, & pariunt, iniquitatum germina. quare illucescente vita erumpunt statim stimuli, & flammulæ prauarum passionum. *Quæ antiquitate virtutes superant*, vt docte ait Philo. qua de causa ad quæuis profana mens fertur internis agitata calcaribus. At cum ista amarulenta sint, & virulenta, semper mens impia etiam iniquitatum assequens præmia. ab ipsismet fœlicibus, sed profanis successibus, torquetur (cum semper absit à tranquillitate peccatum) cupiditate patrandi, labore parandi, remorsu admissi, & commissi sceleris timore. igitur oblectantia vitia adulterinis lætitijs suos amatores prosternunt, & iugulãt. cum semper euertendo mentem, illi seruitutem imponunt per speciem amicitiæ. Quod si quicquid natum est, cogitur naturalia ferre mala; certè à similibus calamitatibus immunia sunt cætera animalia. carent ista omni affectuum corruptela, quæ primo ser-

De Sacrif. Abelis.

uitutem

uiuntem infert homini, deinde graues mœrores, & tandem illũ mulctat inconsumptibili incendio. à quo timore soluta sunt bruta. ideo viuunt à curis solutiora, & à monstruosis productionibus. cum nec per errorem, nec per impobitatem contrahant vitia, quæ insipientiam procreant in hominem, & bonæ mentis interitum.

Non enim inter animalia tam fœda inuenies naturæ monstra, vt inter homines morum: nam etsi quandoque natura excurrens, ne immota maneat, & otiosa in suis muneribus, inter illa cogatur monstra edere, vel ex prauitate, vel ex multitudine, vel ex mistione, vel ex improportionata materia, aut vi astrorum. (ex agentium passione solum contingit homini, irrequieto passionum artifici,) tamen illorum paulo post pœnitens, plerumque è vita deturbat, eorum aspectum horrens. Verum portentosiora sunta ea, quæ hominis voluntate cuduntur, quibus nisi à cœteris occurreretur diutius, superessent ad sui opificis infamiam, & aliorum perniciem. vt Nero fuit crudelitatis monstrum, Eliogabalus lasciuiæ, voracitatis Vitellius, impietatis Domitianus, Sardanapolus inertiæ: vt cœteros sileamus. etenim in aliquibus adeo inualuit vitiorum tabes, vt publicè præmia pollicieri non erubuerint malarum, & impudicarum artium inuentoribus. assueuerant hi vitijs famulari adeò, vt seruitutem anteferentes libertati, aliorum implorauerint auxilia, vt concitatius ad illa sese diducerent. nec solum ista tabes singulares infecit, sed quandoque gentem totam, & populum aliquem vniuersum, quare quorundam feritas vescitur humanis carnibus, quorumdam lasciuies pretio redimi congressus suarum mulierum patitur; apud quosdam laudi sunt furta, & vniuersus ferè orbis, vt proteruè hæresim, aut idolatriam sequitur, ita obstinatè commendat. Quamobrem non solum vitiorum prauitate molestatur mens, cum sanam, rectamque rationem serui sui corporis moderari arbitrio permiserit: (qua de causa totam vitæ nauim, quæ in serenitate, & tranquillitate seruari poterat, pelago committens, aliud post aliud subsistinet naufragium.) sed pressis oculis sua damna sequens, veneratur, & suscipit, vt lucra. quare dicebat Aristoteles. *Deprauatorum, & vitiosè affectorum hominum sæpe videre licet, corpus imperare animo.* Vale. 9. c. 1. Poli. 1. c. 3.

Honestius tolerantur priora mala, cum illud genus naturæ sit morbus, secundum verò à nostra praua voluntate ascitur. ergo cum istis, vt vtar verbis Taciti, *Meliorem in bello causã, quàm in pace habemus.* tunc modesto incessu percurrimus vitam, deserta sæuitia, & ferocia sensuum. etenim corpus nostrũ veluti arca Noæ necessario capit affectionum, vitiorumque, Hist. lib. 2.

imma-

immanes pestes, & indomitas belluas. Quæ deinde malis artibus, & exercitijs vires cunt.

6 Quod si quis ex horum affligentium potestate eripitur vietutis luce, non est omnino miserarum expers. cum insita virtus animo, non omnino hominis conditionem immutet. cui pœna debetur, ratione saltem primarij admissi sceleris. Ex quo fœlix ille innocentiæ status in miseriam, in calamitatem abijt, qui perinde vitari non potest. ideo quocumque intendimus oculos, miserias, & dira omnia conspicimus obseruari, cum talem contra se morbum instabilis produxerit homo. nam licet virtus conciliatrix sit bonarum rerum ex se, & conseruatrix, *Cum agnatum sit illi obtemperare rationi*, vt dicebat Aristoteles. tamen cum non omne deturbet malum, cogitur quandoque calamitates experiri, & sufferre. post funera nostræ emoriuntur miseriæ, etiam si à virtute modo constabilita fuerit ratio. nam saltem ab alieno opus est insectari vitio. ita humilis à superbo prosternitur, mansuetus ab audace, à simulatore simplex, à petulante continens, ab impio pius liberalis tandem ab eo cui contulit beneficia. Ita assiduo bello vrgentur hommes naturæ morbis, stimulis vitiorum. alienaque improbitate. nam statim ac, alicuiusse prodat beneficentiæ virtus, alterius reuiresci ingratitudo, veluti subministrata materia vitio. quod in animo tunc sopitum manebat, fortuita occasione erumpit inuerecundè, & audacter.

Mag. Mo. 2 cap. 4.

Emersit hoc vitium satis proteruè in ipso nascentis mundi principio; & in Patrem vniuersorum, qui iure dicere poterat.

Ingrata, atque irrita esse omnia intelligo.
Quæ dedi, & quod feci.

Plaut. in Asinar.

etenim cum assecutus esset homo à tam munifico omniū Duce orbis imperium, leuissimi præcepti abrumpens fœdera, pauculo temporis interstitio in officio gratitudinis noluit se continere, quin irrumperet in vetitum. qua contagione fœdati sequentes, aut beneficia oblitione delent, aut dissimulat aut negant, aut compensant ratione iniqua. Egra natura superbia turgens, vt nulli videatur obnoxia beneficiorum gratia, ea proterit calliditate, quæ cum morbus sit animæ uoluntarius ægrè, uel potius nunquam repellitur radicitus.

7

Qua ratione *Procliuius est iniuriæ, quam beneficio vicem exoluere. quia gratia oneri, vltio in quæstu habetur*, ut ait Tacitus. qua glisscente in diem consuetudine, ingratitudo omnē sibi delinquendi arrogans audaciam, effrænē in quemuis munerarium insurgit. quod quideminter primas miseriæ humanæ notas recensendum est. cum non modo de facili interit beneficiorū

Hist. 4.

Digitized by Google

neficiorum memoria; & tunc

Improbus est homo,
Qui scit beneficia sumere, & reddere nescit. Plaut. in Pers.

sed sæpe beneficiorum loco maleficia reddit, ne paribus officijs paria recompenset. *Beneficia vsque eo læta sunt, dum videntur posse exolui: vbi multum antevenere, pro gratia odium redditur,* ait Tacitus. ideo de medio tollendo beneficium cogitatur. quare Annal. 4.

Malo benefacere, tantumdem
Est periculum, quantum bono malefacere. Plaut. in Penulo.

libenter hi benefactoribus damna pro meritis inferunt; cum ex pravitate motum nulla erga illos gigni possit benevolentia: potissimè spe utilitatis oblata. idcirco iure ait Seneca, *Inter plura, & maxima vitia nullum frequentius, quàm ingrati animi*: vt ab initio sui universus orbis, & sequentia sæcula deplorarunt, itaque Amice, Epist. 2.

Dèsine de quoquam benè velle mereri,
Aut aliquem fieri posse putare pium.
Omnia sunt ingrata. Catull.

Cum nihil tam inhumanum, tam immane, tam ferinum sit, quàm committere, vt beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare, ait Cicero. pleroſque videas benemerentes inani, & fallaci spe à suis beneficiarijs decipi; cum hos inuaserit alicuius boni cupido. nam ut quæritis, potiri possint, omnem euertunt gratitudinis rationem. cum spes sit illis in malis animi. idcirco cum frequentes sint tales opportunitates in Republic. in aulis principum, in curijs, caue ne aliquem tibi fidum amicum statuas, etiam beneficiorum ratione. *Tutius est*, dicebat Seneca, *quosdam offendere, quàm demeruisse, argumentum nihil debentium, odio quærunt.* Pro Planco. De Benef. 2.

Qua de re differuit Aristoteles peritissimè, ut solet in omnibus. quærit ille, cur qui beneficia contulit magis amat, quàm qui illis est honestatus? Respondit, quia recipiens est obnoxius largitori. qua propter cum munerans sit creditor, debitor uero recipiens, cupit iste illum extingui, ut una simul obligationes intereant. qua ratione creditor, ut parem assequatur gratiam, illius saluti incumbit. immo illum amat veluti proprium opus. *Natura*, ut alibi dicebat ille, *vnusquisque sua amat.* quo circa in isto constantior est memoria munerū, cum dedisse sit quoddam diuinum, accepisse vero seruile, *(celsiore est animo, qui donauit, quàm qui recepit*, ait Elianus.) & per consequens cum sit ingrata memoria, aut illam mortales delent, aut tegunt saltem. Quod si laboriosior est dedisse, quam accepisse, stabilior erit memoria in munifico, quam in 7 Ethi. 9. c. 7. Nico. 4. c. 1. Elia. l. 2. c. 5

Digitized by Google

beneficio. à quo quandoque illi parantur etiam insidiæ, quo scelere efficitur inimicus societatis humanæ. dando enim, & recipiendo, mutuus coalescit amor, & beneficentia; sicuti ingratitudine arescit omnis clementiæ, & liberalitatis vbertas, & tunc sicure animal homo efferatur magis, quàm ipsa immanitia, in quibus non nunquam insignia argumenta apparuere gratitudinis.

Scimus à Leone Andradum seruatum fuisse Romæ in theatro, cui officium curationis impenderat Africæ: adeoque illi obsequentem fuisse, vt leo veluti canis illum comitaretur per vrbem. quod proprijs se spectasse oculis Appianus testatur. Rerũ Aegypti lib 5 Plinius quoque narrat, Aspidem ad mensam cuiusdam Aegyptij vendre solitam, in qua domo cum peperisset catulos, à notorum vno sui hospitis filium fuisse morsu necatum. proprij filij ingratitudinis serpens tædens, illum interemit, nec amplius eandem repetijt domum. Elianus refert, iuuenem quendam in Patra ciuitate Acaiæ blandè nutriuisse draconem effectum tandem formidandæ magnitudinis, ciuium imperio illũ solitudinibus remisisse. postea vero cum ille iuuenis ex quodã rediret spectaculo, in latrones incidens, dolensque improuisi periculi, exclamasset, Draco amici audita voce ex insidijs insiliens omnibus interemptis, solum suum seruauit amicum. nõ est cur hoc etiam demonstremus in ciruribus animalibus, quorum quandoque gratitudines miraculo fuere hominibus.

Pli. lib. 10. c. 74

Elia. lib. 13.

Ergo verè nullum animal turpius æquissima gratitudinis iura labefactat, quàm homo voluntaria oblivione, superba oscitantia, & aliquando iniqua retributione, clarissima merita compensans iniurijs, & acerbis damnis; præferens ingratitudinis scelus virtuti gratitudinis. qua stante immanitate ius tollitur repetendi beneficia, & commercium dandi, & recipiendi merita. *Hoc vnum differt à mutis animantibus homo, quod illa mansuescunt clementibus, at hominis rabies, à quibus est vnitrita, depascitur:* ita Seneca. beneficentijs enim cicurantur immitia, at peruersi homines irritantur ad malum. nam illius vbi parum cessere insidiæ, aperte insiliunt criminationibus, adeò sese effert proterua iniquitas. *Sicuti nulla res est, quæ maius gaudium pariat ex beneficentia, ita nulla est acrior fortunæ aduersitas, quàm quæ ab ingratis paratur,* vt dicebat Plutarchus In Senatu, & à Senatu laceratus iacuit Romulus, qui spiritum immortalitatis ingesserat vbi. A Cartagine in exilium actus est Annibal, qui pro illius magnitudine imperij dimicans, penè Romam in cineribus redegerat. A Popilio Lenate obtruncatus est Cicero, qui suæ facundiæ carnificis gladium abeius euerterat cernicibus. Quamobrem quos sibi parare nitimur

De Ira l. 2.

Cũ princi philo.

Val. 5. c. 3.

beneficij-

beneficentiæ virtus ad beneuolentiam, ad clientelam, ad salutem, sibi asciscit nonnunquam ad periculum, ad perniciem, ad mortem. itaut nihil illi non sit infestum. idcirco illa tempora reprehendere videntur, in quibus *Nobilitas, opes, omissi, gestique honores, pro crimine, & ob virtutes certissimum exitium*, vt dicebat Tacitus. Patet itaque beneficentiam semper fœlicitatem meruisse, sed sæpe sæpius caruisse illa. *Donec adipiscatur osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam, & in tempore redditionis postulant tempus, & loquuntur verba tædij, & querimurationis, si autem poterit dare aduersabitur.* ita Ecclesiasticus, & paulo infra, *Pro honore, & beneficio reddet contumeliã.* quæ ne iniusta appareat, vel iustitiam imitat, vel vindictam. cum tamen quando gratia referri non potest, vt debetur, habenda est, quâ maximè fieri potest.

Hist. 2.

Eccle. c. 29.

Ipsam quoque fœlicem fortunam quandoque homini supremas calamitates intulisse, argumento sunt Romani Duces. quorum plurimos immatura mors, & violenta absumpsit, inuidia stimulante, vel ambitione: cum sint hæc perpetuo fœlicitatum aduersatrices. ideo dicebat Seneca,

10

dum excelsus stati,
Nunquam pluere desiti.

In Thyeste

Regnum, diuitiæ, honores, similiaque obnoxios insidijs suos efficiunt possessores. quare à repentina vi prostratus est Cæsar occultæ insidiæ interfecere Caium; Galba & Piso in foro confossi fuere, veluti in acie; sic Vitellium obsumpserunt Vespasiani milites. idcirco legimus multos concupiuisse,

Silli. Ital. 1.

Nunquam sceptris fulsisse superbis.

Sed nec quidem diuitijs, quarum causa Pallas ille à Nerone interfectus fuit, quia *Immensam pecuniam longæ senectus destineret*, vt refert Tacitus. nam suis effusis pecunijs, ad alitorũ bona coniecit oculos. ita Caligula ad rapinas conuertit animũ vario, & infami calumniarum genere. quare fœlices semper insequitur ipsa inuidia, cupiens eorum bona suæ domui inferre. quod si nequiuerit, laborabit euertere igne, gladio, veluti hostium spolia. cum par sit illi alterius damna, & sua lucra; alterius infamia, & sua gloria. idcirco in alienis malis, quasi in proprijs fœlicitatibus, lætatur. semper mœret illa in alieno bono; cum ægritudo sit animi, & mœror ob fœcundas res alterius. quia affectus quandoque pressus magis exasperans animum, grauiusque contorquens, cogit vt on perniciem erumpat inuisi. ideo dicebat Manilius, *Cæca est inuidia, ne quicquam aliud scit, quàm det rectare virtutes, corrumpere honores, ac præmia illarum.* ex qub est semper maligna, & acris

Annal. 16.

Contra Furium, & Camill.

detrectatio, quæ omni contentione laborat inferre perniciem.

Quo morbo animi quis laborans, alteriusque egens beneficentia, si contigerit beneficijs affici, agnoscens se ab illo præcedi facultate, & voluntate benefaciendi, (quorum primum ad fœlicitatem spectat, alterum ad virtutem.) quo magis ornatur muneribus, eo acrius torquetur inuidia, & axagitatur dolore, vehementiusque in munificum exasperatur, quare peritè Inuidiam esse intractabile malum, docuit D. Basilius. Ii

Hom. de Invid.

Sæuit semper inuida, veluti truculenta bestia, lacerans, insimulans, criminas, vt perdat inuisum. est enim aliena fœlicitas inuidentibus intolerabile pondus, & graue malum. & adeo, vt cogat fraternæ beneuolentiæ obliuisci. Ita fratres in Iosephum fratrem inuidia exciti, ne relata ab eo somnia portenderent principatum in illos, in puteum primò, (vt periret inedia) dimiserunt. deinde vt nefarium mancipium vendiderũt Ismaelitis, vt spes omnis adimeretur consequendi principatũ inter domesticos. & tamen facillimè poterant timorem discutere, quem ingesserant simpliciter relata somnia ab innoxio puero. etenim nihil certi ex illis prædici potest, nisi sint diuinitus immissa. quod tunc latebat omnes. nec quidem pastorũ munus est illa interpretari, sed prophetarum. attamen eum accipientes ferinè, perpetuæ tradiderunt seruituti quid in exterum? quid in adultum? quid in dominantem tabescentes liuore moliti non essent?

Gene. c. 37.

Quapropter hoc pestifero languentes morbo, quicquid culpabile actionum hominum fœlicium fit illis obuiam, (aut simpliciter fit verum, aut vero simile) corripiunt, vt gratissima fortunæ munera, contra eos. quæ acta, aut augent, aut componunt in eorum officina criminum mente: verecundiæ oblitis, & venerationis, quæ saltem lætis fortunis est tribuenda. qua ratione qui dignos magistratus ineunt, à similibus lacerari quandoque necesse est: cum ex muneribus nihil certo assequantur præter inuidiam, odium, & insectationem.

Cum itaque à morbis inuadatur, mens à vitijs, ab ingratitudine beneficentia, ab inuidia vero adoriatur fœlicitas, assiduis nos vrgeri malis oportet, & trahi necessario ad ærumnas. ideo,

O quàm dura premit miseros conditio vitæ.

Gallus.

nam etsi ab illis irrequietis hostibus consequeremur inducias, malum perfidiæ nos non deseret vnquam. quod cum sit peste lethalius, funestè deplorandum est modo.

De per-

Digitized by Google

De perfidia alterum animi malum. Cap. XXIII.

HOc aliud animi morbum non ſolum incipiamus referre ſed proſequi lachrymis; cum peſtis more etiam aſſidentes lethaliter inficiat. idcirco perniciem infert decumbenti, & aſtanti. qua actus miſeria homo comperit ſolas latebras, vel verius, ſolitudinem, tutum eſſe præſidium innocentiæ. humanis in cætibus ſemper hæc eſt expoſita perfidijs, à quibus nec ipſa beneficentia eſt immunis, ſed quandoque vna ſimul inuaduntur, & iugulantur. quo circa *Nemo aperto hoſtio viuere poteſt*, vt dicebat Seneca. non modo vt cæterorum effugiamus Cachin nos, ſibilationeſque; vel quia acta, verbaque ſiniſtra interpretatione detorquentes euulgant illi; ſed qula ingredientium fides eſt incomperta nobis. hinc neſcimus an nos moliantur inuadere. qua de cauſa benè actæ vitæ teſtimonium proprium non adimit pauorem inſidiarum. *cum etiam ſapientibus cupido gloriæ nouiſſimè exuitur*, vt ait Tacitus: quid in cæteris efficiet huius, & aliarum rerum cupida anxietas? hæc vincula omnia ſuſpecta reddens ſocietatis humanæ, vt amicitiæ, vt conſaguinitatis, & beneficentiæ, vt maieſtatis, vt religionis, cuiuſcumque conſuetudinem nos vereri cogit. cum ſæpiſſime ſcindi videamus fidem propriæ vtilitatis amore. idcirco nuſquam innocentia tuta eſt, cum inſyncerè colantur humanitatis officia. nec aliquo officiorum genere explorata eſt adeò fides, vt ſub illa latere non poſſit ſcorpio. quin potius blandidius ſerpens, lethalius confodiat hominem innoxium. *Secretis eum criminationibus infamauerat Fabius ignarum, & quo incautior deciperetur palam laudatum*, ait Tacitus. itaque fateri cogimur, qui ab hominibus abſunt, abeſſe ab inſidijs. quod non ita aptè ſolent in nos ſtruere animalia: cum pleraque natura duce horreamus, aut fugiamus, ſaltem quorundam minaces aſpectus. at vero homo cordis machinationes vultus hilaritate tegens, loquelæ lenocinio, & figmento obſequij, facillimè alterius, hoc ſcenico amore, ſibi captans fidem, decipulat perfidia. ſed altius tanti mali recenſenda ſunt initia. cum ſæpe ſæpius humanitatis, vel pietatis inuolucro, graues lues parentur homini.

Sen. Epiſt. 113.

1

Hiſt. 4.

2

Hiſt. 1.

Duobus potiſſimè vinculis noſtrum continetur genus, Pietate in Deum, & in hominem Fide. primum abrupit hæreſis, ſecundum perfidia. primum dæmonis aſtu in orbem irrepſit; docens primum noſtrum parentum nequaquam morte delendum, ſi Dei uiolaſſet ſancita. qua uiolatione præcepti, peccati labe

3

Digitized by Google

ti labe diuisus est homo à suo capite Deo. hinc factum est, ut paucula illa nostra orienS Respublica, futura quasi numerosior cælitibus, à Dei Republ. sit omnino discissa. deinde homo talis magistri æmulans disciplinam, perfidia diduxit hominē

Gene. c. 4 ab homine. ita Cain ad Abel, egrediamur in agrum. contra quem deinde consurgens patrauit fratricidium. itaque in ipso nascentis mundi initio causę emerserūt dissentionum tum priuatarum tum publicarum rerum: & ueluti illarum potissima est perfidia, ita hæresis istarum est causa.

4 Est hæresis pertinax animi sensus in catholicam fidem, qui sancta Sedes Apostolica Romana tuetur, & prædicat. ab hac funestissimæ primum dissentiones inductæ fuerunt in Ecclesia, deinde prælia, & uastationes. has recensere mei instituti ratio non postulat, immensi hoc esset operis. ita tamen sese habere multa Europæ regna manifesta suorum ciuium sanguine experta sunt. nam ne serperet latius morbus putrida membra resecuerunt ferro. & tunc uictores etiam in lachrymas sunt effusi, miseræ lætitiæ detestantes ciuium pertinaciam, & urbium desolationem. Verum, ut testatur Lucas, quousque

Actor. c. 2. *Fuerunt perseuerantes in doctrina Apostolorum*, multitudinis credentium fuit cor unum, & anima una. si pax nobis fit à Deo, consequens est, ut ab eius doctrina idem intelligatur cre-

Roma. c. 1. dentibus, ablato spiritu superbiæ, & proteruiæ, hæresum productore, qui in nascentis Ecclesiæ orieNS principio, concordē chorum distraxit in contrarias partes, lęsa charitate perfe-

Collo. c. 3. ctionis uinculo. neque perfectum, uiuidumque membrum esse potest, nisi suo copuletur capiti, à quo & uiuendi illi impartitur facultas, & una cum cæteris fiat habilis compaginatio.

Tunc huius sanctæ Reipublicæ ciues pieCati parent, & domita duritia cordis libentissimè ferunt iugum legum Summorum Pontificum: coercitis spiritibus humanę superbię per amorem in Deū quamobrē mutuo sese complectentes abstinent ab omni rebellione, & proteruia. idcirco docebat Plutarchus,

Contra Color. epicu. Religionem continere omnem hominum societatem, & esse legum fulcrum, & coagulum omnis cœtus: hac enim facillimè compaginantur animi, cum ex naturæ instinctu ad Dei cognitionem propetent, & cultum. ideo nunquam aliqua fuit Respublica sine aliqua religionis specie. quæ si in plures diuidatur sensus, dissentionum erit origo, dissentient tunc inter se ciues, cum sua cuique optima apparens, cæterorum ut profanas aspernari cogātur. qua ratione Mecœnas monebat Augu-

Diod. li. 52. stum, *Hos qui in diuinis aliquid innouant, odio habe, & coerce: non solum Deorum causa, sed quia multos impellunt ad*

muta-

Digitized by Google

mutationem rerum, vnde coniurationes, seditiones, & concibula fiunt. vetabat Plato, Ne quis pro libidine religiosos fingeret ritus, & Augustinus talem virum ethnicis & publicanis deteriorem appellat: Quod si à vanis futilibusque religionibus inuehi posse tranquillitatem, & arceri ciuium dissidia arbitrati sunt sapientes viri, quàm veram pacem nobis non pariet verus Dei cultus, & sensus? tunc homo monitus ab illo, ignorantiam, rudtatem excutiens, abijciensque audaces spiritus, benignè patitur aurigari à Summo Ecclesiæ Pastore. qua de causa peritè dicebat Lactantius, *Religio, & timor Dei est qui custodit hominum inter se societatem.* At illa scissa, accendens faces bellorum, portentosa parit scelera, & clades. Ex testimonio Leonis, *Tollit illa honestatis curam, copulam coniugiorum, subuertens diuinum ius, & humanum.* cum quibus viuere cum non licuisset per diuina oracula, Sancta Ecclesia hos proteruos filios lachrymans, è suo excussit sinu; ne tali mortifera contagione cæteri fœdarentur. ideo ad Anatolium Cõstantinopolitanum Episcopum idem scribens ait, *Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coercendis, debet diligentia tua vigilanter insistere. ita vt his, quibus prodesse non potuerit correptio, non parcat abscissio.* & Cyprianus, *Nulla cum talibus commercia copulentur, nulla conuiuia, vel colloquia misceantur, simusque ab eis tam separati, quàm sunt illi ab Ecclesia profugi.*

De legi 3. De Ciu. 21. cap. 25. De Irae. 12 Leo Epist. 93. Leo. Epistolarũ Epist. 3.

Quamobrem si in aliqua Christiani orbis prouincia scelera irrepsissent, suorum Episcoporum munus erat illa exterrere; at ingruente bello fidei, communi classico euocati omnes ad resistendum occurrebant. nam haresis menti humanæ adimes lumen, euertit fundamentum cuiuscumque gratiæ diuinæ. Hi cum sapientissimi hominum videri velint, ea proferunt, & docent, quæ sunt deliramentis similia. quare hi non colligunt discipulos perspicacitate doctrinæ, aut dogmatum veritate, aut seueritate vitæ, aut probitatis experimento, sed ambitione, sed libertatis illecebra, aut dissolutione morum. conantes omnia miscere falsis doctrinis, & crudelibus bellis, ad perniciem Religionis, & Regum. hinc hæreticorum peruicacia nequit demulceri lenitate, aut euerti veritate doctrinæ; cũ illis tædeat veræ lucis occursus. cui irascuntur, & insiliunt omnibus iniurijs, & contumelijs. at vbi neque his vincunt, ad vim armorũ transeunt, vt nullum desit argumentum pertinaciæ, & prauitatis. *Veri etenim Dei abnegatio, aut fidei, est scelerum omnium origo,* ait satis doctè Philo: & primaria causa dissentionis animorum, quod probè scientes Aegytij Reges variam, & miscellaneam religionem induxerunt, *Ne inuicem inter se conspirare possent.*

De 10. præceptis. §

Rerũ Antiqua.2.c.4. *possunt, mutuo sibi cultus impietatem obijcientes, vt refert* Dionorus. nam quorum fides est diuersa, necessario inter eos intercedit diffidentia, & odium. ita illi diffidio religionis stabiliuisse regnum censebant. & Hieroboam ne religionis constantia se ab ipso auerterent ciues, inuexit idolatriam; sciens cultus disparitate omnes societates euerti. Quamobrem sanciuit Dominus in sola Hierusalem suum celebrari Pascha; vt annuali sacra concenatione renouans ciuitas benevolentias, arctius necteret eorundem animos. sicuti ex opposito, Ariana immanente hæresi, scissis vestibus apparuit Dominus Petro Alexandrino Episcopo. qui causam inquirens laceratorum indumentorum, respondit Iesus, ita me malè accepit Arrius. & certè nulla hæresum tam durius, diutiusque fœdauit, & lacerauit Ecclesiam Christi, quàm illa pertinax, & pestilens Arrij.

Reg.3.cap 16.

Deut.c.16.

Summopere cordi fuisse naturæ (vt ad alteram acerbam causam diffidij nostri generis transeamus.) benevolentiam ciuium huius Reipublicæ vniuersalis mundi, argumento sunt eius præclara opera. (vt interim omittamus sancita Dei) cum omnia formauerit in numero, pondere, & mensura, nec satis illi fuit ita ordinauisse singula, quin etiam affinium simetria, simbolaque elementorum qualitate fouens, ostendensque cuiusque salutem ab alijs quoque pendere, docuit necessarium esse homini mutuum amorem. ex quo eruperunt, (veluti ex fonte) consanguinitatis, affinitates, amicitiæ, tutelæ, hospitalitates, & cætera huius generis quamplurima. Qua propositatione sibi, natura hominem in suo natiuitatis exortu nudum in lucem effudit, sui cibi ignarum, & elinguem; vt solis vagitibus posset aliorum implorare miserationem. idcirco nisi aliena tutela, (quam summopere indidit natura parentibus) ori eius admoueretur lac, ante lucis vsuram, vitæ esset expers. & sic cursum omnem absoluit vitæ, pedagogorum instructus vigilantia, peritia doctorum, artificum studio, magistratuum cura, rusticorum labore, armis militum, sacerdotum religione, & Regum patrocinio. cum itaque ad extremam vsque horam, (vel verius sepulchri caueam) nunquam quis est sibi satis sufficiens, quin aliorum magisterijs egeat, sine quibus nõ potest vita lætè traduci, videbatur talis conditio efficax, vt pareret sinceram concordiam; eorumque fore diuturna fœdera, quorum esse mutuis sunt honestati beneficijs. idcirco dicebat Tullus Hostilius, *Mutua communicatio commoditatum est vera copula, & nexus pacis*.

Sap.c.11.

6

Dio.Heli.3

Verum cum pro beneficijs ingratitudinem inuexerit homo, vt paulo ante dicebamus, & pro amore perfidiam, naturæ

prosa-

Digitized by Google

profanans, conscindens instituta, sibi metipsi perniciosum asciuit malum. cum nullo necessitudinis vinculo, aut naturæ, aut religionis, aut consuetudinis, alicui adnexus, non possit vereri ab eo in insidias deduci. cum quis quæstus gratia innoxium ciuem, beneuolum consanguineum, iustum principem, pium pastorem, non possit dolis inuadere. quamobrem ignoramus si auctam beneuolentiam reciprocis officijs, syncerè colat, & veneretur amicus. scimus sæpe numero ob leuem honoris gradum, aut vile scortum, obliuioni mandata fuisse maxima amoris argumenta. quare nihil est tanta maiestate munitum, aut septum armis, aut innocentia fultum, quin non cogatur alicuius scelerati animi vereri perfidiam. hinc dicebat Cicero, *Hominum animos esse incertos.* & Seneca clamat,

O vita fallax, abditos sensus gerit. In Parodo. In Hippol.

Vario, & multiplici inuolucro mens perfidiam concipiens occultari potest. simulat amorem, obsequium, laudes. & cuius ingenium est adulatione exercitum, composita oratione certo decipit amicum; vt repentè possit inuadere, & afferre calimitatem improuido. tunc enim certius percutit, & vulnerat, veluti fiunt hostiles inuasiones repentè. nam opportunioribus consilijs malum aggreditur perfidus. langueſcunt cunctatione vindictæ, sed mora virescunt perfidiæ. enimuero vt semper fit maior impetus ab inimicitia, sic semper est à perfidia occultior. *Nullum est animal tam horrendum, & tam perniciosum, vt non appareat in illo noua feritatis accessio*, dicebat Seneca. ruitura ædificia se signis produnt, & tempestates futuræ, ac homo cum aliquem perdere perfidia constituerit, medaciorum lenocinio mulcens deducit ad insidias, eius incantata custodia ficto amore. & tunc quasi in hostem prosiliens, emergit ex insidijs. ideo magis est certus homo, quem vitet, quã cui suam committat fidem. De Irali. r

In ore suo pacem loquitur cum amico suo, & occultè ponit ei insidias: ita dicebat Hieremias. *Maximum tunc homini datum bonum à natura vitiat, cum sermo animi interuntiat occultet sensa*, ait Philo. officiosè tunc se fidelem obsequentem ostentat, vt per expertam fidem obrepere possint cautius cõmenta frauduam. Qui sunt odio intemperantes, (etsi machinantes fingunt amorem, expectantes temporum opportunitates, vt eruomant insidias) quandoque pestifero suo oestro, morboſoque acti humore, parum cautè aggrediuntur malignũ opus. qua de causa, Hier. c. 9. Quid sit Diuinarũ, &c.

In laqueos, quos posuere, cadunt. Quid. de Arte r.

Simulant hi, & dissimulant multa, gestantes pectus vaframentis instructum, vt fraudulentas versutias ad effectũ perducant.

ducant. idcirco adijciunt complexum, oscula, velantes perfidiam fallacibus blanditijs. interim mœrore tabescunt; verentes ne diuturnitate temporis patrandi criminis abeat opportunitas, aut improuida lingua, aut conscij sceleris, promant malignitatis indicia. qua de causa immodicè affectantes simulationem garruli fiunt, & loquacissimi adulatores. ex quo fit, vt qui maximè dissentiunt animo, magnopere seruiant vultu, & voce; vt composito scelere, & occulta malignitate, aggredi possint innoxium. nec aliquo certiori argumento hoc perditissimum genus hominum deprehenditur, quàm vt quisque est animo subdolus, ita ore adulator immodicus. etenim quo magis satagunt fallere, eo frequentioribus signis oculorum, vultus, oris, obsequij laborant fidem captare innocentis amici. & ita callidis consilijs in speciem lætis, deductum ad insidias amicum truculenter perimunt. idcirco si illis expediat mendacium dicere, vt suauius imponant, etiam iuramento firmant illud, periurium iniquitati addentes; vt per religionis actum reuerentius admittantur mendacia. vnde Ouidius,

Sic iterum, sic sæpe cadunt, vbi vincere aperte
Fasto 2. *Non datur. insidias, armaque tecta parant.*
Fraude perit virtus.

Horum ars non in cauendo hoste versatur, quæ prudentia esset, sed in prosternendo amicum mellita fraude: quod perfidiæ est opus. idcirco quo duis opportunum perfidiæ peruicaci contentione sequuntur. at quorum animos hæc inuasit pestis, quandoque moræ pertesi in scelere ruunt apertè, nullo cohibiti erubescentiæ fræno. nam licet semper sint intenti ne sibi, & opportunitatibus desint, aliquando inuerecundè patrant scelus, quasi peruicacia minuat cõditionem sceleris. Adde quod ab his, vt ait Seneca,

In Her. Fasc. *Prosperum, & fœlix scelus,*
Virtus vocatur.

Quando quis in amicum insilire occultissima ratione meditatur, nunquam silente conscientia, timore concussus, eius pauent oculi. Qui ideo in elata corporis parte sunt à natura locati, non modo vt eminus obiecta intueri possint, faciliusq; illarum rerum simulacra ad interna sensoria possint transmittere, sed vt paterent intuentibus animi passiones. ideo dolente homine mœrore suffunduntur oculi, illo ex paueſcente turbantur, illo excandescente rubescunt, illo contemplante fixtunt, illo elato prosiliunt, illo venerante circumspectè gestiunt; illo benignè accipiente lætè occurrunt hospiti, & illo tandem fouente insidias luridi efficiuntur, & languidi, timore, & pudore patrandi criminis. refrigerantur tunc, cum calor se ad

se ad interiora deduceit. quo argumento se produnt dissimulatæ insidiæ, repugnante conscientia iniquitati. & tunc maximè illorum exasperantur oculi, cùm eum intuentur, in quem patant insidias.

quare horum Metamo. 2.
Nusquam recta acies.

Diuertunt oculos, ne, veluti in speculo, suum meditatum scelus inspici possit. aut ne interni laniatus conscientiæ pateant cœteris: cum cuique sit graue cognosci pro scelere puniri. Vel nusquam recta acies. vt fit in luscis, quorum oculi à materno menstruo sanguine in cerebrum ascendente contorquẽtur. dum enim ab illo se liberari volunt, inordinatè se cõstringentes efficiuntur lusci, quorum cerebrum hac praua qualitate infectum, illos reddit fraudulentos, & perfidos. cum plerumque anima sequatur voluntariè corporis constitutionem. Quamobrem arcendi sunt tales à cœterorum consuetudine. cum nulla res hanc funestius dissoluat, quàm perfidia. his ius sepulturæ negabatur Athenienſium lege, vt refert Tucidides. Tucid. lib. 1
& apud Aegyptios, qui pietatem in Deos violaret, aut tolleret fidem inter homines, capite mulctabatur. qua insigni nequitiæ nota tius pollens iudex, ab eo se cauere oportebat, iuxta Diod. lib. 1.
vetus prouerbium, *Semper aliquid mali propter vicinum malum.* cum facilius latere poterat infida iustitia per speciem iudicij. solent hi in hominem sæuire, veluti in adulterio deprehensum, vel captum bello. cum fracto vinculo humanitatis, & iustitiæ, abeunt in naturam indomitæ belluæ carnuoræ. cap. 3.

Et tamen nulla ratione decipiendus est homo, quanto magis non est insidiandum amico? *Semper namque fidem frangere nefarium est, quæ continet vitam,* vt ait Cicero. cum per eam vita sese mutua beneuolentia efferat, & virescat. idcirco impij esse hominis fœderatum fallere, docebat Agesilaus. *Cum dextera, quæ fidei solent esse tutis, perfidiæ scelere violetur,* ait Cicero. nec quicquam homini potest esse perniciosius. cum similium effugere versutias non sit datum homini, qui solas externa intuetur. *Quare sæpe numero mala erumpunt, unde minus expectabuntur.* ait Seneca. Sunt vires perfidiæ efficacissimæ; nam & imparatum inuadunt, & repunt similitudine alicuius officiosi amoris. hinc minus obsunt apertæ inimicitiæ quàm occultæ simultates. Antigonus clara voce precabatur Deum, vt ab amicis eum liberaret, & interrogatus cur potius ab amicis, quàm ab inimicis? respondit, quia ab his qui palã sunt hostes, præcauere possum, secus à fucatis amicis. & Leo, *Plus plerumque periculi est in insidiatore occulto, quàm in ho-* Pro Rosc. Philipp. 2. Seneca Epist. 91. Plutarch. De quadrafer. 9.

Digitized by Google

sto in manifesto. quare assolent minus obesse apertæ inimicitiæ, quàm simultates occultæ.

Itaque cum incompertum sit vtrum syncerè, candideque iura custodiantur amicitiæ, etiam quæ ex summis sint orta officijs, (licet quandoque inculpatè aliqui ea venerentur, attamè noua quæstus occasio illa euertit,) nihil, nisi quod oculis occurrit, exploratum teneamus. *Tunc carebis damno cum neminì te fideris*, dicebat Menander. *Nam etsi amicus est, posse fieri inimicum cogitandum est*, vt monebat Publius Syrus. quare dicebat Seneca,

Menander.

Aditum nocendi perfido præstat fides.

In Oedip.

Ergo expedit, omnimodam fidem nulli præstare; cum vt plurimum, vbi vtilitatis est ortus, ibi occasus est fidei. *Sui enim quisque est maximè amicus*, vt dicebat Aristo. & maximè in iure dominandi, tunc effractis quibusuis vinculis naturæ, amicitiæ, vel pietatis, inuerecundè grassatur perfidia ad præscriptum profanæ sententiæ Euripidis,

10

Ethi. 9. c. 8.

Ius regnandi gratia
Violandum est. alijs rebus pietatem colas.

Euripides.

His enim non honestũ placet, sed vtile. iuxta illud Ouidij
Cura quid expediat prior est, quàm quid sit honestum.

De Pont. 2.

Quo circa administrationes magistratuum sunt perfidijs obnoxiæ. (vt in sequenti capite differemus) cum tales gradus sint alimenta inuidiæ. qua sola, perfidi contra regentem bella, & insidias meditantur. ita plerique amici ab amicis insectati fuere. & tu quoque Amice ab Amicis passus es fraudulentas insidias. cum aperta velificatione hi nequeant honores adipisci, conantur per perfidiam irrumpere. miscent tunc omnia, *Vt honores quos quieta Republ.* vel Amicis, *desperant, perturbata, se posse consequi arbitrantur*, ait Cicero.

In Catel. 2.

Ita eloquentiæ Patrem *occidendum Antonio, quadam quasi concordiæ pactione, permisit Augustus*, ait Augustinus.

De Ciui. 3. cap. penul.

Multa sunt monumenta adcustodiendas vrbes excogitata, vt valla, muri, fossæ, & cætera huiusmodi: vnum tamen nobis est à natura comparatum, quod omnibus est salutare, Diffidentia, hanc retinete, & triste nobis accidet nihil. ita Demosthenes. nostra credulitate aliorum facilius irrumpunt insidiæ, quæ minori metu, & maiori certitudine perdunt inuasos. nam tales fraudulenti, vt sunt magnæ calliditatis, ita inopinatæ sæuitiæ. hinc hos inimicos habere expedit potius, quàm familiares. *Nam nihil credendo, atque omnia cauendo, tutius inter homines viuimus*, ait Cicero. etenim semper confidentia est incauta, & imparata, *Sicuti metus prudentiam docet*, vt peritè asseruit Ioseph. *Licet crudelitas magis sit error, quàm culpa*, vt ait

Philipp. 2.

11

Post reditũ in Sena.

De Bello 1. cap 14.

Lib. 10. Epist. 23.

Digitized by Google

vt ait Cicero. & qui sub amici nomine decipit amicum, multo quàm qui fallitur, turpior est.

Quamobrem senes, malenconici non de facili capiuntur insidijs, cum per ætatem, per experientiam, per malenconicum humorem reddantur timidi. vnde ab omnibus cauent. scientes quod sicuti *Eruptioni opportuna est nox*, vt ait Liuius: ita insidijs simulata beneficentia. vt de Commodo Xiphilinus refert, qui Iulianum vrbis præfectum, (quem publicè osculari, patremque appellare consueuerat.) dolo interfici mandauit. Sapientes prouerbiali sententia dicere consueuerant, *Matrem timidi flere non solere.* ijs namque cum nullius sit explorata fides, semper diffidentes, minus patent insidijs. & senes ætatis decursu didicerunt, *Amicitias sinceras admodum esse raras. nec alibi magis deesse, quàm vbi abundare creduntur*, vt ait Seneca. quod cum apud eos sit celebre, omnium timent amicitias, more naufragorum quascumque aquas, vt dicebat Ouidius,

12

Liu. lib. 7.

Xphilinus.

De Benef. 6. cap. 3.

Tranquillas etiam naufragus horret aquas. De Pont. 2

cum nouerint prestigioso amore sæpe à perfidijs decipular amicos. ideo plures ab istis, quam ab hostibus interempto fuisse Reges testatur Curtius. strenuus vir inuadere, & prosternere hostem potest, sed similes perfidorum occursus effugere ne certò prudentissimus potest: cum similibus obsequijs, notisque sinceri amoris ab ingenijs, & à vafris colantur amicis. idcirco quandoque imparati ad insidias deducuntur: vt potissimè fit à vilissimis. quod molestissimè ferunt modesti viri ob grauitatem sceleris, & improbitatis audaciam.

Curt. lib. 9.

A publicis Magistratibus abstinendum.
Caput XXIV.

PAtet itaque naturam non sibi satis fecisse, hominem muniens rationis præsidio veluti munitissima arce, sed signa addidit perfidioso animo, vt facilius inuadentis declinaret aggressum; sic quasi aduentantes hostes arceret vallo. scit illa hominis mentem multa fallere, vt pote implicitam sensibus. idcirco per varias opiniones decipitur, cum sit in sepulta corpori veluti in tumulo. Quapropter ne honesti otij, vel priuati laboris causa fugiat publica subire munera, (in quibus communis constat salus) vario, multiplicique animantium argumento, (quæ gregatim viuunt,) docuit, illis dandam esse operam, ex quibus lætior fit vita hominis, & opportunior necessita-

Digitized by Google

ceſſitatibus. Quantis, quæſo, muneribus inter ſe diuiſis (veluti in natiua Republica) ſeſe inuicem tuentur gregaria animalia? certè illorum exemplis natura ſagax voluit corripere noſtra ſtudia, vel traducere ad bonum commune; cum ciuile, & ſociale animal ſit homo. Quo circa ſinguli, vt partes huius maximæ Reipubl. mundi, onus vllum recuſare debent, immo ſupponere humerum, vt cæterorum imbecillitas ſubleuetur. natura enim neminem ſibi ſatis ſufficientem effecit, vt per hãc communem indigentiam genus noſtrum ſocupletaret amore. cum inuicem ſibi ferre ſuppetias cogerentur. ita communis conuictus ratio conſtat, & ſeruatur. eſt enim homo omnium animantium pauperrimus, cum nequeat omnia parare ſibi neceſſaria. igitur oportet vt omnes conſpirent ad omnium ſalutem. quod vulgato illo oraculo inſinuatur, *Deum ſequare*. Ex mundi creatione, & regimine eſt ſatis conſpicuum, nihil illi fuiſſe antiquius, quàm ſingulis benefacere. quare non entibus eſſentiam largitus eſt, confuſa digeſſit, copulauit diuiſa, contraria ſociauit, ſemper transferens deteriora in melius: vt nos inſtrueret tam boni Ducis ſectari veſtigia. Quare ſi ad regni vocemur officia, libenter munia aſſumamus Regis, ſimiliter Imperatoris inter milites, præfecti claſſis inter nauales ſocios,
1 nauclerj inter vectores, eũ prodeſſe poſſimus. ita & in ſingulis. nõ modo qa in quouis genere officiorũ eſt quædam principatus ſpecies ſola magnitudine differẽs. q̃ natura appetibile eſt; ſed quia ſemper p̃ſtat iuuare, quos poſſumus. alioquin beneficentiã exterminantes ex animo, naturæ aduerſabimur, & rationi. Quamobrem nec quidem ille voluptatum aſſertor Epicurus ſuos aſſeclas à publicis compeſcuit muneribus; tanta eſt naturæ vis, & efficacia rationis. totius bonum partium conſpiratione quæritur, & cuſtoditur. ita Plato ad Archytam ſcribens ait, *Non tibi ſoli natum meminerĩs, ſed patria, ſed tuis*. In Epiſt.

Amice, veluti ſtirpis principium ſemen eſt, finis vero fructus; vtrumque opus non agricultuæ, ſed naturæ: ita ratio-
2 num principium natura, finis noſtra ſalus, opus non diſcurſus, ſed experientiæ. ſemper rerum vſus affert aliquid noui, quo monemur multa neſcire, quę arbitrabamur noſſe. quo circa dicebat Sophocles, *Non quod putes teſcire ſilis, ſi vſus deeſt*. Sophocles.
Patet hoc in publicis muneribus; nam licet videatur illuſtre magiſtratuum inſigniri dignitate; attamen cum irrequietum ſit certamen inter regentes, & ciues; ſapientes adamarunt ſeparatim viuere, & abeſſe ab adminiſtratione publica. vnde Terrentius ait,

Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. In Andria.

Nam etſi ſtimulis nos natura vrgens, ad fœcundandum vniuerſum

Digitized by Google

uersum similium generatione suadet, tamen iam vniuerso repleto ad continentiæ bonum trudimur oraculis. ita à simili, cum publicis addicti muneribus, ciuilibus agitari fluctuationibus sit necesse ob intemperantiam ambitiosorum, (veluti qui se committunt vndis irruente tempestate.) à talibus functionibus abstinendum est. quare *Multi ne ijs præmerentur malis, missos fecerunt honores, nec Rempubl. attigerunt*, vt testatur Cicero. & Pythagoras à fabis abstinere præcepit, & iussit. monens abstinendum à reciuili. nam fabis priscorum ferebatur suffragia, vt refert Plutar. Qui à publicis se auertunt dignitatibus, sæpe graues euadunt calamitates, quæ inopinatè immerentes quandoque adeò aggrediuntur peruersè, vt eos omnino pessundent. & tunc gementes subsistinent auiditatis honorum mulctam: cum omnino sit necesse oriri. Pro Sestio. Pythagoras. De liberis educand.

1 *Ob Imperium magistratus ciuium odium.* §
2 *Ob honorem inuidia.*
3 *Ob pœnas insidiæ.*
4 *Ob beneficia ingratitudines.*
5 *Ob leuitatem pœnarum infamiæ.*
6 *Ob custodiam legum infectationes.*

Sed de singulis sigillatim dicamus.

Pertinax illa maleuolentia subditorum in magistratum ex timore oritur pœnæ, qua plectendi sunt, qui in leges deliquerint. quare magistratus omnibus timorem inferens, vt omniũ infectetur odijs consequens est. Nec aliquod timorem incutiens, beneuolè accipere possumus ex naturæ legibus, quæ animalia imaginatione moderans, efficit, vt ex ipso aspectu horribilia appareant ea, quæ aut mortem afferre possunt, aut quippiam acerbum. quamobrem necessitate naturæ, *Quod timetur est exosum*, vt ait Dio Heli. qua de causa *Præsens imperium, graue est subditis*, vt dicebat Tucidides. quod insitum, atque inustum homini malum, quantum ad perniciem valeat regnantium, patuit exemplo multorum Romanorum Ducũ, cum inter maximam fortunam, & extremam miseriam, nihil interfuerit. ob orta tempestate militum, uel ciuium repente corruerunt. quo circa quandoque non scelera fuerunt inuisa, sed imperia. at *Inuiso semel principe, seu benè, seu malè facta præmunt*, vt dicebat Tacitus. semper odium, quod ex timore emanat, venatur occasiones infligendi damna; etsi tales se se obtulerint, statim voluntas odij fœdata crimine exerit venenum. *Ideo tam multis periculis magistratus patet, quam multis ipse periculum est*, vt asseruit Seneca, & ita inter eos semper inimicitiarum iura seruantur: veluti inter immitia animalia, licet videantur inita fœdera, tamen de repente simulante na- Primum. 4 Halic. lib. 6 Tuci. lib. 1. Hist. 1. De Clem. 1.

Digitized by Google

te natura', descendunt ad pugnam. ita magistratus & ciues. cum vt ait Seneca,

In Theba. *Simul istę isti mundi conditor posuit Deus*
Odium, atque regnum.

De Offic. lib. 2. enimuero *Quem metuunt oderunt; quem quisque odit perisse expetit*, vt dicebat Cicero. quod etsi nullæ sint vires metus, multæ sunt odij. enimuero ille intimis quæstibus se lacerat, at odium violentius erumpit cœterorum flexis animis ad perniciem regentis. nec desunt, nec defuerunt serendæ inuidiæ in alios industrij, seditionibus potentes, & in pace pessimi. peritè itaque dictum est,

Sene. in Oedip. *Odium qui nimium timet,*
Regnare nescit.

Secundum. De differ. inter &c. 5 Quod si odium ex coercendi potentia fluere docuit Plutarchus, & inuidiam oriri ob honorem, ob res secundas alterius consequens est. quare magistratus ciues torquens potentia, & fœlicitate, ab eisdem odio, & inuidia, infectari oportet. nam plebs, vt ait Tacitus, *Aegris oculis alienam fœlicitatem intuetur.* etiam si regnantium mitia sint ingenia, cum inuidia semper sit pedissequa fœlicitatis, quare illa auersans dignitatis splendorem, detrahens honoribus, & virtutibus, corrumpit merita: & veluti locustæ lætiores inuadunt segetes, sic ista potiores conditiones acrioribus vulnerat aculeis. Itaque clancularijs susurris lacerando, aut criminando apertè, conflata omnium in magistratum inuidia, repellere conatur à munere. Quamobrem cum regens omnia cauerit, per insidias euertitur inuidentium. nam isti pari dolore alienam prosequẽtes fœlicitatem et suam vilitatem, assiduè secretis criminationibus culpãt magistratũ. ideo cogitur cũ multis ferere manus, qui multorum coerçat errata, *Quo circa omni populo ineſt malignum quoddam, & querulum in principem.* vt dicebat Plutarchus. & Tiberius, *Quàm arduum, quàm subiectum fortunæ regnandi cuncta onus.*

In Politica. Tac. Ann. 1 Quare inuidi hos insimulant, criminantur, & mordent, arbitrantes illorum iacturis locupletiores fieri, illorum luctibus lætiores, & infamijs magis conspicuos. *Semper in ciuitate quibus opes nullæ sunt, bonis inuident*, dicebat Sallustius. talis cæca animi ægritudo ob alienum bonum, veluti truculentissima fera, perdere conatur magistratum. cum ignis more semper altiora, & sublimiora petens, quandoque etiam in Ducem euadit. Ita Athenienses exulare coegerunt Themistoclem. ne cum esset ille cœteris gloria clarior mensuram popularem excederet. eadem iniquitate Aristides patria abire iussus est, eximiũ exemplar iustitiæ, & continentiæ.

In Iugurta. Val. 5. c. 3.

Verum

Digitized by Google

Verum quos odium inuasit ob regentis potentiam, & inuidia ob eius fœlicitatem. (parum inter se ista dissident vitia, vt docuit Plutarchus.) simul etiam tales ira in magistratum ferri necesse est. dicente Aristotele, *Pars quædam odij etiam ira dicenda est, cum ad easdem res agendas quodammodo impellat.* quæ etsi non semper publicè execretur rectorem semper tamen insidiatur illi. idcirco peritè dicebat Seneca, De diff. &c Pol. 5. c. 10.

nemo se tutò diu
Periculis offerre tam crebris potest. In Hercul. Fur.

quia vt probe asseruit Tacitus. (neque est alius illo crebrior in fundendis sententijs.) *Faciliore consensu inter malos ad bellum, quàm in pace ad concordiam.* est enim homo talis subiectionis impatiens. *Quod si libertas mutis animantibus esset cara,* vt dicebat Tacitus. quanto magis homini auduciſſimo animalium? ideo nunquam legum onus libenter admittit ceruicibus, sed excutere nititur summa contentione. quamobrem dicebat Xenophon, *Omnibus animalibus facilius, quam homini imperatur.* Est itaque natura indomitus, & æqui impatiens, cuius superbia non modo superiorum, sed nec æqualium sufsert conditionem. quò cirea sola vi legum leges seruans, semper sæuit in legum ministros, veluti in custodes carcerum. enimuero sanctionum claustro eius compescitur temeritas. perinde leges imperitare possunt corpori, & quandoque linguæ, nunquam verè animo. apparet hoc esse verum assiduè. cum quò quis acrius retinetur legibus, eò acerbius in præcipientem insilit, nitens contra legum sancita, etsi lætanter nouos magistratus excipiat, fermè vt vetera ita & noua timens, odit imperia. per solam pietatem in Deum syncere seruantur leges, & retinentur fides, amicitia, præcipua animi decora; at illa abeunte, sola vi legum leges venerari, & custodiri contingit. Hist. 1. Hist. 4. Ciroped. 1.

Tertium.

Nec quidem ipsa administratio iustitiæ salutaris est magistratui. nam etsi Regens in puniendo causam habeat, & modū & hoc ipsum ad publicam referat vtilitatem, supplicia more patrio mandans; tamen per vnius, aut paucorum animaduersiones, in omnium incurrens odia, exponitur insidijs. semper sumptis supplicijs sontium, popularis oritur miseratio. non tam alienarum pœnarum tœdio. quàm timore proprij periculi. quamobrem cuius studium commendandum erat ob commune bonum pacis, proscinditur populari criminatione. nam licet quandoque plebs statuta in sontes commendauerit supplicia; tamen illas (vt est tam prona in sæuitiam, ita immodica in misericordiam) paulo post in miserationem versa, magistratus sententiam incusans, eam damnat crudelitatis. *Quod si periculum est ex singulis,* vt dicebat Tacitus. quanto Hist. 2.

6

7

Digitized by Google

magis ex multis? ab ijs magistratus cauere non potest. quare hos sæpe videas laceratos aliquorum insidijs. cum ob reclam administratam iustitiam recidat popularis ira in innoxios legum ministros. *Hostem aduersum homini strenuo opprimere, haud difficile est: occulta pericula neq; facere, neque vitare, bonis in promptum non est*, ait Sallustius. Itaq; verum est, minori periculo contingit magistratum quærere, quàm exercere. id circo Socrati nihil visum est acerbius ipsa Republica. enimuero cum nemo iustè inuidere, aut insidiari, aut odio insequi magistratum, (ea ratione vt magistratus est,) potest, per falsas criminationes nititur eum demoliri. nam etiam morum eandor magistratuum, apud infensos irritamentum est ad odia. Adde quod fieri non potest, quin etiam optimi ministri legũ, & ciuilium rerum, quandoque per imprudentiam aliquid agant, quod insectandi studium ciuium acuat.

Ad Cæsarẽ.

In Axioch.

Quartum. 8

Cum itaque contingat tot morbis, veluti furijs, agitari populariũ animos, ægrè comparantur eorum propitiæ voluntates erga magistratum. sæpius vero acres in eum insiliunt. Nam etsi nonnunquam beneficentijs conciliatum sibi reddat populum, tamen cum maxima sit ciuium volubilitas, parum quoque erit stabilis beneficiorum gratia. quapropter populus, apud quem paulo ante magistratus venerabatur vt Numen, aliqua vna iudiciorum seueritate, aut sanctione, abolita beneficiorum memoria, nec à manibus quidem temperans, incipiet odisse præterita merita. & ita quem sibi beneficijs obnoxium reddiderat magistratus, subitanea mutatione in se conciatum experitur: & eadem volubilitate ferri ad irreuerentiam, & tumultum. Hinc licet *melius beneficijs custodiatur imperium, quàm armis*, vt asserunt Seneca. tamen vt ait Cicero, *Cum in multitudine sit varietas, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio*; cito consenescit munerum gratia. Itaque nobili illa arte benefaciendi nec syncerã sibi parat Magistratus benevolentiam; cum horum *Inuidia sit in occulto, adulatio vero in prõptu*, vt ait Tacitus; nec securitatem; nam cum omnes securitate sepserit, tàm à domestico, quàm ab externo hoste; aluerit que frugum copia, & pellexerit otiosa tranquillitate; pendet adhuc in turbas. cum per nouarum rerum cupiditatem ducatur populus ad beneficiorum contemptum, & vituperationem. quo circa publica beneficia ingratitudinibus sæpissimè compensantur. Quo potionibus denique muneribus magistratus afficit plebem, eo acrioribus impetitur mordacitatibus, affligitur dictenijs, inquiritur curiositatibus, & exagitatur criminationibus clam, & apertè.

De Breui. Vitæ.

Pro Mure.

Hist. 4.

Pol. 5. c. 4.

non tesse Aristo. *Qui ex inuidiæ gloriæ, seditionis sunt auctores*.

Quam-

Digitized by Google

Quamobrem (vt ad aliud magistratus malum transeamus) si quandoque sequens bonum clementiæ Rector citra terminos æquitatis corripiat fontes. cum ex Taciti sententia, *Nouum imperium inchoantibus vtilis clementiæ fama.* nam Quintum. Hist. 3.

Peragit tranquilla potestas
Quod violenta nequit: mandatoque fortius vrget
Imperiosa quies.

Clau. Pan. Mallij.

incusatur tamen veluti pecunia emptus; veluti permissam seueritatem ad rapinam traxerit commune bonum; quasi per alicuius scorti preces sit passus aciem auctoritatis hebescere, & nutriri audaciam ad deteriora. nam magistratus dum clementius agit in impios, impietatum augens stimulos, ad crimina irritat ciuium voluntates. Attamen parcitas pœnarum magis corrigit ciues moratos, quam graues animaduersiones. cum homo magis obsequatur pudori, quàm timori. ideo potius abstinet à profanis ob turpitudinem, quàm ob pœnam. Itaque virtutis gratia habendus est metus, non ob pœnas incutiendus. cum certum sit, *Remissus imperanti, melius paretur*, vt ait Seneca. omnes natura ad peccandum trahimur. ideo semper delictis adhibenda est temperata correptio. *Nam acra ad vindictam excitat*, vt dicebat Tacitus. *Quinimmo sæpe plus erga corrigendos agit benevolentia, quàm austeritas: plus exhortatio, quàm comminatio: plus charitas, quam potestas*: vt monuit. S. C. Tridentinum. Metus, & terror non diu in officio continent ciues. & sic iure laudatur Architæ dictum, *Oportere virũ Principem vel Magistratũ, nõ rectè tantum imperare & corrigere, sed etiam humanitate*, rationem attulit Tacitus. *Quia metus, & terror sunt infirma vincula charitatis, quæ vbi remoueris, qui timere desierunt, odisse incipient.*

9 De Breui. Vitæ. 10 In Agrico. Sess. 13. de Refor. 1. In lib. de lege, & iustitia. Annal 4.

Tandem per legis custodiam parari infectationes in magistratum patet. est enim homo certaminum auidus; idcirco omne illud auersatur, quo eius cohibentur concupiscentiæ ne ferueant, ne turgeant, ne erumpant in lucem: amarum putans dedisse consuetos affectus prauos. quare dissolutionem legum appetit, non custodiam. quod sacræ indicarunt literæ testantes, vt Philoni placuit, de congressu quærendæ eruditionis gratia legum latam esse in loco, qui Mara vocabatur, & interpræratur amaritudo. nam iniuriam facere libertati ascribit imprudens homo, seruituti vero iustè agere. vnde subinferunt illæ, *Murmurauit populus contra Moysen*. itaque cum leges minimum habeant suauitatis eas oderunt otio corrupti, & licentia, sicuti contumaces equi calcaria. qua de causa ægrè manfuescunt propter elatos spiritus, qui non nisi legitima castigatione comprimi possunt, deinde alii tractatione honesta-

Sextum. 11 Exod. c. 15.

Digitized by Google

rum rerum, & vsu bonorum operum. sed satis, cum superius dicta sint multa.

Quamobrem si non appetimus vulgi criminationibus lacerari, & quandoque tandem extingui, tanquam obnoxij magnis criminibus, missos faciamus publicos honores, & magistratus. nam simul ac, quis malignus mente recolit magistratus honorem, potentiam, cogitat quomodo in illum insilire possit saltem dolosis machinis. contra quas efficax est remedium se voluntariè abdicare magistratu. sæpe namque hos vidimus expungi ab officio iniquis accusationibus, aut saltem amaris inuolui procellis. quo circa ipsa periculorum timiditas, sit quæso periculorum fuga. cum non minus sit periculi ab honoribus, quàm ab hostibus, quos certè ipsi gradus procreant. ideo facilius quis adipiscitur magistratum, quàm retinet. etiam si impigrè, & humanè munus exerceat. etenim cum vnum, vel aliquos occupauerit honorum cupiditas, statim eos capit iustitiæ obliuio. verum tutè tunc

Prou. c. 26. *Cantabit vacuus coram latore viator;*

cum ab illorum auiditate, inclinantem animum rationis fræno compescens, eam abijciens reiecerit.

Iuuen. Saty. 10. Quod monens Salomon ait, *Noli quærere à Rege cathedrã honoris.* quam procul dubio collimant omnes superbi, inuidi, ambitiosi, maligni, dicaces, & vites, quibus nulli sunt honores, nam odio sui status, omnia appetentes mutari furialibus calumnijs insequuntur dominantes. omnia illis videntur honesta, dummodo ambitioni subseruiant. quamobrem egentissimus quisque est opportunissimus criminator; cum nihil spei supersit inter tranquilla tempora. hinc magistratus gaudia semper sunt trepida, veluti tranquillitatis naugantium hyemis tempore, cum subita possint tempestate ad maxima deduci pericula. ita sæpe magistratus fiunt potentiorum præda, & ludibria inuidentium. quare cogimur talia declinare temporum conditione, cum qui paulo ante summo plausu ciuium accepti fuerunt, minimo interstitio temporis eos vidimus exagitari calumnijs. quo circa (vt constat assiduè) à populari malignitate hi molestantur sæpe sæpius. etsi quandoque insidiantes desint, nunquam tamen desunt inuidentes, qui vt imperare possint, summo æstu laborant, euertere dignos: cum in eis solum vigeant priuatæ stimulationes, & decus publicum vile habeatur.

Itaque satis tutius animi pax custoditur vacatione dignitatum, quàm magistratu. nam si retracto velo introspexerimus mœrores, quibus acerbè laniantur, qui quiescere apparent in gremio Iouis, exploratum erit, externa decipi specie fœlicitatis,

Digitized by Google

tatis, qui optant publicas administrationes. cum teste Liuio, *Excellentibus ingenijs citius defuit ars, qua ciues regant, quã qua hostes superarent.* sub augusto illorum habitu, & ostentatione ambitiosa delitescunt amatissimi cruciatus animi, quos nec remittere possunt, nec palam facere. quæ introrsum compressa miseria luctuosius eorum exedit corda. Non itaq; dulce est magistratuum munus, sed insalubre, sed perniciosum: saltẽ cum secum inuolutum deferat perenne bellum cum sontibus: nam ijs semper est inuisa iustitia. à quorum murmurãtium tumultu eorum abrumpitur somnus, etiam si cum illis mitius sit actum ideoque sicuti ineuntibus bella commeatus sunt necessarij, ita obeuntibus publicos magistratus necessaria est constantia, patientia, ipsa iniuriarum dissimulatio. cum multi sint casus acerbi, quibus obuiam ire coguntur. Nam si per fraudem, & dolum regna euertuntur, vt ait Aristoteles, quanto magis magistratus? ergo verè ait Seneca, Liui. lib. 21. Poli. 5. c. 4.

Ars prima regni est, posse inuidiam pati. In Hercul.

se ipsos decipiunt, qui optant magnificos magistratus, vt iucundius viuant. cum vitæ tranquilitas in sola sit sita concinnitate affectuum. nam ista arcet omnem talem cupiditatem, & intemperantiam honorum. cum sit, vt ait Sillius.

pax vna triumphis De Bell. Pun. 11.

Innumeris potior.

Et stultum, admittere malum, quod cauere possis, vt asseruit Terentius. In Eunuch.

Comparasse itaque sibi dignitates, est sibi asciuisse irrequietas mœrorum causas cum plerique uilium per ambitionem quæsitent insidiarum opportunitates, at cum in istis minimũ sit minarum, periculi est maximum. quibus cum occurrerint magistratus, gementes subsistent imprudentiæ pœnas; suique discriminis efficiuntur curiosi; animo reputantes priorẽ tranquillitatem, quæ in miserijs admodum suauis esse solet. *Qui certè tuti fuissent si non haberent,* (ut utar uerbis Augustini) *quare quærerentur,* cum multoties ob bonum diuitiarum uoluptatum, uel honorum, ut ait Plautus, In Psal. 131

Lupus est homo homini non homo. In Asinaria.

Tales miseriæ igitur, & pericula, ex nostra ortum ducunt ambitione, quæ nisi extincta, nunquã regreditur animi quies. *Augustus non desijt sibi quietem precari & vacationem à Republica,* ut testatur Seneca. & Antiochus cum pacis fœdera à Romanis accepisset, illis retulit gratias, eo quod sui Regni cũ minuissent terminos, animi quoque molestias adimissent. & Iulianus Cæsar, cum initio imperij bello Gallicano animi in angustias incidisset, dixisse fertur, *Nihil se amplius esse assecutum* De Breu. Vitæ. Vale. 4. c. 1. Paul. Aquil. lib. 11.

cuiusm priuet Cæsaris dignitatem, nisi quod occupatur viuere.

12 Quapropter nō nocēt istæ dimissiones quæ à muneribus publicis, sed medentur animo nocendi specie. cum ægrotum ambitione corrigant, detegendo morbum. ratione efferatos affectus componimus hónorum; nec ultra terminos prosilire permittimus. alioquin in abruptas deducemur molestias, solum soluendas, & consopiendas morte. Quod si tale pharmacum animi, ut par est, prudenter assumamus, certo erit tranquillitati locus. nam ueluti capitis dolor non sedatur aurea corona, sic nec magistratu irrequieta, & insatiabilis animi nostri ambitio. nam harum dignitatum usus non confert ad placidè transigendā vitam, sed ut nunquā simus uacuituri, & perenniter torqueamur ueris, falsisque insidiarum suspicionibus. cum illa munera sint sollicitudinum initia, inimicitiarum scaturigines, inuasionum hostilium opportunæ causæ, & crebriores odiorum segetes.

13 Quod si quis probri loco obiecerit, nos à dignitate excidisse, respondeamus ex sententia Plutarchi, splendidam esse nostram fortunam, cum inter assentatores non cogamur potentioribus parasitari, vel in gratiam fortunæ quandoque adulari. Vel asperitate fortunæ fuisse euersos, quæ non modo in imperantes furit quin etiam euertit imperia. vnde Tacitus, *Magnum documentum instabilis fortunæ summa etiam miscentis.* Vel verius, ut Valerius asseruit, *Nihil concupiscentes omnia habere.* Vel efficacius nos viciſſe; cum in maximis comitijs constiterit improbitate iudicis, non fœditate morum abdicationem magistratus molitam fuisse. cum fortunæ sit munus dare honores, mereri vero, virtutis. Addamus quod ex maximo emersimus periculo deserto statu, cui insidiantur odium, timor, inuidia, ira, ingratitudo, & insectatio. quibus flagitijs cum simus impares, non sentiemus contra nos infestas manus amicorum. nam horum doli sunt verè doli, occultantur enim amicitiæ specie. ideoque peritè dicebat Alcibiades, *Scio huiusmodi homines, qui propter suas virtutes ac dignitatem, magnificè de se sentiunt, & alios alicuius rei splendore antecellunt, quamdiu viuunt, inuidiæ præmi. primo à suis paribus, deinde vero ab alijs, quibus cum versantur, & viuunt.* Quod cum contingit miserrima est conditio. tunc optamus lucis tędio noctem fieri, & rursus tenebrarum impatientes aduentare diem, nobismet ipsis effecti molesti. *Cum nulla vis tanta esse possit, quæ præmente odio, & metu, possit esse diuturna*, vt ait Cicero. Adde quod tales in aliorum viuunt arbitrio. vnde Agamenon dicebat, *Vitæ nostræ dominam multitudinem sortiti sumus:*

De Tranq.

Hist. 4.

Val. 4. c. 4.

Tusc. lib. 6.

Offic. 2.

Homerus.

Digitized by Google

mus: turbaque inseruire cupimus. & Antigonus dicebat, vt Elianus refert, *Regnum nihil aliud esse, quàm nobilem seruitutem*. vt Magistratum est irrequietum, & periculosum famulatum. Variarum Hist. lib. 9.

Itaque detecta vanitate tui mœroris, Amice, tunc demum, vt tecum loquaris, & dicas, necesse est, mihi met ipsi graue impositeram onus, falsa deceptus opinione. cum muneris abdicationem libentissime ferre debueram. (saltem vt discerem dominantis Dei imperia suscipere humiliter,) licet mihi impossibile toleratu videbatur; cum ex earum rerum genere sit, quod sola opinione constat esse vtile.

Nam re vera his priuari magistratibus, est omnino simile tragicis fabulis, quarum sola spectra sunt luctuosa. nam etiam pueri contrectatis laruis, quas prius refugerant, animaduertunt falsa fuisse territos opinione. hinc sicuti eadem ciuitas vni est exilio, quia egredi ex illa non potest, alteri vero quia illam ingredi non valet, ita & magistratus causa mœroris est, vel quia quis illo abdicatus est, vel quia summis votis expetit. vtroque tamen carebit malo illum aspernans. ideo vt refert Plutarchus, Metrocles hyemans in doliis, & æstates agens in vestibulis delubrorum, Persarum Regem in disputationem vocare ausus est, quis illorum esset fœlicior. cui certè victoriæ palma erat deferenda, cum desideriorum parsimonia abundè illis suppeditabit quietem. Philo refert quendam ex priscis sapientibus, cum nobilem apparatum pompæ spectaret, ad amicos conuersum dixisse, *Videte amici, quàm multis rebus opus non habeo*. & tamen solo tegebatur amictu, nihil concupiscens nihil egebat. ergo concupiscentijs pernicioſa est quies. auersio vero maximopere salutaris. O quàm sapienter ait Horatius. Nũ improbitas, &c. De plantatione Noę.

Beatus ille, qui procul negotijs,
Vt prisca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet suis.
Solutus omni fœnore.
Neque excitatur classico miles truci.
Nec horret iratum mare.
Forumque vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina. In Epodo.

Quod si grauiter fers damnum honoris atroci partum scelere. si hoc intimè prospexeris, hunc noscens secundum flatum esse, te ad salubriora, & potiora impellentem studia. nam sublatis noxijs occupationibus fortuna (veluti soluta mercede) nos sapientes efficit. ita naufragio bonorum, Zenonem ad philosophiam transduxit: & ad eamdem adegit Diogenem, exilio. 14

exilio. Et Iezabelis improbitate in solitudinem actus Elias prius in torrentem Carith, deinde in montem Oreb longo per desertum itinere, & ieiunio confectus, Deum videre, Deum alloqui meruit. & prius Moyses Regis timore ab opulentissima Regia domo se proripiens, illa tebransque se in Arabiæ saltu, quasi omnibus temporalibus abdicatis, in Ducem eligitur à Deo sui populi maximis miraculorum ostentis. & te abdicatione magistratus monuit, vt ad cœlum aduoles desertis sarcinis caducarum rerum. etenim anima Deum amans ad cælum euadit. sumptisque alis sublimia petens, libat bona inexpugnabilis Regni Dei. Licet interim ex materia ex lucubrationibus maiorem gloriam adipisci potes. an extingui posse credis à præsenti potentia, quæ à præsenti commendari possunt seculo, & à futuro? *Suum cuique decus posteritas rependet*, ait Tacitus. & certum est ingenij præclara facinora esse expertia mortalitatis. & ita mortuus perenniter viues. & *Vnum est nobis insatiabiliter appetendum, prosperam nostri memoriam*, vt monebat Tacitus. Ergo errabas arbitrans magistratu opus esse ad gloriam. cum ab illo etiam literario otio priuamur. à quo verior oritur decus, & mentis quies. cum per literarum monumenta æternitati consecrari quis possit, & eximi ab obliuionis iniuria. Igitur vt ait Seneca.

Annal. 4.

Annal. 4.

Stet quicumque volet potens.
Aulæ culmine lubrico:
Me dulcis saturet quies,
Obscuro positus loco
Leni perfuar otio.

In Thyest.

Sola sapientia arcet mala, liberum efficiens hominē. Caput XXV.

COmpertis itaque oneribus, periculisque publicarum administrationum, quas semper dire infectantur odium, inuidia, & ambitio, consequens est, vt composita nostra cupiditate animum reuocemus à vulgaribus opinionibus, ex monitu Pythagoræ dicentis, *Per publicam viam ne ambulato*. non quasi per deuias rupes, & inaccessa montium iuga sit nobis discurrendum, ne cœterorum teramus vestigia; sed ne sectemur vulgatas populares opiniones. quæ omnino absunt à statione sapientiæ, Vulgus enim irritamentis ducitur concupiscibilium. quod est in causa, vt veram, intimamque rerum notitiā assequi non possit. habet enim mentis oculos hebetatos,

Pythagor.

& fusso-

Digitized by Google

& suffosos errorum caligine. Quapropter perstricta mentis acie in tenebris degens, reputat similia mendacijs ea, quę suadentur ab intuentibus vera. idcirco perite dicebat Seneca, *Argumentum pessimi est turba.* ex vsu bona existimans, non ex natura rerum, temporalia solummodo prosequitur. quæ vero de æternis bonis à sapientibus dicuntur, aut de virtutum præstantia, similia spectris reputans desidet. veluti delirans ægrotus non admittit salutaria pharmaca, sed solum suauia palato. ideo imprudenter victitando morbum augens, sibi mortem asciscit. Quo circa qui constanter sunt complexi christianam pietatem, dictum Pythagoræ, quasi oraculum venerantes, custodierunt. etenim hoc ipsum prius sanciuerat Deus, *Ne sequaris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio acquiescas plurimorum.* etenim non in suffragiorum numero, sed in sapientia decernentium stat verum iudicium. unde Tacitus de popularibus loquens ait, *Illi non iudicium, non veritas, Cum ex opinione multa, ex veritate pauca iudicet,* ait Cicero. & Augustinus, *Nequeunt oculi assueti tenebris, sūmæ veritatis radios intueri.* De Beata vita. Exod. c. 23. Annali 1. Pro Roscio

Quid quæso magis apud populares est decantatum, quàm quod beata vita constat voluptatibus, lucris, & dominatione? harumque rerum vbertate vita traduci beata, & fœlix? enimuero quo minus quis aliorum eget ope, eo propius assimilatur beatis. hinc cum ipsis omnia sint peruia earum rerum opulentijs, abundè sensibus grata suppeditare possunt. nam horum vsi contubernio à prima luce, ad extremum vsq; diem cogimur integros eos seruare. idcirco, qui illis abundant bonis, suscipiuntur ab omnibus, veluti à beatorum descenderint sedibus: beaturi cæteros sua consuetudine. qua ratione certatim homines se ad illorum famulatum insinuãtes, inter prospera reputant, benigno ab eis respici oculo. munera expectantes, & expostulantes quouis vili famulatu, veluti coaxantes ranæ hiantiore in coenosis locis præstolãtur pluuiam æstatis tempore. Solilo. c. 34

Quapropter nemo istorum lethalia esse illa arbitratur. cum tamen adeò est lethifera earum rerum conditio, vt mortalium omnia errata ad ista redigantur, veluti ad scaturigines omniũ delictorum. quod monens D. Ioannes ait, *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Quarum rerum amores animi sunt sordes, à quibus quanto quis est purgatior, tanto perspicacius intuens penetralia veritatis, auersabitur hos populares errores. Nam quosdam videas captos alicuius meretriculæ amore, aut alterius rei concupiscibilis, alios nunquam expleri diuitijs, sitientes sem- 1. Epist. 1. c. 2

Digitized by Google

tes semper ea, quæ rigatum siticulosiorem efficiunt. alios languere molestissima passionum ambitione aduersatrice tranquillitatis quarum omnium rerum, & errorum causa est ruditas noxia, & cæca ignorantia, quæ insidias deprehendere nescient, proteruè graditur, etiam monita, per hæc miseriarùm itinera.

2 Voluptas etenim suas præstigiosas delicias offerens sensui, cum ad assensum voluntatem deduxerit, mortem infert animæ, omni corporali plaga deteriorem. sensibus interim nuntijs vtitur illa, per quos mentem allicit, quibuscum familiarissimè vixerit, facillimè ad assensum deducitur; ne saltem molesta appareat amico corpori. nam eiusdem ministerio sensibilium recipit imagines, per quas pellecta inseruit amoribus. talem, tantamque suadelam multoties adhibet voluptas, suauissima ostentando simulacra voluptatum, vt nullam prorsus patiatur repulsam. quâ de causa nefarij cum improbitati assueuerint, ad pessima traducuntur & impudica omni minimo impulsu. vnde Hieremias ait, *Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.* subacta misera mente à voluptate, ex regina efficitur subdita, serua ex domina, exul ex ciue, & ex ingenua infamis. ita Silius,

Hier. c. 13.

De bello Pun 5.

Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.

Annal. 11. enimuero labes Veneris semper probrosa. *Animo per libidinem corrupto nihil honestum est*, vt dicebat Tacitus. idcirco inuerecundè damnat omne honestum, atque modestum. Ita

De Consol. 3. pro. 7. *Omnis eius appetentia est plena anxietatis*, vt monuit Boetius. *Satietas vero pœnitentiæ.* Nam homo ijs mancipatus efficitur petulans, probrosus, effœminatus, & inuerecundus.

3 Lucri verò amor, & diuitiarum tantam injcit mortalibus sui sacram famem, vt nec quidem fodinis Peruuijs possit expleri, si vastus est animus. (hinc solius Dei possessione quieuit) à finitis rebus eius fames expleri non potest. quare sua auiditate miserè torquetur. quam nec natura, nec fortuna, se dare possunt. & ita suis seruiens malis, sibimet parat perniciem. nam qui tali laborant ægritudine omnia consuescunt habere venalia, vt fidem, vt iustitiam, vt pietatem. quod ita expressit Propertius,

Prop. 3. Eleg. 13.

Auro pulsa fides, auro venalia iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Suum itaque cuique lucri desiderium, maximum est delinquendi incentiuum. ideo priuatæ res non solum traducunt hominem à iusto, & ab honesto; *Sed semper offecere, & officient publi-*

Liu. lib. 22.

Digitized by Google

publicis consilijs, vt dicebat Liuius. etenim vt dicebat Varro, *Aurum perstringit oculos*. qua ratione Thebani ad gubernationem non admittebant eum, qui per decem annos non abstinuisset à mercatura, vt refert Philosophus. sunt enim tales inclinatione, & assuetudine auari. ideo parum generosum est illud vitæ genus, nec affine virtuti. quæ conditio auctoritatem minuit in publica persona: & efficit, vt multi non vereantur illum innadere muneribus, vt abducant ab æquitate. Et quotos quæso insatiabilis auri fames raptat per terribilem oceanum? desertaque propria domo, & familia, transmarinas adeunt illi regiones, & peregrinantur in hospitales terras, & temerario ausu se committunt barbaris? quod auderet nemo pro salut suæ Reipublicæ, nec quidem pro incolumitate animæ. & tamen illis non raro contingit vt pyratarum, aut prædonum latrocinijs ad extremam redigantur pauperiem: vel à voracibus vndis absorbi vident merces, quas summo labore, & maximo periculo, nec minori temporis decursu acquisiuerant. quamobrem diuitiarum loco pauperiem, lætitiarum loco lachrymas, & captiuitatem loco honestarum facultatum assequuntur. idcirco in inimicas terras, inter sordes, & pauperiem, barbarorum inclementijs vexati animam efflant. Adde quod illis bonis prius inhiantes, erant non dum inexplebiles, sed impostores, sed fallaces, sed fœdifragi. Var. in Fra.

Poli. 3. c. 3.

Nec minora damna parantur homini à superbia, & ambitione. nam immodici spiritus ardor, aut acer appetitus honorum hærens animo, quid non molitur etiam difficillimum? quid veretur etiam sanctissimum? quid timet euertere, etiam summa religione custodiendum? scimus per ambitionem (ciuilium bellorum causam) plures Romanos ciues fuisse consumptos gladio, quàm quos cæteri interfecerunt populi, vt sua tuerentur iura. In bello ciuili Syllano, vt cætera prætereamus, centum quinquaginta millia Romanorum cæsa sunt, absque innumeris totius Italiæ populis, vt refert Paulus. Insatiabilis ira Syllæ, quasi inexplebilis venter omnes ciues consumens, semperque esuriens, miseram reddidit Rempubl. vnde Catullum illi dixisse fertur, *Cum quibus tãdem victuri sumus, si in bello armates, & in pace inermes occidimus?* de quo loquens Tacitus ait, *Sæuissimus Sylla victam armis libertatem in dominationem vertit.* & Cicero ad Atticum scribens de ambitione Cæsaris. & Pompeij ait, *Dominatio ab vtroq. qua sita est, non id actum vt beata, & honesta ciuitas esset, sed genus illud Syllani regni appetitum.* & ad eundem. *Quorum vtrique semper patriæ salus, & dignitas, posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit.* & Tacitus ibidem;

4

Paul. Aqui. lib. 5.

Hist. 2.

Ad Attic.

Digitized by Google

Pompeius non melior, sed occultior.

Euripides. In Fragm. Quo circa iure dicebat Euripides, *Ambitionem pessimum esse numen in ciuitate.* quia teste Sallustio, *Vna, & ea vetus causa bellandi est, profunda cupido imperij, & diuitiarum.* Annal. 15. etenim vt dicebat Tacitus, *Sua retinere priuatae est domus, de alienis certare regiam laudem esse.* Ita cæcutiens multitudo arbitratur, & censet; cum nullius habeat veræ sapientiæ gustum. nam ambitio est futile bonum, secretum virtus, pestis latens, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, tinea societatis, excæcatrix cordium, vt dicebat D. Bernardus. ex In sermo. de Quadra. his liqueat, quo dissidio differat popularis opinio, à sapientis oraculo dicente,

Gerg. 1. *Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.*

nam primitus homo insidiosus efficitur, contentiosus, & contumax; & adepto dominio redditur audax, iracundus, ferus, violentus, & implacabilis.

Meretriculo lenocinio primariæ istæ passiones inuncant hominum animas. nam prima pro munere, lasciuo obtutu vibrat amores. secunda vero ornatu diuiti mortalium cupiditatem accendit. altera vero erigit mortalium spiritum suo magnifico incessu. nam prima, (quæ æternæ mortis est venabulum) pretioso, floridoque amicta palliolo, fracto incessu præ mollitie, ambulans cincinnatula, spirae vnguentis, floribus redimita. secunda vero vestibus auro, gemmisque intextis suas ostentans diuitias, (mortalium irritamenta) spectantium amorem nititur adipisci. tandem altera purpurissata coronam gestans, & sceptrum, elata ceruice magnificè intuens, cœterorum animos studet accendere ad imperandi cupiditatem. omnes istæ sunt prodigæ suæ fucatæ venustatis, vt venentur amatores. quare omnes allicere conantur spectantes præuia lasciuia, magis assueta ad decipiendum mortales. quibus sic ait illa.

Id omne, quo misera vestra vita tuetur, hilarescit, & effertur, apud nos est. nec quicquã desiderabile concupiscere potestis, q nostris thesauris abundè uobis, vestrisq; inopijs non possimus subministrare. idcirco vnusquisque vestrum depromere potest delitias suo arbitrio, quas maximè sibi cordi esse nouerit. patet enim nostri ærarij aditus nostra concupiscentibus bona; tanta sumus erga vos miseros mortales miseratione commotæ. ideo cũ nostra clemẽtia vobis omnia sint exposita, quodcumq; concupieritis potiemini, voluptatem, aurum, dominatum; quæ vitam voluptatibus onustam, opulentiarum illustrem, & delinitam suauitate imperandi traducere facient. securitatem his assequemini, laborum fugam, & cœterorum certatim obsequium. an vestræ fœlicitatis eritis inuidi, & nostræ liberalitati

Digitized by Google

tati ingrati? an præferetis exosam pudicitiam amabili hilaritati, quærulam pauperiem diuitijs, & abiectam seruitutem venerandæ potestati? an hanc lucis vsuram tetrici, egentes, & abiecti, traijcere vultis? Viuentium sunt ista, quæ larga manu proferimus, & effundimus vsque ad extrema vestra funera. in quo quidem curriculo per nos licebit, vos vesci fructibus nostrorum virentium arborum: & quo magis eos carpetis, eo erunt feraciores. immo quo frequentius vtemini, eo vos suauius nutrient. ne itaque vestra pigritia careatis tam nobili, fœlicque apparatu, (quo morituroru profligantur ærumnæ) nostram amate stodiosè consuetudinem, cum simus curatrices, & expultrices humanarum calamitatum.

Quis suaui splendidoque harum mulierculariu aspectu se decipi non patiatur? quis ad talem, tantamque copiam donorum, ostentatis, oblatisque muneribus non accendatur? cum nihil magis expetant mortales, & assequi contendant votis, & laboribus? Ille solus harum euadit insidias, qui vero lumine eas intuens, nouerit has meretriculas ascititio cultu, magicoq; artificio demulcere mortales, & captos decipulis tradere perpetuæ seruituti. nam ratio non assueta famulari sensibus nouit has nugatrices esse, & scenicè ornatas, quæ blanditijs aggredi solent homines, deinde obruere miserijs. quare illarum adulterinas suauitates aspernans, irritas efficit earum suasiones, & stimulos; monita à christiana philosophia, quæ aspectu decoro, & vulto graui, sensatisque verbis, magnifico habitu, sic instruit, & monet animum.

Meretriculæ istæ inuerecundæ velim ne tibi imponant. cum inter artes harum sit, animi infringere virtutem, vt per imprudentiam deceptus lethalia eligas prosalutaribus. & sic tibi mortem conscisces æternam per temporale vitium; & inops veri consilij reijcias honestissimas res, & cœlestes virtutes, etenim totus istarum apparatus futilis est. hinc animum inanem spe anxia implet, & excruciat deinde saltem feruida cupiditate. quo circa nihil veri continet, nisi solum, quod verè malum inferat. nam voluptates suspiciones inducunt, & turpitudines; diuitiæ sollicitudinem, & fraudem; superbia seditionem, & perfidiam. quamobrem etsi illæ delectent aspectu, & aures mulceant promissis, te irritant potius, quàm sedant, cruentant non sanant, interimunt, non viuificant. etenim uitia, quibus gloriantur, non tibi quietem inducunt, sed auferunt. & ita quod auditu iucundum erat abundè retulerunt; silentio tegentes innumera mala, quæ ex illis emerguot. cum facillimè quemuis exterreant ab illorum complexu. omniũ temporum experientia constat, lasciuiam semper esse obnoxiam

insa-

infamiæ, auaritiam ad omne nefas traduxisse mortales, superbiam, & ambitionem suos assectas effecisse arrogantes, & vafros. ideo,

Seneca in Thiest. *Vt nemo doceat fraudes, & sceleris viam.*
Regnum docebit.

Itaque falluntur, quibus tales imponunt. perdere norunt istæ mulierculæ, nesciunt fœlicitare, & iure dici sic potest, lethales esse fructus, quos istæ deceptrices, & falsiloquæ uobis blandè ingerunt. nam vt vestras cupiditates semper excitent, semper virescunt; vt nunquam potiamini. nequaquam maturescunt. quare earum rerum cupiditas torquet insipientes ad extremum vsque spiritum. nec quicquam talia possidentibus euenit, quàm ex voluptate mollities, luxus ex diuitijs, & ex dominatu tumor. & quidem hoc patet ex incessu, habitu, & muliebri ornatu. hinc malle cum his bellum potius, quàm pacem, erudiri est animi. nam vt quis earum est impudicior, est procacior. Verum si quis me in sui contubernio admiserit, cõperiet instructus, eum mente ægrotare, qui ad illas deflexerit. qua ratione ab illarum cauebit pernicioſa amicitia, & insalubri consuetudine, itaque apud illas sint voluptates, diuitiæ; animique tumores, apud te vero decus, & morum sanctitas.

Non itaque per publicam ambulandum est viam. cum sæua illa monstra, & fœda, blanditijs studeant homines ad vitia inducere, qui non corpore, sed animo imbecilles reiectis salutaribus cõsilijs noxia sequuntur. Si corporeis afflictarentur morbis, sanitatis desiderio se præceptis committerent medicorum; at quia illarum profanarum meretricularum terunt vestigia, eos piget morbos animi pellere; cum eius nulla sit cura, nec sollicitudo. quare aures auertunt à monitis; ne illata luce veritatis cogantur priora studia detestari, & aspernari ea, quæ singularibus sunt prosecuti studijs; in quibus non solum temporis fecere iacturam, sed bonorum animi, contrita via prauorum affectuum per incogitantiam. cum leui ponderatione animaduertere poterant, earum mortiferam conditionem esse. idcirco qui istarum sunt labe infecti, quia reiecerunt sapientiam omnium rerum precioſissimam, (à qua sola libertas impartitur,) illis non laus debetur, sed infamia, sed pœna, sed seruitus.

7 Est enim duplex seruitus, (vt in nostro proposito argumento reuertamur) quædam corporis, & quædam animi. corporibus dominantur homines, vitia vero animis. simili ratione, quædam dari libertas corporum necesse est, non subdita potentioribus, & quædam animi, nullis prauis passionibus obnoxia. de priori seruitute non est cur differamus; cum constet

aduer-

Digitized by Google

aduersante fortuna nullum fuisse hominum genus, quod non perdiderit quandoque libertatem. Caius Cæsar inter initia suæ pubertatis Asiam nauigans à maritimis prædonibus exceptus ab eisdem se redemit pretio soluto. Baiazetes superatus bello, & captus à Tamberlano per totam Asiam, ac Syriam circumductus est in ferream caueam, donec caput allidens caueæ ex cessit è vita: videns suam mulierē propbrosè denudatam illius Barbari Regis deseruire mensæ. Nā etsi præ timore serui quādoque fugiunt dominos; & præ odio viri mulieres; & præ pudore amici amicum (si interuenit offensa.) nemo tamen sponte fit seruus, nisi impulsrice christiana charitate. quod opus excellentis amoris edidit Paulinus Nolanæ Ciuitatis Episcopus, voluntariè se barbarorum seruituti tradens, vt cuiusdam viduæ redimeret filium. cum cætera impendissent, vt alios eximeret à tali seruitutis iugo.

Vale. lib. 6. cap. 11.

Iouius de rebus Turcicis.

Hanc libertatem in sapiente non asserimus, sed illam, quæ vitæ innocentia constat. *Nam sapientia est laudabilis vita, & apud Deum pura mens. per quam puri puro, & sancti sancto iunguntur*, vt docuit Nazianzenus. enimuero si sapientis est munus ordinare ea, quæ sunt ad finem, & hominis finis Deus est, sapiens ille erit, qui Dei parens iussis, sic instruit vitam, vt hoc summo potiatur fine. Qua de causa omne peccatum abijciens, fugiensque peccandi occasiones, perenniter laborat magis, ac magis illi conciliari. sciens, quod virtutibus est incongruum, sibi magnopere officere. qua ratione sibi vendicat libertatem, cauens à noxijs animæ. quod his rationibus erit conspicuum.

8

In Apolog.

Eodem vitæ instituto, quo Dei adipiscimur amicitiam, libertatem consequimur. nam si Regum munificentia, immunitas à tributis, ingenuitas à seruitute libertas, solitum est amicis tribui, qui pro Regis gloria strenuè nauarunt operam, à munificentissimo Deo similia cumulatius non assequentur? si ingratitudo dedecus est mortalibus, certè turpior esset illi, cuius thesauri nulla erogatione deficiunt, immo erogatione succrescunt: at qui Deum sequuntur (non quidem corporeis gressibus, nam ita nusquam, & nunquam poterunt, sed pietate animi, & innocentia morum,) eius constituuntur amici. (sic inter Deum & hominem oritur, & virescit amicitia.) Hinc deducitur necessario virum pium liberum esse, cæteros vero seruituti mancipatos.

Primum Argumen.

Ideo sapientes cum decreuerint deliberatione constanti diuinis mandatis famulari, quasi perempta fragilitate fatentur palam, se non posse illa transgredi. ideo dicebat Ioseph mulieri suadenti facinus, *Quomodo possum hoc malum facere?* de-

Confirm.

Gene. c. 49.

uicta

uicta voluntate glutino amoris cœlestis, idem videbatur illi, fieri non deberi, ac fieri non posse, ob reuerentiam diuini Numinis, ob beneficiorum memoriam, ob metum diuini iudicij. nam ijs omnis anima prudēs furentium sensuum temeritatem compescit. Ex aduerso impij nequitijs assueti ab improbitatibus abstinere existimant impossibile: adeò peccandi in quibusdam inualescit consuetudo contra animi libertatem, vt cogantur quodammodo deseruire prauis consuetudinibus. at nisi se dederet ratio sensui, neque temerari, neque excindi posset ab eo; sed dedita, vel capta ratione, cogitur misera mens conflagare, & deseruire audacibus passionibus. ideo Aristoteles vocat Sapientiam humanæ vitæ gubernatricem. ab hac enim appetitus animę sentientis quodammodo efficitur rationalis. quapropter temperantia in concupiscibili, fortitudo in irascibili sedem habet.

De Rhet. ad Ale. c. 1.

Ethi. 1. c. 13

Secundum Argumen.

Ciuitatē tunc seruitute opprimi dicimus, & tyrannide, cū paucorū subiacet imperio: è contra vero, si suis legibus viuat, liberam appellamus. at talis est ratio in homine, qualis lex in ciuitate, talis tyrannis qualis dominatus vitiorum: idcirco cū sapientes legum statuta sequantur ductrice ratione libertate donati sunt: reliqui vero à fœdis passionibus subacti illarum subiacent iuri. enimuero *Sicuti qui facit peccatum seruus est peccati.* ita qui auersantur facinora, *Verè liberè erunt*, vt apud Ioannem Dominus docet.

Ioann. c. 8.

Confir.

Quamobrem liber est, qui inhiberi non potest. talis est probus nihil appetens legibus aduersum. à quarum custodia arcetur nemo, sed excitantur omnes premijs; at improbi ab improbitatibus compescuntur omnium legibus. qua de causa serui sunt non liberi.

Confir.

Ita diuina lege comparatum est, vt deterius potiori deseruiat, illique deferat principatum. qua de causa Iacob decussatis bracchijs iuniori dexteram imposuit, sinistram vero maiori. nam nouerat illustratione diuina iuniorem exactiori studio culturum virtutes, à quibus libertas oritur, & principatus, sicuti seruitus ab earum dem inopia.

Gen. c. 48.

Tertium Argumen.

Cuius est ius dicere, eius est dominari. sed si instituendi, corrigendique essent mores ciuitatis, aut Regni, equidem nō cōmitteretur nisi probis, tanquam arte peritis, improbi arcerentur veluti huius disciplinæ ignari. itaque cum ius dicere sit dominorum, soli probi sunt liberi, cœteri serui, quia mandata suscipiunt. Hinc peritè ait Aristotiles, *Cuius animo natura vim ad prospiciendum, consulendumque alijs tribuit, id natura præstat natura imperat.* igitur sapiens natura Dominus. & alibi cum docuisset ciuitatem non constitui communitate loci, sed com-

Confir. Poli. 1. c. 1.

Digitized by Google

sed communitate benè agendi infert, *Quicumque tales plus conferunt ad huiusmodi societatem, his plus iuris competit in ciuitate.* at soli probi morum honestate hoc præstant, hinc hi plus iuris in ciuitate habent. quare amatori virtutum ius primogenituræ deberi asseruit Iacob dicens, *Benedixi eum, & erit benedictus.* vt dicemus capite 30. Patet itaque libertatis munus esse potiorum pietate, qua etiam cæteris natura emineré debent: & præesse cætibus ad communem vtilitatem, cum reliquorum malitia nullius boni vsus esse possit. Quare dicebat Aristoteles, *Vir probus, quia præstantior est, ideo est dignus principatu.* Polit. 3. c. 6. Pol. 3 c. 18.

Caprarij capris præsunt, bubulci bobus, ouibus pastores; ab his enim deducuntur ad pascua. quæ animalia nunquàm suis Ducibus præsunt, sed pasci opus habent, non alere suos Rectores. at vulgus non est dissimile pecori, cum doctrina syncera alendum sit, inculpatis moribus, & salutaribus institutis, quæ talia in solis sapientibus inueniuntur: nam improbi profanis amoribus vacant, lucris, & cupedijs. quo circa quia Pij pascunt, præsunt; & quia dirigunt, dominantur illis. ideo cum dominorum sit libertas, seruitus vero eorum, qui alterius indigent ope, isti sunt serui, illi vero liberi, & domini. Quartum Argumen:

Quamobrem ex eo q̃ sapientes non subiacent vitiorum tyrannidi, sed connatis monstris affectuum reluctantes dominantur, syncera potiuntur libertate: sceleśti vero cum prauarum passionum distrahantur illecebris, innumeris heris seruiunt, protracti ab imprudentia ad obsequium vitiorum, à quibus misere abripiuntur ad æternum interitum. etsi interim quis sceleribus famulans, vt ait Boetius, Confir.

Non facit, quod optat ipse,
Dominis pressus iniquis. De Conf. 4 met. 2.

Hæc est turpissima seruitus. nam & voluntate ascitur, nec aliquando salutaris esse potest. sicuti corporea seruitus quandoque captiuo prodest. & hanc præcabatur Isaac filio suo Esau dicens, *Fratri tuo seruies.* Vir ille optimus vtilissimum iudicabat propter intestinum bellum vitiorum Esau, vt præstantiori seruiret, à quo disceret compescere tales tumultus. idcirco commendandi sunt improbi bonis; ne in sua constituti potestate in deterius labantur. etenim viri sapientia est stulto pharmacum. vnde Iuuenalis. 9 Gen. c. 27.

Paulatim vitia atque errores exuit omnes Saty. 13.
Prima docens rectum sapientia plurima fœlix.

à qua (etsi seruituti maximè sit obnoxia anima) libertati restituitur. qua ratione dicebat Isaac, *Tempusque veniet cum* Gen. c. 27.

Digitized by Google

excutias, & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. cognita enim vilitate talis subiectionis, facile quis horrens vitiorum consuetudinem, sibi libertatem parat à tali seruitute. honestius enim tyrannorum dominatus toleratur, quàm nostrarum passionũ: cum ille etiam quandoque paratur fortunę libidine, hic vero solum ascitur à prauitate animi, & insciția.

Quintum. Argumen.

Addamus tandem doctrinam D. Pauli, quæ illustriorem efficit veritatem, vt nulla sit ratio dubitandi. Quisquis nullius legis sanctione obstringitur liber est, cum leges sint veluti compedes libertatis humanæ. sed teste D. Paulo, *Lex non est*

Timoth. 1. cap 1. 10

imposita iusto, sed iniusto; sequitur inde necessario, vt probus sit liber, prauus autem sit seruus. Neque ita interprætandus est D. Paulus, vt perperam à quibusdam impijs vsurpatur, probos nullius legis obligatione teneri. vt huius oraculi prætextu,

Matt. c. 19.

omnia illis licita sint. cum omnibus sit edictum, *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* nam per horum custodiam, cuique datur æterna merces. sed quia ipsa legum obligatio, non tam ab alijs est imposita, quàm ab illis benignè susceptа; non tam oblata à Deo, quàm quæsita ab ipsis. cum è cõtra improbi seruili animo se dedentes mortiferis affectibus, reluctando mandatis, serui fiunt legum: cum illarum timore solum, quãdoque se continent ab improbitatibus. at iusti, sancta charitate illorum dilatante corda, liberrimo animo currunt viã mandatorum Dei.

Quapropter non imposita videtur lex, sed ab ipsis quæsita.

Gala. c. 4. Ioann. c. 1.

idcirco dicuntur liberi. *Qua libertate Christus nos liberauit*, vt dicebat Apostolus. non modo quia *Gratia per Iesum Christum facta est*, vt docuit Ioannes. ideo dicebat Augustinus,

De Gratia Xpi c. 19. De Conti. cap. 3.

Lex Moysi data est, vt gratia quæreretur. gratia data est, vt lex impleretur. & alibi, *Sumus sub gratia, quæ id quod iubet facient nos amare, potest liberis imperare.* & alibi, *Per legem cognitio peccati, per gratiam sanatio animæ à vitio peccati.*

De spi. & lit. c. 19.

quæ libertas vocatur ab Apostolo dicente, *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* nequeunt enim commune contuberniũ habere gratia, & peccatum. Sed quia se se obtulit Patri in ara

Gala. c. 3.

crucis *ad multorum exhaurienda peccata.* Qua ratione ad Romanos scribens ait, *Liberauit nos à lege peccati.* A quo ipsa

Hebr. c. 9. Roma. c. 8.

corporea seruitus est inducta, vt differuit Chrisostomus de Cain, loquens ita, *Peccata ablata libertate iugum illi vilissimo seruitutis imposuit. vnde postea seruitus sumpsit exordium.*

In Gene. Hom. 19.

& Augustinus, *Nusquam scripturarum legimus seruum antequam hoc vocabulum Noe iustus peccatum filij vendicaret. nomen itaque istud culpa meruit, non natura.*

De Ciu. 19. cap. 15.

Sapienter itaque à Philone dictum est, Vt noui testamenti auctoritas, veteris consta-

Digitized by Google

constabiliatur figuris, *Ideo leuitarum ciuitates erant immunes, quia Dei cultor libertate sempiterna fruitur*: vt perenni grauatur seruitute impius, De sacrif. Abelis.

Itaque qui expetens libenter rationis accipit imperium, acerbissimum dominium sensuum deuitat, remorsum conscientiæ, ciuium reprehensionem, animaduersionem legum, Dei iram, & mortem æternam. iste omne malum moris auersans, etiam indifferentia non vult attingere; ne pellectus proponderet ad fragilia propter naturæ imbecillitatem. sciens nullam esse veram iacturam bonorum, nisi amicitiæ Dei. Qui cum immemor esse non possit suorum amicorum, semper eos tuetur singulari patrocinio. gaudens ijs præsidere, qui inculpatè viuẽtes, eius inuocant auxilium. Et hi re vera liberi sunt suo vacantes negotio, adoptioni nempe fœlicitatis æternæ. serui vero aliena negotia peraguntsicuti qui famulatum præstant sensibus mortalitate damnatis. Priores semper lætantur. quia vt docuit Aristoteles, *Est inenarrabile quantum ad voluptatem interfit, cõsiderare aliquid esse prõprium sui.* ita sunt piæ actiones, quarum præmium est Dei regnum. Verum illi vera pace carent; scientes pernicioſa mentis cæcitate se prosequi temporales suauitates, quibus æterni parantur cruciatus. Quare nihil fœlicius prioribus, cum sui gratia operantes, verum stabilemque adipiscuntur finem. nihil miserius posterioribus, qui cum sui non sint compotes, alterique famulantes, non aliã recipiunt laborum mercedem, quàm inconsumptibilem mortem. nam veluti quicquid pretiosum, aut suaue, aut redolens sit, & ventri ingeretur, mutatur in excrementum; ita omnis turpis voluptas desinit in miseriam. vnde Boetius, Poli. 2. c. 3.

Cum falsa graui mole parauerit,
Tunc vera cognoscunt bona. De Consol. 3 met. 8.

Quamobrem asserta veritas, siue libertas, non in voluptatũ affluentia, aut bonorum copia, aut maiestate dominij est (nam hæc subiacent interitui) sed in puris animi virtutibus, quasi qui imitatur, & colit, sapiens est. ordinat temporales tunc actiones ad perennem fœlicitatem. etenim sicuti priora quandoque perniciem afferunt lachrymabilem; ita virtutes Dei amicitiam; in qua vera est libertas, & fœlicitas. dicente Aristotele, *Dijs beata tota vita est, hominibus eatenus, quatenus similitudo quædam cuiusmodi operationis in ipsis est.* Ad Nic. 10. cap. 8.

Nec velim vt existimes, Amice, sapientum exiguum esse numerum. quod etsi adhuc esset. rerum ordini foret consentanem; cum plerumque pulchra rara sint, ne assuetudine vilescant; sed potius raritate sint venerabiliora. sed sunt multi, licet videantur pauci. 12

Digitized by Google

An quia Dei contemplationibus vacantes abominãtur multitudinem ?

An quia fugiunt plebem, gnari non minus esse periculi ab illorum conuictu, quàm ab aeris pestifera intemperie ?

An quia agnosci nolentes, cælantesque pietatem, communibus vtuntur moribus in conuictu, & vestibus ?

An quia cum absurdos mores se posse corripere diffidant, veluti desperata salute ægroti, se illatebrant ?

An quia timent ne diutina consuetudine intuendi scelera, non vt par est, detestentur illa ?

An quia se domi continent, ne sibilationibus accipiantur à plebe ?

An quia apud hos hospitari solet paupertas, quam horrens multitudo, etiam eius hospites execratur ?

13 Seneca in Thyest. Sect. 29. Probl. 4.

Apud hos diuertere solet paupertas, cum praui illam territent, & ejiciant. idcirco à probis quæsitat hospirium.

Humi iacentem scelera non intrant casam.

Quare paupertas semper auersatur domicilia prauorum, vt docuit Aristoteles. nam cum in illis lateant scelera, verens ne detecta, vna simul corripiatur, quasi particeps fugit. maximũ sibi decus existimans proborum consuetudinem. à quibus benignè accipi nouit, & custodiri syncerè, vt res depositæ, & commendata innocenti viro, à quo etiam dirigi cupit, vt mulier electa, & peregrina. quo circa ad bonos se adiungit, malos vitans; ne se malum fortunæ auctum malo morum, horribile monstrum appareat. Huius consuetudine pij vultu inediam, & veste mendicitatem præseferunt. quod est in causa, vt sint despicabiles. quod Iuuenalis expressit

Saty. 13.

Nil habet infœlix paupertas durius in se,
Quàm quod ridiculos homines facit.

Hor. 2. Saty. 5.

Nam Genus, & Virtus, nisi cum re, vilior alga est.

Nec tamen hoc ægre ferunt, scientes corpoream domum illis locatam fuisse, à qua exacto tempore egredi necesse est. Qua de causa cum illius sint inquilini non ciues, satagunt constabilire sapientiam. nam veluti ante ignem excitatur fumus, qui appropinquantium elicit lachrymas, post quas latantur lumine. ita pij prius libare coguntor lachrymas, quàm perfectum præmium sapientiæ, quæ lumen est animæ. carnis prurigines, concupiscentias auri, & dominandi rabiem compescans, & euertens.

Ita discussa caligine vulgarium opinionum, tanquam ex alto somno excitata anima ex rebus mortalibus ad immortalia se transfert. cum interim vt iniqua anima laxatur ad demerita, ad angustias, sic pia ad merita properat, & ad tranquillitatem.

Digitized by Google

tatem. & ita fit palam, pietatem à Dei munerari etiam in præsenti vitæ curriculo: etsi in fine condignas assequitur coronas, quod præsertim sapientes spectant. Quorum premiorum gratia (quibus vis pulsentur magis) immobiles perseuerant in munere, veluti domitis, & subactis sensibus mœrorum. cum hi assueuerint placidè ferre mentis imperata. nam tales veræ pietatis amici, nullis aduersis mutantur, sed indefessa Constantia piè viuunt: ne per temporales acerbitates, spem amittant fœlicitatis æternæ. Qua de causa contusis stillationibus carnis, dissipatisque stimulis insatiabilis auaritiæ, & confractis superbiæ telis, suspiriosis contemplationibus, & irrequieto ardore ætheream domum petunt. scientes concupiscentiam carnis esse interitum spiritus, oculorum desiderium esse excæcationem mentis, vitæ vero superbiam esse allatricem mortis interminæ, quo nihil magis aduersum sapienti homini.

Bonorum inopia salutaris est homini.

Cap. XXVI.

IAm constitit libertatem à sapientia oriri, à qua etiam tranquillitatem pendere ostendemus cap. 45. & 46. adeò vt illa solum insignitis tribuatur. reliquis uero ne leuis quidem vmbra illius accidit, nec certè momentaneæ, veluti elementa vi dempta in alienas sedes prosiliunt statim relaxata. quare minimè est optabile homini, affluenti copia bonorum temporalium irrigari, ne per illam à probitate excidens, veram, stabilemque amittat fœlicitatem. nam veluti arua humoris deuastantur profluuio productis infrugiferis, & syluestribus plantis, ita sœpe suaui lenocinio partarum rerum, tam multiplicia in hominis animum erumpunt desideria, vt multitudine, & fœditate obruatur. hinc auersans rationis suadelam, omnino famulatur sensui, cuius cum habenas moderari debeat, illius parens imperio, colensque voluptates quasi salutares sibi, ab herili potestate transducitur in seruitutem, quin immemor effectus, & torpens futurorum, captus pestifera dulcedine præsentium, tædet reminisci alterius vitæ: cum more quadrupedum terram intuens obliuioni tradiderit cœlum. Quamobrè constat magnam cladem inferri à temporalium opulentia, à qua quasi ab incendio omnes proteruntur virtutes quandoque hinc inter cælitus impartita beneficia numerandum est. Non abundare diuitijs, à quibus solet induci languor, & ægritudo mentis, & tandem mors. quo circa de illarum damnis disseramus, vt lætius nostri status conditionem ferentes, minus non

tæ-

tædeat paupertatis, abiectæque fortunæ.

Quis enim ignorat à diuitiarum opulentia oriri ingluuiem, ab ingluuie luxuriam, à luxuria turpitudines, à turpidinibus honoris, & mentis interitum? Vel à rerum copia oriri superbiam, à superbia turgentiam, à turgentia violentias, à violentijs iniurias, ab iniurijs tyrannidem, per quam intra modestiæ terminos nequeunt se continere, sed contumelioſi, & contumaces effecti, spretis legibus, quos posſunt, conculcant. Vel si mauis dicamus, à diuitijs oriri luxum, à luxu bonorum inopiam, ab inopia rapinas, à rapinis rursus ad pauperiem fieri regressum, & tandem ad infamiam cedentium bonis. nam vbi rerum abundantia intemperantiæ iungitur, ibi perennis est diuitiarum sitis. at cum suas absumpserint luxu; alienas per rapinas inuadunt; quare sæpe videas potentum auaritia agitari miseros, qua de causa dicebat Plinius, *Aurum ad vitæ perniciem esse repertum.* & Lucretius,

Plin. 33. c. 1

De Natu. rerum 5.

Nunc aurum, & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloque fatigant.

Primum.

Temporalium bonorum affluentia satis ingens est, & efficax principium prauorum morum; cum ad immodicum luxum homines dediti: nam qui natura vitiorum sunt feraces, feraciſſimi redduntur opportunitate diuitiarum: veluti si ad bonitatem agri, aquarum, soliquæ accesserit copia. sunt enim illæ quarumcumque cupiditatum irritamenta, & instrumenta efficaciſsima voluptatum. quocirca qui his abundant, lasciuiunt multoties. nam excusa prius omni parsimonia, meraces potiones sibi parantes, & opiperos cibos, se inde transferunt ad profanos concubitus, vnde Iuuenalis.

Satyr. 6.

Turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ molles.

Nam licet aliquando instituantur conuiuia ad ostentationē opulentiarum; tamen vt plurimum in illis delitiari consuetudo inoleuit: cum compotationes æstuent in lasciuiem, in Venerem. cuius mala referamus cap. 29. Quapropter etsi omnia in triclinijs parent, quę ad exhilarandos conuiuarum oculos sint apta, vndique conquisitis aulæis, belluatisque tapetijs, citharœdis, mensarum ministris formosis, & peritis, vt ad nutum cœnantibus seruiant, & inferant cibos; tamen in obsoniorum, & condimentorum multitudine, varietate, & munditie, summopere laborant; non tam vt naturæ appetitionibus satisfaciāt, quām immēso voracitatis vitio. hinc cū nullū naturæ donum prętereundū cēseāt, terrestria ingurgitāt, aquatica, & volucria: vt nō cibaria ipſis desint, sed rabies vorādi. vel potius edendo laxati, ingluuie esuriant suauissima, & electissima cibaria: vt

conui-

Digitized by Google

conuitatoris magnificentia possit commẽdari in ipsa ciborum & potus abundantia, qua ad fauces vsque exaturati, adhu superſint cibaria ad exhilarandos oculos, & nares compotãtium *Effusorum in luxum, & epulas, & nocturnos coitus*, vt dicebat Tacitus. Hist. 4.

His sumptibus diuites vacant, vt opiparis conuiuijs, & profusis compotationibus cogant animum deseruire ventri. nec quicquam est, quod irritare possit, aut satisfacere palato, quod negligant libare, & vorare, epularum fœda, & inexplebili libidine. hinc effractis vincutis gulæ, quasi immanem habentes famem, pari voracitate præsentibus imminent patinis, & futuris. quare non dum excussa crapula prospiciunt de cœnis in crastinum. quasi illud solum sibi vendicare possint, quod in illorum delituerit stomacho. quamobrem ventris sentinam nunquam explere possunt, cum plura appetant, quàm quod possint ingurgitare, & vorare, & excernere. 2

Deinde distento ventre, & per saturitatem nimium inflato, prorumpunt in lasciuiem pediſſequam crapulæ, & temulentiæ; *Præmium summum ebrietatis libido portentosa est, ac iucundum nefas.* ait Plinius. nam absumpto alimento, naturalis calor humorem ad se attrahit, cuius fluxus cum ad genitalia defertur, pruritum, titillationemque irrequietam excitat, sicuti flatus turgentiam; quo circa effecti sui impotentes, & rabie perciti luxuriandi, in facinorosos, & quandoq; portentosos irruunt concubitus: acriterque à venere stimulati, quanto minus sperant suas amasias, vel ob honestatem, vel nobilitatem, eo violentius in illas feruntur. scientes amorem conciliari auro. Verum cum hæc passio in quocumque animali sit concitata, (stimulante natura ob conseruationem speciei.) concitatior vero est in homine, obsuauiorem titillationem, & abundantiorem materiam, quam colligit ex elaboratiori cibo; in diuitibus tamen est concitatissima: cum ad omne nefas paratas habeant diuitias pudicitiæ expugnatrices, & amorum nutricias. vnde Quidius. 3 Pli. 16. c. 22

Diuitijs alitur luxuriosus amor. De Remed. Amo. 2.

& Seneca,

Amor est iuuentæ, gignitur luxu, otio,
Nutritur inter lætæ fortunæ bona. In Octauia

Quamobrem sicuti diuites epulones prius diducunt os, quã appetitum ad cibaria, ingerentes ferculastomacho repletionibus distento, & spumantes pateras ingurgitant sine siti, liguriantes auidè, quæ nequeunt inferre visceribus, semper vltra saturitatem extendentes gulam, voluptatem in molestiã vertentes; ita effrænè in seruientes veneri non verecundantur turpes

Digitized by Google

turpes accensas cupiditates ostentare, (quibus omnino dominari præstaret. quasi liberale sit, & honestum, bacchari adulterinis congressibus, & has exercere artes aliquando in contumeliam consanguinearum, eas transferentes in ordinem meretricum. Tunc insaniens homo nec à domesticis abstinet. & si votis frustretur, tabescit ira. etsi raro hoc euenit. nam vt ait Horatius,

Lib.2. Saty.3. *Virtus, fama, decus diuina, humanaque pulchris Diuitijs parent.*

Rhe.2.c.16 Sunt enim istæ rerum omnium, quæ existimantur pretium, ut ait Aristoteles. idcirco vt verè à diuitijs insatiabilitas infertur ciborum quandoque, ita etiam sœpissimè inducitur inclinatio ad turpem venerem, per quam cæcutiens homo nec turpitudinis eum pudet, nec tædet mentis interitus. Nam si celebres grauitate morum, & aliquando seuerioris vitæ instituto pene consumptos videamus ab hac inuadi, & infici contagione, quanto deterius in illos insiliet, qui delitijs affluentes, animum otio, & corpus fouent abundantiori cibo, & rigant liberiori potu? quod fatetur Quidius,

Eleg.lib.1. *Et in vacuo pectore regnat amor.*

Hi formosulis blandiuntur, & deseruiunt, illarum captantes beneuolentiam omni obsequiorum genere. quod si despiciantur, iniquè ferunt; si benignè se intueri conspexerint gestiunt, exultant, quasi triumphaturi de hoste. cum potius tũc ipsi ab hoste vitio per mulierculam inseruitutem traducuntur

Val.9 c.1. prauæ passionis, & in famulatum voluptatis mortiferæ. *Quod malum facilius accusari potest, quàm vitari*, vt dicebat Valerius.

4 Ab hac voluptate non solum atteruntur corporis vires, cũ vna simul eum semine excernatur caloris portio, vnde refrigerãtur corpora; verũ ét cũ hunc dissipatum abundantiori cibo instaurare laborent, suffocant reliquum. à qua intemperantia virium oritur, imbecillitas, cruditas humorum, & putrescentia, & tandem mors. licet interim tale vitium omnes pessundans virtutes, hostili inuasione obruit animum zelotipijs, suspicionibus, vigilijs, curisque, ne sua scorta aliorum sint præda. quin etiam aliquando amicos interimunt sola acti suspicione, qui amici, ne signo quidem nec desiderio attingerant tales concubinas. Nam vbi voluptas, ibi assequendi studium; vbi studium, ibi æmulatio; vbi æmulatio, ibi furor, bilis, & ira; vbi talia, ibi omnis pietatis, & humanitatis obliuio, & cõtemptus. vnde vastitates inducuntur bonorum, & hominum strages. qua de causa, quæ erant floridæ domus fiunt monumenta calamitatum, & turpitudinum posteris. verè itaque ait

Sallu-

Digitized by Google

Salluſtius ad Cæſarem. *Sæpe iam audiui, qui reges, quæ ciuitates per opulentiam magna imperia amiſerunt, per virtutem inopes coeperant.* nec quiſquam attollere ſe, aut diuina mortalis attingere poteſt, niſi omnino reiectis laſciuis gaudijs. Sallu. ad Cæſarem.

5

Nec ſolam crapulam, obſcænarumque partium turgentiã, probroſque concubitus, pariunt diuitiæ, ſed ſuperbiam, ſed elatos & inflatos ſpiritus, & contumelioſos; cum ad horum obſequium decertent homines. Quamobrem toto corporis habitu, geſtuque præſe ferunt talem animi habitum, equina ſe erigentes ceruice ſuper omnes, & temeraria opinione ſe extollentes, ne pares quidem admittunt: ſe ſemideos exiſtimantes inter homines. ideo fortunæ beneuolentia ebrij dominantur ſeruis veluti belluis; ingenuos veluti mancipia accipiunt; amicos ſicuti exteros; parantes vt alienos. etenim quanto magis cæteris eminent fortunarum copia, tanto magis reliquos contumelijs afficiunt. hinc obliquè, tornèque aſtantes intuentur, quaſi profanos. quæ ferocitas à bonorum ſaturitate oritur. quod expreſſit lepidè Cicero dicens, *Ex rerum omnium affluentia, primum nata eſt arrogantia*, & Terentius, *Quia paululum vobis acceſſit ſublati ſunt animi.* & Tacitus dicebat, *Præcipua validiorum vitia, auaritia, & arrogantiæ.* cum in animum ſe ingeſſerint ſuperbia, & arrogantia, prę reddituum, cæterorumque bonorum opulentia, ſe nobiliſſimos exiſtimant, & prudentiſſimos, cæteros vero miſeros, & inſipientes: quaſi ſua ſolertia fortunam cõpulerint ſibi deſeruire ideo ſibi omnia tribuũt. de quibus diuitijs, ita loquitur Horat. Secundum. Deleg. agr. In Hecyra. Hiſt. lib. 1.

quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam Rex,
Et quicquid volet. Li. 2. Saty. 3

Ea enim habent, quorum gratia dignum putant ſe cæteris dominari, vt ait Stagirita. colligunt hoc idem, cum ferè omnes eorum non detrectent imperia. quo circa vt cumulis diuitiarum, cæteros ſuperant, ita virtute putant, ita dominio. quo ſtante animi tumore, vt Peripateticus docuit, ibidem *Diuites ſunt contumelioſi, & contumaces, propter abundantiam diuitiarum, quaſi omnibus abundent bonis.* quamobrem interrogatus Simonides vtrum eſſet melius ſapientem eſſe, an diuitẽ? reſpondit, *Sapientes enim in diuitum ianuis video.* Hi veluti tyranni ſoli volunt eſſe principes. ſunt etiam aſſentatoribus familiares, ſicuti tyranni his, qui ſe ſummiſſe gerunt. delectantur quoque improbis, vt tyranni maleficis; ſunt namque iſti improbitatibus aptiores. adhuc diuites eos perſequũtur odio, qui ſuis familijs ſplendorem adhibent, ueluti tyranni nullo homine libero delectantur; immo cum ijs ſemper inimicitias Artis Rhet. 2. c. 16. Ibidem.

6

Digitized by Google

uicta voluntate glutino amoris cœlestis, idem videbatur illi, fieri non deberi, ac fieri non posse, ob reuerentiam diuini Numinis, ob beneficiorum memoriam, ob metum diuini iudicij. nam ijs omnis anima prudes furentium sensuum temeritatem compescit. Ex aduerso impij nequitijs assueti ab improbitatibus abstinere existimant impossibile. adeò peccandi in quibusdam inualescit consuetudo contra animi libertatem, vt cogantur quodammodo deseruire prauis consuetudinibus. at nisi se dederet ratio sensui, neque temerari, neque excindi posset ab eo; sed dedita, vel capta ratione, cogitur misera mens conflagare, & deseruire audacibus passionibus. ideo Aristoteles vocat Sapientiam humanæ vitæ gubernatricem. ab hac enim appetitus animę sentientis quodammodo efficitur rationalis. quapropter temperantia in concupiscibili, fortitudo in irascibili sedem habet.

De Rhet. ad Alc. c. 1.

Ethi. 1. c. 13

Secundum Argumen.

Ciuitatē tunc seruitute opprimi dicimus, & tyrannide, cū paucorū subiacet imperio: è contra vero, si suis legibus viuat, liberam appellamus. at talis est ratio in homine, qualis lex in ciuitate, talis tyrannis qualis dominatus vitiorum. idcirco cū sapientes legum statuta sequantur ductrice ratione libertate donati sunt: reliqui vero à fœdis passionibus subacti illarum subiacent iuri. enimuero *Sicuti qui facit peccatum seruus est peccati.* ita qui auersantur facinora, *Verè liberè erunt*, vt apud Ioannem Dominus docet.

Ioann. c. 8.

Confir.

Quamobrem liber est, qui inhiberi non potest. talis est probus nihil appetens legibus aduersum. à quarum custodia arcetur nemo, sed excitantur omnes premijs; at improbi ab improbitatibus compescuntur omnium legibus. qua de causa serui sunt non liberi.

Confir.

Ita diuina lege comparatum est, vt deterius potiori deseruiat, illique deferat principatum. qua de causa Iacob decussatis bracchijs iuniori dexteram imposuit, sinistram vero maiori. nam nouerat illustratione diuina iuniorem exactiori studio culturum virtutes, à quibus libertas oritur, & principatus, sicuti seruitus ab earum dem inopia.

Gen. c. 48.

Tertium Argumen.

Cuius est ius dicere, eius est dominari. sed si instituendi, corrigendique essent mores ciuitatis, aut Regni, equidem nō cōmitteretur nisi probis, tanquam arte peritis, improbi arcerentur veluti huius disciplinæ ignari. itaque cum ius dicere sit dominorum, soli probi sunt liberi, cæteri serui, quia mandata suscipiunt. Hinc peritè ait Aristoteles, *Cuius animo natura vim ad prospiciendum, consulendumque alijs tribuit, id natura præstat natura imperat.* igitur sapiens natura Dominus. & alibi cum docuisset ciuitatem non constitui communitate loci, sed com-

Confir. Poli. 1. c. 1.

Digitized by Google

sed communitate benè agendi infert, *Quicumque tales plus conferunt ad huiusmodi societatem, his plus iuris competit in ciuitate.* at soli probi morum honestate hoc præstant, hinc hi plus iuris in ciuitate habent. quare amatori virtutum ius primogenituræ deberi asseruit Iacob dicens, *Benedixi eum, & erit benedictus.* vt dicemus capite 30. Patet itaque libertatis munus esse potiorum pietate, qua etiam cæteris natura eminere debent: & præesse cætibus ad communem vtilitatem, cum reliquorum malitia nullius boni vsus esse possit. Quare dicebat Aristoteles, *Vir probus, quia præstantior est, ideo est dignus principatu.* Polit. 3. c. 6. Gene. c. 17. Pol. 3 c. 18.

Capriarij capris præsunt, bubulci bobus, ouibus pastores; ab his enim deducuntur ad pascua. quæ animalia nunquàm suis Ducibus præsunt, sed pasci opus habent, non alere suos Rectores. at vulgus non est dissimile pecori, cum doctrina syncera alendum sit, inculpatis moribus, & salutaribus institutis, quæ talia in solis sapientibus inueniuntur: nam improbi profanis amoribus vacant, lucris, & cupedijs. quo circa qui a Pij pascunt, præsunt; & quia dirigunt, dominantur illis. ideo cum dominorum sit libertas, seruitus vero eorum, qui alterius indigent ope, isti sunt serui, illi vero liberi, & domini. Quartum Argumen.

Quamobrem ex eo ꝙ sapientes non subiacent vitiorum tyrannidi, sed connatis monstris affectuum reluctantes dominantur, syncera potiuntur libertate: scelesti vero cum prauarum passionum distrahantur illecebris, innumeris heris seruiunt protracti ab imprudentia ad obsequium vitiorum, à quibus miserè abripiuntur ad æternum interitum. etsi interim quis sceleribus famulans, vt ait Boetius, Confir.

Non facit, quod optat ipse,
Dominis pressus iniquis. De Conf. 4 met. 2.

Hæc est turpissima seruitus. nam & voluntate ascitur, nec aliquando salutaris esse potest. sicuti corporea seruitus quandoque captiuo prodest. & hanc præcabatur Isaac filio suo Esau dicens, *Fratri tuo seruies.* Vir ille optimus vtilissimum iudicabat propter intestinum bellum vitiorum Esau, vt præstantiori seruiret, à quo disceret compescere tales tumultus. idcirco commendandi sunt improbi bonis; ne in sua constituti potestate in deterius labantur. etenim viri sapientia est stulto pharmacum. vnde Iuuenalis. 9 Gen. c. 27.

Paulatim vitia atque errores exuit omnes
Prima docens rectum sapientia plurima fœlix. Saty. 13.

à qua (etsi seruituti maximè sit obnoxia anima) libertati restituitur. qua ratione dicebat Isaac, *Tempusque veniet cum* Gen. c. 27.

Digitized by Google

excutias, & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. cognita enim vilitate talis subiectionis, facile quis horrens vitiorum consuetudinem, sibi libertatem parat à tali seruitute. honestius enim tyrannorum dominatus toleratur, quàm nostrarum passionũ: cum ille etiam quandoque paratur fortunę libidine, hic vero solum ascitur à prauitate animi, & inscitia.

Quintum. Argumen.

Addamus tandem doctrinam D. Pauli, quæ illustriorem efficit veritatem, vt nulla sit ratio dubitandi. Quisquis nullius legis sanctione obstringitur liber est, cum leges sint veluti compedes libertatis humanæ. sed teste D. Paulo, *Lex non est*

Timoth. 1. cap 1. 10

imposita iusto, sed iniusto; sequitur inde necessario, vt probus sit liber, prauus autem sit seruus. Neque ita interprætandus est D. Paulus, vt perperam à quibusdam impijs vsurpatur, probos nullius legis obligatione teneri. vt huius oraculi prætextu,

Matt. c. 19.

omnia illis licita sint. cum omnibus sit edictum, *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* nam per horum custodiam, cuique datur æterna merces. sed quia ipsa legum obligatio, non tam ab alijs est imposita, quàm ab illis benignè suscepta; non tam oblata à Deo, quàm quæsita ab ipsis. cum è cõtra improbi seruili animo se dedentes mortiferis affectibus, reluctando mandatis, serui fiunt legum: cum illarum timore solum, quãdoque se continent ab improbitatibus. at iusti, sancta charitate illorum dilatante corda, liberrimo animo currunt viã mandatorum Dei.

Quapropter non imposita videtur lex, sed ab ipsis quæsita,

Gala. c. 4. Ioann. c. 1.

idcirco dicuntur liberi. *Qua libertate Christus nos liberauit*, vt dicebat Apostolus. non modo quia *Gratia per Iesum Christum facta est*, vt docuit Ioannes. ideo dicebat Augustinus,

De Gratia Xpi c. 19. De Conti. cap. 3.

Lex Moysi data est, vt gratia quæreretur. gratia data est. vt lex impleretur. & alibi, *Sumus sub gratia, quæ id quod iubet faciens nos amare, potest liberis imperare.* & alibi, *Per legem cognitio peccati, per gratiam sanatio animæ à vitio peccati.*

De spi. & lit. c. 19. Gala. c. 3.

quæ libertas vocatur ab Apostolo dicente, *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* nequeunt enim commune contuberniũ habere gratia, & peccatum. Sed quia se se obtulit Patri in ara

Hebr. c. 9. Roma. c. 8.

crucis *ad multorum exhaurienda peccata.* Qua ratione ad Romanos scribens ait, *Liberauit nos à lege peccati.* A quo ipsa corporea seruitus est inducta. vt disseruit Chrisostomus de

In Gene. Hom. 19.

Cain, loquens ita, *Peccata ablata libertate iugum illi vilissimæ seruitutis imposuit. vnde postea seruitus sumpsit exordium.* & Augustinus, *Nusquam scripturarum legimus seruum antequam hoc vocabulum Noe iustus peccatum filij vendicaret. nomen itaque istud culpa meruit, non natura.* Sapienter itaque à Philone dictum est, Vt noui testamenti auctoritas, veteris

De Ciu. 19. cap. 15.

consta-

Digitized by Google

constabiliatur figuris, *Ideo leuitarum ciuitates erant immunes, quia Dei cultor libertate sempiterna fruitur*: vt perenni gra- De sacrif. Abelis.
uatur seruitute impius,

Itaque qui expetens libenter rationis accipit imperium, acer 11
bissimum dominium sensuum deuitat, remorsum conscientiæ, ciuium reprehensionem, animaduersionem legum, Dei iram, & mortem æternam. iste omne malum moris auersans, etiam indifferentia non vult attingere; ne pellectus proponderet ad fragilia propter naturæ imbecillitatem. sciens nullam esse veram iacturam bonorum, nisi amicitiæ Dei. Qui cum immemor esse non possit suorum amicorum, semper eos tuetur singulari patrocinio. gaudens ijs præsidere, qui inculpatè viuentes, eius inuocant auxilium. Et hi re vera liberi sunt suo vacantes negotio, adoptioni nempe fœlicitatis æternæ. serui vero aliena negotia peraguntsicuti qui famulatum præstant sensibus mortalitate damnatis. Priores semper lætantur. quia vt docuit Aristoteles, *Est inenarrabile quantum ad voluptatem interfit, cõsiderare aliquid esse proprium sui.* ita sunt piæ actiones, quarum præmium est Dei regnum. Verum illi vera pace carent; scientes pernicioſa mentis cæcitate se prosequi temporales suauitates, quibus æterni parantur cruciatus. Quare nihil fœlicius priorioribus, cum sui gratia operantes, verum stabilemque adipiscuntur finem. nihil miserius posterioribus, qui cum sui non sint compotes, alterique famulantes, non aliã recipiunt laborum mercedem, quàm inconsumptibilem mortem. nam veluti quicquid pretiosum, aut suaue, aut redolens sit, & ventri ingeretur, mutatur in excrementum; ita omnis turpis voluptas desinit in miseriam. vnde Boetius, Poli. 2. c. 3.

Cum falsa graui mole parauerit,
Tunc vera cognoscunt bona. De Cons. 3 met. 8.

Quamobrem asserta veritas, siue libertas, non in voluptatũ affluentia, aut bonorum copia, aut maiestate dominij est (nam hæc subiacent interitui) sed in puris animi virtutibus, quasi qui imitatur, & colit, sapiens est. ordinat temporales tunc actiones ad perennem fœlicitatem. etenim sicuti priora quandoque perniciem afferunt lachrymabilem; ita virtutes Dei amicitiam; in qua vera est libertas, & fœlicitas. dicente Aristotele, *Dijs beata tota vita est, hominibus eatenus, quatenus similitudo quædam cuiusmodi operationis in ipsis est.* Ad Nic. 10. cap. 8.

Nec velim vt existimes, Amice, sapientum exiguum esse 12
numerum. quod etsi adhuc esset. rerum ordini foret consentanem; cum plerumque pulchra rara sint, ne assuetudine vilescant; sed potius raritate sint venerabiliora. sed sunt multi, licet videantur pauci.

Digitized by Google

An quia Dei contemplationibus vacantes abominãtur multitudinem ?

An quia fugiunt plebem, gnari non minus esse periculi ab illorum conuictu, quàm ab aeris pestifera intemperie ?

An quia agnosci nolentes, cælantesque pietatem, communibus vtuntur moribus in conuictu, & vestibus ?

An quia cum absurdos mores se posse corripere diffidant, veluti desperata salute ægroti, se illatebrant ?

An quia timent ne diutina consuetudine intuendi scelera, non vt par est, detestentur illa ?

An quia se domi continent, ne sibilationibus accipiantur à plebe ?

An quia apud hos hospitari solet paupertas, quam horrens multitudo, etiam eius hospites execratur ?

13 Seneca in Thyest. Sect. 29. Probl. 4.

Apud hos diuertere solet paupertas, cum praui illam territent, & ejiciant. idcirco à probis quæsitat hospirium.

Humi iacentem scelera non intrant casam.

Quare paupertas semper auersatur domicilia prauorum, vt docuit Aristoteles. nam cum in illis lateant scelera, verens ne detecta, vna simul corripiatur, quasi particeps fugit. maximũ sibi decus existimans proborum consuetudinem. à quibus benignè accipi nouit, & custodiri syncerè, vt res depositæ, & commendata innocenti viro, à quo etiam dirigi cupit, vt mulier electa, & peregrina. quo circa ad bonos se adiungit, malos vitans; ne se malum fortunæ auctum malo morum, horribile monstrum appareat. Huius consuetudine pij vultu inediam, & veste mendicitatem præseferunt. quod est in causa, vt sint despicabiles. quod Iuuenalis expressit

Saty. 13.

Nil habet infœlix paupertas durius in se,
Quàm quod ridiculos homines facit.

Hor. 2. Saty. 5.

Nam Genus, & Virtus, nisi cum re, vilior alga est.

Nec tamen hoc ægre ferunt, scientes corpoream domum illis locatam fuisse, à qua exacto tempore egredi necesse est. Qua de causa cum illius sint inquilini non ciues, satagunt constabilire sapientiam. nam veluti ante ignem excitatur fumus, qui appropinquantium elicit lachrymas, post quas latantur lumine. ita pij prius libare coguntor lachrymas, quàm perfectum præmium sapientiæ, quæ lumen est animæ. carnis prurigines, concupiscentias auri, & dominandi rabiem compescans, & euertens.

Ita discussa caligine vulgarium opinionum, tanquam ex alto somno excitata anima ex rebus mortalibus ad immortalia se transfert. cum interim vt iniqua anima laxatur ad demerita, ad angustias, sic pia ad merita properat, & ad tranquillitatem.

Digitized by Google

tatem. & ita fit palam, pietatem à Dei munerari etiam in præsenti vitæ curriculo: etsi in fine condignas assequitur coronas, quod præsertim sapientes spectant. Quorum premiorum gratia (quibus vis pulsentur malis) immobiles perseuerant in munere, veluti domitis, & subactis sensibus mœrorum. cum hi assueuerint placidè ferre mentis imperata. nam tales veræ pietatis amici, nullis aduersis mutantur, sed indefessa Constantia piè viuunt: ne per temporales acerbitates, spem amittant fœlicitatis æternæ. Qua de causa contusis stillationibus carnis, dissipatisque stimulis insatiabilis auaritiæ, & confractis superbiæ telis, suspiriosis contemplationibus, & irrequieto ardore ætheream domum petunt. scientes concupiscentiam carnis esse interitum spiritus, oculorum desiderium esse excæcationem mentis, vitæ vero superbiam esse allatricem mortis interminæ, quo nihil magis aduersum sapienti hominis

Bonorum inopia salutaris est homini.
Cap. XXVI.

IAm constitit libertatem à sapientia oriri, à qua etiam tranquillitatem pendere ostendemus cap. 45. & 46. adeò vt illa solum insignitis tribuatur. reliquis uero ne leuis quidem vmbra illius accidit, nec certè momentaneæ, veluti elementa vi dempta in alienas sedes profiliunt statim relaxata. quare minimè est optabile homini, affluenti copia bonorum temporalium irrigari, ne per illam à probitate excidens, veram, stabilemque amittat fœlicitatem. nam veluti arua humoris deuastantur profluuio productis infrugiferis, & syluestribus plantis, ita sœpe suaui lenocinio partarum rerum, tam multiplicia in hominis animum erumpunt desideria, vt multitudine, & fœditate obruatur. hinc auersans rationis suadelam, omnino famulatur sensui, cuius cum habenas moderari debeat, illius parens imperio, colensque voluptates quasi salutares sibi, ab herili potestate transducitur in seruitutem, quin immemor effectus, & torpens futurorum, captus pestifera dulcedine præsentium, tædet reminiscì alterius vitæ: cum more quadrupedum terram intuens obliuioni tradiderit cœlum. Quamobrè constat magnam cladem inferri à temporalium opulentia, à qua quasi ab incendio omnes proteruntur virtutes quandoque hinc inter cælitus impartita beneficia numerandum est. Non abundare diuitijs, à quibus solet induci languor, & ægritudo mentis, & tandem mors. quo circa de illarum damnis diseramus, vt lætius nostri status conditionem ferentes, minus non

tæ-

tædeat paupertatis, abiectæque fortunæ.

Quis enim ignorat à diuitiarum opulentia oriri ingluuiem, ab ingluuie luxuriam, à luxuria turpitudines, à turpidinibus honoris, & mentis interitum? Vel à rerum copia oriri superbiam, à superbia turgentiam, à turgentia violentias, à violentijs iniurias, ab iniurijs tyrannidem, per quam intra modestiæ terminos nequeunt se continere, sed contumelioſi, & contumaces effecti, spretis legibus, quos possunt, conculcant. Vel si mauis dicamus, à diuitijs oriri luxum, à luxu bonorum inopiam, ab inopia rapinas, à rapinis rursus ad pauperiem fieri regressum, & tandem ad infamiam cedentium bonis. nam vbi rerum abundantia inter perantiæ iungitur, ibi perennis est diuitiarum fitis. at cum suas absumpserint luxu; alienas per rapinas inuadunt, quare sæpe videas potentum auaritia agitari miseros, qua de causa dicebat Plinius, *Aurum ad vitæ pernicium esse repertum.* & Lucretius,

Plin. 33. c. 1

De Natu. rerum 5.

Nunc aurum, & purpura furis
Exercent hominum vitam, belloque fatigant.

Primum.

Temporalium bonorum affluentia satis ingens est, & efficax principium prauorum morum; cum ad immodicum luxum homines dedicant. nam qui natura vitiorum sunt feraces, feraciſſimi redduntur opportunitate diuitiarum: veluti si ad bonitatem agri, aquarum, soliquæ accesserit copia. sunt enim illæ quarumcumque cupiditatum irritamenta, & instrumenta efficaciſsima voluptatum. quocirca qui his abundant, lasciuiunt multoties. nam excusa prius omni parsimonia, meraces potiones sibi parantes, & opiperos cibos, se inde transferunt ad profanos concubitus, vnde Iuuenalis.

Satyr. 6.

Turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ molles.

Nam licet aliquando instituantur conuiuia ad ostentationem opulentiarum; tamen vt plurimum in illis delitiari consuetudo inolenit: cum compotationes æstuent in lasciuiem, in Venerem. cuius mala referamus cap. 29. Quapropter etsi omnia in triclinijs parent, quę ad exhilarandos conuiuarum oculos sint apta, vndique conquisitis aulæis, belluatisque tapetijs, citharædis, mensarum ministris formosis, & peritis, vt ad nutum cœnantibus seruiant, & inferant cibos; tamen in obsoniorum, & condimentorum multitudine, varietate, & munditie, summopere laborant, non tam vt naturæ appetitionibus satisfaciat, quàm immẽso voracitatis vitio. hinc cũ nullũ naturæ donum prętereundũ cẽseat, terrestria ingurgitãt, aquatica, & volucria; vt nó cibaria ipſis desint, sed rabies vorãdi. vel potius edendo laxati, ingluuie esuriant suauissima, & electissima cibaria; vt

conui-

conuitatoris magnificentia possit commẽdari in ipsa ciborum & potus abundantia, qua ad fauces vsque exaturati, adhu superstint cibaria ad exhilarandos oculos, & nares compotãtium *Effusorum in luxum, & epulas, & nocturnos coitus*, vt dicebat Tacitus. Hist. 4.

His sumptibus diuites vacant, vt opiparis conuiuijs, & profusis compotationibus cogant animum deseruire ventri. nec quicquam est, quod irritare possit, aut satisfacere palato, quod negligant libare, & vorare, epularum fœda, & inexplebili libidine. hinc effractis vincutis gulæ, quasi immanem habentes famem, pari voracitate præsentibus imminent patinis, & futuris. quare non dum excussa crapula prospiciunt de cœnis in crastinum. quasi illud solum sibi vendicare possint, quod in illorum delituerit stomacho. quamobrem ventris sentinam nunquam explere possunt, cum plura appetant, quàm quod possint ingurgitare, & vorare, & excernere. 2

Deinde distento ventre, & per saturitatem nimium inflato, prorumpunt in lasciuiem pediſſequam crapulæ, & temulentiæ; *Præmium summum ebrietatis libido portentosa est, ac iucundum nefas.* ait Plinius. nam absumpto alimento, naturalis calor humorem ad se attrahit, cuius fluxus cum ad genitalia defertur, pruritum, titillationemque irrequietam excitat, sicuti flatus turgentiam; quo circa effecti sui impotentes, & rabie perciti luxuriandi, in facinorosos, & quandoq; portentosos irruunt concubitus: acriterque à venere stimulati, quanto minus sperant suas amasias, vel ob honestatem, vel nobilitatem, eo violentius in illas feruntur. scientes amorem conciliari auro. Verum cum hæc passio in quocumque animali sit concitata, (stimulante natura ob conseruationem speciei.) concitatior vero est in homine, obsuauiorem titillationem, & abundantiorem materiam, quam colligit ex elaboratiori cibo; in diuitibus tamen est concitatissima: cum ad omne nefas paratas habeant diuitias pudicitiæ expugnatrices, & amorum nutricias. vnde Quidius. 3 Plin. 16. c. 22

Diuitijs alitur luxuriosus amor. De Remed. Amo. 2.

& Seneca,

Amor est iuuentæ, gignitur luxu, otio,
Nutritur inter læta fortunæ bona. In Octauia

Quamobrem sicuti diuites epulones prius diducunt os, quã appetitum ad cibaria, ingerentes fercula stomacho repletionibus distento, & spumantes pateras ingurgitant sine siti, liguriantes auidè, quæ nequeunt inferre visceribus, semper vltra saturitatem extendentes gulam, voluptatem in molestiã vertentes; ita effrænè in seruientes veneri non verecundantur turpes

turpes accensas cupiditates ostentare, (quibus omnino dominari præstaret. quasi liberale sit, & honestum, bacchari adulterinis congressibus, & has exercere artes aliquando in contumeliam consanguinearum, eas transferentes in ordinem meretricum. Tunc insaniens homo nec à domesticis abstinet. & si votis fruſtretur, tabescit ira. etsi raro hoc euenit. nam vt ait Horatius,

Lib.1. Saty.3. *Virtus, fama, decus diuina, humanaque pulchris*
Diuitijs parent.

Sunt enim istæ rerum omnium, quæ existimantur pretium, ut ait Aristoteles. idcirco vt verè à diuitijs insatiabilitas infertur ciborum quandoque, ita etiam sæpissimè inducitur inclinatio ad turpem venerem, per quam cæcutiens homo nec turpitudinis eum pudet, nec tædet mentis interitus. Nam si celebres grauitate morum, & aliquando seuerioris vitæ instituto pene consumptos videamus ab hac inuadi, & infici contagione, quanto deterius in illos insiliet, qui delitijs affluentes, animum otio, & corpus fouent ambundantiori cibo, & rigant liberiori potu? quod fatetur Quidius,

Rhe.2.c.16

Eleg.lib.1. *Et in vacuo pectore regnat amor.*

Hi formosulis blandiuntur, & deseruiunt, illarum captantes beneuolentiam omni obsequiorum genere. quod si despiciantur, iniquè ferunt; si benignè se intueri conspexerint gestiunt, exultant, quasi triumphaturi de hoste. cum potius tũc ipsi ab hoste vitio per mulierculam inseruitutem traducuntur prauæ passionis, & in famulatum voluptatis mortiferæ. *Quod malum facilius accusari potest, quàm vitari*, vt dicebat Valerius.

Val.9. c.1.

4 Ab hac voluptate non solum atteruntur corporis vires, cũ vna simul eum semine excernatur caloris portio, vnde refrigerãtur corpora; verũ ét cũ hunc dissipatum abundantiori cibo instaurare laborent, suffocant reliquum. à qua intemperantia virium oritur, imbecillitas, cruditas humorum, & putrescentia, & tandem mors. licet interim tale vitium omnes perfundans virtutes, hostili inuasione obruit animum zelotipijs, suspicionibus, vigilijs, curisque, ne sua scorta aliorum sint præda. quin etiam aliquando amicos interimunt sola acti suspicione, qui amici, ne signo quidem nec desiderio attingerant tales concubinas. Nam vbi voluptas, ibi assequendi studium; vbi studium, ibi æmulatio; vbi æmulatio, ibi furor, bilis, & ira; vbi talia, ibi omnis pietatis, & humanitatis obliuio, & cõtemptus. vnde vastitates inducuntur bonorum, & hominum strages. qua de causa, quæ erant floridæ domus fiunt monumenta calamitatum, & turpitudinum posteris. verè itaque ait

Sallu-

Digitized by Google

Salluſtius ad Cæſarem. *Sæpe iam audiui, qui reges, quæ ciuitates per opulentiam magna imperia amiſerunt, per virtutem inopes coeperant.* nec quiſquam attollere ſe, aut diuina mortalis attingere poteſt, niſi omnino reiectis laſciuis gaudijs. Sallu. ad Cæſarem.

Nec ſolam crapulam, obſcænarumque partium turgentiã, probroſque concubitus, pariunt diuitiæ, ſed ſuperbiam, ſed elatos & inflatos ſpiritus, & contumelioſos; cum ad horum obſequium decertent homines. Quamobrem toto corporis habitu, geſtuque præſe ferunt talem animi habitum, equina ſe erigentes ceruice ſuper omnes, & temeraria opinione ſe extollentes, ne pares quidem admittunt: ſe ſemideos exiſtimantes inter homines. ideo fortunæ beneuolentia ebrij dominantur ſeruis veluti belluis; ingenuos veluti mancipia accipiunt; amicos ſicuti exteros; parantes vt alienos. etenim quanto magis cæteris eminent fortunarum copia, tanto magis. reliquos contumelijs afficiunt. hinc obliquè, tornèque aſtantes intuentur, quaſi profanos. quæ ferocitas à bonorum ſaturitate oritur. quod expreſſit lepidè Cicero dicens, *Ex rerum omnium affluentia, primum nata eſt arrogantia*, & Terentius, *Quia paululum vobis acceſſit ſublati ſunt animi.* & Tacitus dicebat, *Præcipua validiorum vitia, auaritia, & arrogantiæ.* cum in animum ſe ingeſſerint ſuperbia, & arrogantia, prę reddituum, cæterorumque bonorum opulentia, ſe nobiliſſimos exiſtimant, & prudentiſſimos, cæteros vero miſeros, & inſipientes: quaſi ſua ſolertia fortunam cõpulerint ſibi deſeruire ideo ſibi omnia tribuũt. de quibus diuitijs, ita loquitur Horat. Secundum. Deleg. agr. In Hecyra. Hiſt. lib. 1.

quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam Rex,
Et quicquid volet. Li. 2. Saty. 3

Ea enim habent, quorum gratia dignum putant ſe cæteris dominari, vt ait Stagirita. colligunt hoc idem, cum ferè omnes eorum non detrectent imperia. quo circa vt cumulis diuitiarum, cæteros ſuperant, ita virtute putant, ita dominio. quo ſtante animi tumore, vt Peripateticus docuit, ibidem *Diuites ſunt contumelioſi, & contumaces, propter abundantiam diuitiarum, quaſi omnibus abundent bonis.* quamobrem interrogatus Simonides vtrum eſſet melius ſapientem eſſe, an diuitẽ? reſpondit, *Sapientes enim in diuitum ianuis video.* Hi veluti tyranni ſoli volunt eſſe principes. ſunt etiam aſſentatoribus familiares, ſicuti tyranni his, qui ſe ſummiſſe gerunt. delectantur quoque improbis, vt tyranni maleficis; ſunt namque iſti improbitatibus aptiores. adhuc diuites eos perſequũtur odio, qui ſuis familijs ſplendorem adhibent, ueluti tyranni nullo homine libero delectantur; immo cum ijs ſemper inimicitias Artis Rhet. 2. c. 16. Ibidem. 6

Digitized by Google

exercent, quasi suum imperium deuastare moliantur. Adde quod ut *proprium tyrannorum est, eos qui suo parent imperio, efficere pauperes*, ut docuit Aristoteles. ita & diuitum. ideo par eorum uidetur esse conditio, & affine ingenium, & simile studium.

Pol. 7. c. 11.

Tertium.

7

Ad alind descendamus malum solitum induci à diuitijs. Isti cum nullum sibi finem statuant in sumptibus conuiuiorum uestium, suppelectilium, seruorumq; proprijs deuoratis diuitijs, per rapinas alienas inuadunt, excussoque pudore, *Nullum cum lucro malum credunt*, ut dicebat Sophocles. cuius studio cum teneantur, omnia fiunt illis uenalia, honestas, probitas, fides, appetentesque solũ utile, inhonesta non uerẽtur. *Vbi diuitiarum cupiditas, ibi nulla disciplina, ibi nulla bonæ artes pollent*, dicebat Salluſtius. quanto magis quando eas uenari coguntur, ut decorem seruent suæ domus? uel ne creditorum fiant præda, uel ludibria? *Nam neminem excellere nisi opum, & amicorum copia, existimat vulgus*, ajt Aristoteles. hinc hos miseriæ loquaces efficiunt, & rapaces: alijs ascisentes inopiam, & sibi infamiam. cum scrinia per intemperantiam luxus euacuata, rursus repleant per iniqua lucra, quasi subsidia parent honori, & non potius luxui, uerè ait Seneca,

Sophocles.

Salluſt. ad Cæsarem.

Poli. 5. c. 8.

Luxuria victrix orbis immensas opes
Iam pridem auaris manibus, vt perdat rapit.

In Octauia

8

Hinc primo illis diuitiæ fiunt prauitatum subsidia, quibus freti inhonesta audent. & rursus cum erogationes non cõgruerint cum annuis redditibus, illæ amissæ fiunt rapacitatem calcaria: cum erogatis proprijs, per latrocinia alienas subripiãt nullo cohiti pudore. nam tales ueluti tyranni abutuntur potentia ad aliorum contumeliam, & ruinam. hinc quisque talis, ut ait Seneca,

Quod non potest, vult posse, qui nimium potest.

In Hippol.

quapropter etiam consanguineorum insidiantur bonis summa auiditate, & rapacitate. & sic per compositas criminationes aliena furantur, qui per turpitudines sua exhauserunt. à quibus sceleribus ad interitum usque inuadi Respublicas Aristoteles docuit, dicens *Fiunt in Republica mutationes, cum homines sua consumunt prodigè viuentes. hi enim tales res nouas quærunt. & aut ipsi tyrannidi imminent, aut alios ad eam vocant.* ut apertissimè in Catelina patuit. cui si non se opposuisset Cicero singulari uigilantia, ab illo strangulata foret Romana Respublica, compressis faucibus omnium bonorum ciuium. in quibus non tentabat inducere morum probitatem, sed educere opulentas diuitias, quas multis exitio fuisse, narrat Tacitus.

Poli. 5. c. 6.

Annal. 16.

Digitized by Google

tus. *Quod si Regnum, aut Respubl. aeterno in gradu non facile steterit, vbi minimum Veneris, aut pecuniæ cupido sibi vendicauerit*, ut ait Valerius. etenim *Si auaritia omnia venalia habet*, ut ait Sallustius. certè eorum rapina nullum horrebit scelus. quare priuatæ domus hoc impulsæ scelere, facillimè corruent, & relabentur in abiectiorem pauperiem. nam licet non semper celeri cursu properet ira Dei; Val. 4. c. 3. In Catilin.

Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. Tibullus.

Irrumpunt semper miserorum lachrymæ in cœlos, & ad Dei usque pertingentes solium, assidentem iustitiam commouent, & irritant, contra popliuoros. hinc etsi isti iustis titulis sua tegant latrocinia, & ueluti ualentiora animalia nequeant retineri aranearum telis, sicuti constringuntur infirmiora, (ita Anacharsis subtiliter comparabat leges, ut refert Valerius.) tamen effugere non queunt Dei uiberantem manum, à qua correpti assiduis calamitatum accessionibus, uel acribus pœnis, funditus atteruntur; ita ut prætereuntium commonstrentur digitis. et qui quondam erant formidabiles, uersis uicibus in contemptum veniant. quin etiam ab his stipem petere vidimus, quos quandoque oppressérat crudeliter. quo circa quasi lucifugi deuitant curias, & forum, ære alieno oppressi; erubescentes per crapulas, lasciuias, luxumque sua, & aliorum consumpsisse bona. & ita dimisso capite ambulant, propter obuios, egestate laborantes propterquam aliquando bonis cedere coguntur, aut animam in carceribus efflare. 9 Val. 7. c. 1.

Itaque si tales prædones, aut vi, aut per insidias, aliorum subripiant bona, cum omnia rapuerint, & retinuerint, paulo post Dei puniente iustitia. illis & sua deerunt, & acquisita furto. *Ereptum alienos pecuniæ iuerunt, perdent quas habēt*, dicebat Plinius. ergo falluntur, quibus furta specie ditationis imponunt. quæ enim ex arte diuina procedunt, semper nostram arguunt imperitiam: cum contra se Deum irritent satis iustiorem. hominum aggressiones demoliri possunt, & retardari. aliorsumque traduci, etiam ad nostram vtilitatem, at Dei flagella nullatenus possunt auerti, nisi propitiato Deo per pœnitentiam. idcirco certo certius est, quod licet diuites ante omnes ad gloriam perueniant, si tamen iugi delitiarū profluuio, absumptis suis aliorum facultates expilauerint, *De vētre illorum extrahet eas Deus*, vt testatur Iob, Iudicum sententijs, egritudinum dispendijs, inclementijs elementorum, debitorum fuga, domesticorum furtis, lautitijs mensarum, hostili inuasione, luxu hæredum, similibusque. *Et cum habuerint*, dicebat Iob, *quæ concupierant, possidere non potuerunt.* hinc Menander dicebat, *Quæstus iniquos, damna sequi solent.* In Panege. Iob cap. 2. Ibidem. Menander;

Digitized by Google

hi fiunt multoties calamitatum spectacula, & ludibria ciuium.

Cum itaque per diuitias de facili homo impellatur ad facinora, exagitatus intemperantiæ vitio, quin etiam superbiæ, & rapacitatis, salutaris est illarum parsimonia. nam magnæ etiam prudentum animos fatigant. timent isti quandoque, sæpe titubant, & non nunquam corruunt; veluti munitæ arces, sed parum custoditæ, capiuntur ab hostibus. Quo circa luxuria complexa hominem, omnibus vitijs vinciendum tradit. hunc Veneris vsus euocans ad somnium, ad delitias, ad erogationes, tandem ad rapinas inducit. quare diuitiæ plerumque aut sunt vanæ, aut pernicioſæ, aut iniurioſæ.

Cæterum ne tristis sit vita mortalium, earumdem modesto comitatu lætari necesse est. *Ideo sit*, dicebat Aristoteles, *vt* Mor. Nico. 7. cap. 31. *& corporis, & externis bonis, fortunaque ipsa indigeat fœlix, ne hæc impediant.* ita paupertatis miserias effugiunt, & diuitiarum stimulos. vnde Dominum præcabatur Salomon, *Mēdicitatem; & diuitias, ne dederis mihi, sed tantum victui meo* Prou. c. 30. *necessaria.* nam vt ait Lucretius,

Diuitiæ grandes homini sunt, viuere parcè. De Natura rerum. 5.

semper est prestabilis mediocritas fortunarum, cum possit obtineri, & conseruari facilius. tunc seruata sobrietate concupiscentiarum, erimus hilares, ad omnem comitatem compositi, non ad voluptatem. idcirco Phocion cum repudiasset Philippi Regis munera, illique dictum esset, vt saltem prospiceret filijs, respondit, *Si mei similes erunt, idem hic agellus alet,* Ex Emil. Probo. *qui me ad hanc dignitatem perduxit: si dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum ali, augerique luxuriam.* enimuero si nimia vbertas cogit procumbere fruges ante maturitatem, idem quandoque animis accidere necesse est, immoderata rerum copia pastis, & saginatis.

Quamobrem contenti modicis rebus, non decrescet res familiaris, nec per incuriam, neque per luxum, & vanos sumPius. contubernalem semper habentes parsimoniam, & pudicitiam. quin auersando labiles voluptates, exosam superbiam, crudelesque rapinas, lœti incedemus. cum nouerimus, *Exter-* Poli. 7. c. 1. *na bona finem habere, vt instrumentum quoddam. & illorum excessus, vel nocet habenti, aut certè nihil prodest. At animi bona, quanto magis excedunt, tanto magis sunt vtilia. si quidem & vtilis, & honesti boni appellationem sortiuntur illa,* ita Aristot.

11 Quod si optima Respubl. constitui non potest sine moderata, & temperata rerum abundantia, vt idem Philosophus Poli. 7. c. 4. docuit. quanto magis ciuium est moderanda, ne intemperantiæ deuastentur morbo? nam veluti (auctore Tacito) *Pace,*

& otio

Digitized by Google

& otio mitescunt animi. sic diuitijs, & conuiuijs, flaccescunt primo: deinde ad arma ruunt. Proprijs absumptis bonis, imminendo alienis. *Nam rebus modicis, æqualitas facilè habebatur, sed vbi subacto orbe, & æmulis vrbibus, regibusue excisis, securas ope concupiscere vacuum fuit, prima inter patres, plebemque certamina exarsere.* ita Tacitus. Hist. 2. Hist 2.

Cur prudentes non appetunt fortunæ muneribus affici. Caput XXVII.

NEe enim illorum vita læta esse non potest, qui ductrice prudentia desideriorum prærupta deuitant, aspernantes munera fortunæ. cum non sit dissimilis stultitia, quod quis insequatur, quod non potest assequi, aut sibi vindicare, quod alterius subiacet imperio. qua ratione prudentes ab harum rerum concupiscentia declinarunt, veluti periti nautæ à procellis. ab vtraque naufragium verendum est. etsi illud sit animi, istud vero corporis. Quotiescumque ratio ad concilium non adhibet prudentiam, à sensu decepta venatur caduca, irruens in complexum adamatorum fortunæ munerum. nec quidem furtim, aut clanculo, vt mos est in fœdis scortationibus, sed palam erecta ceruice, quasi sibi placens in aliquo præclaro facinore. at vero prudens dementat concupiscentiam veluti incantatione cœlesti. hinc rectius iter instituens, fœlicius nauigat, certiusque ingreditur portum salutis æternæ.

Est enim prudentia habitus cum vera ratione, qui in his versatur rebus, quæ sunt homini, vel bonæ, vel malæ. ita docuit primarius Philosophus. quem habitum vocauerunt Stoici, *Scientiam bonorum, & malorum*. Cicero vero, *Bonarum, & malarum rerum, & vtrarumque scientiam*. Socrates cum ab hac cœteras ortum ducere nosset, omnes virtutes morales vocauit prudentias. & re vera nulla est virtus sine prudentia: cum sola illa causas scrutetur omnium fugiendorum, vel eligendorum. idcirco iure affirmabat Epicurus, humanarũ rerum omnium maximam esse prudentiam. & Philo illam nuncupauit mentis oculum. Non patitur illa hominem decipi, aut occupari à falsis, aut à prauis opinionibus, vel affectibus, cum in rerum delectu versetur. Quamobrem actiones omnes humanas moderatur ratiocinans, & deliberans de rebus agendis: & ex collocatione præsentium cum præteritis, de futuris ita aptè iudicat, vt præsagire videatur. Ethi. 6. c. 5. De Inuē. 1. De Abrah. 1

Hæc vna succutit fortunæ frena, cum ad omnes eius temerarios

rarios occurſus ſit peritè diſpoſita. qua ratione dicebat Iuuenalis,

Saty. 13. *Magna quidem ſacris, quæ dat præcepta libellis*
Victrix fortunæ ſapientia.

Noſcit iſta deceptoriam eſſe fœlicitatem, quæ ab inconſtãte fortuna tribuitur homini. idcirco illius aſpernans munera, fugatis malorum periculis læta viuit. cum potens ſit illa deſiderandarum rerum caſtimonia, ſibi fingere fortunam. etenim compertum habet, vt ait Horat.

Hora. 3. Oda. 16. *Benè eſſe cui Deus obtulit*
Parca, quod ſatis eſt, manu.

In ipſis vitæ primordijs erumpunt intemperantiæ motus in homine, aliæque peſtes, quæ in diem augentur, donec illuceſcente ratione affectuum laſciuientium feruor ſe ſe remiſerit: & veluti ſedata tempeſtate rationis fræno, illi in ſubiectionis ſtatu contineantur. tunc incipiens homo gubernacula moderari concupiſcentiarum, tranquillius degit, tranſuersè ab illis non abreptus: at quando conſtabilitus fuit cõtra hos irrequietos motus à virtute prudentiæ, grauiſſimum illum morbum ſuperans, etiam fortunæ abiecit munera, regens ſe optimis cõſilijs, probatiſque rationibus. Ethi. 6. c. 5. *Cum prudentis viri ſit proprium, de ijs conſulere, quæ ſibi ſunt bona*, vt Stagirita ait. enimuero prudentia murum erigit, & vallum, contra vitia, contra fortunam. ab illis mors infertur animo, ab hac vero inſanabiles paſſiones. quare nullis interpoſitis inducijs huius dona reſpuit his rationibus. Quia caduca. Quia non explent. Quia decipiũt. Sed de his fuſius.

Quia cadu. Nulla ratione proſequenda ſunt fluxa, & caduca; cum motu quodam celerrimo in præceps agantur. etenim adeò eſt inconſtans harum rerum conditio, vt ad alteram diem manſura ratum, compertumque habere non poſſimus. ita ſunt omnia, quæ à volucri, inconſtantique fortuna hominibus futili tribuuntur dono. fit inde conſequens, vt ab his ſe abſtinere ſapiens debeat, ne vigilans ſomniantium more deludatur præſtigioſis fortunæ donis. inſidiatrix iſta celeriori motu aleam verſat mortalium, quàm quod prius ſe ſe oſtentauerat ſedulam munerum donatricem. quin potius hæc eadem ſcenica dona, (niſi ſuę quandoque malignitatis obliuiſcatur) parca effundit manu. cæterum vero ſemper eſt in malis profuſior, ſciens ſua luctuoſa æraria nunquam fore exhaurienda. quo circa talia mutantur aſſidua viciſſitudine, vt quæ læta eſſe videbantur, mox calamitoſis euentibus perturbentur, & iterum fœlicius regreſſa acrioribus exaſperentur malis; vt omnia ex interuallo deſinant in luctum. enimuero commutata fortunæ beneuolentia

in iram,

Digitized by Google

in iram, omnia in oppositum recudi necesse est, risus in lachrymas, libertas in seruitutem, opulentia in pauperiem, spectabilitas in abiectionem, formidabilitas in contemptum. Quare 4
peritè dicebat Seneca,

Quis sapiens bono In Hippol.
Confidit fragili?

Sine mora illius præteruolant dona. ita nobis apparent, & mensurantur fluxilia, quæ aguntur cœlorum raptu. quamobrem æstuario modo veniunt, magnoque impetu iterum abeũt. hinc cum aliquem illa magnis inundauerit fœlicitatibus, auerso fluxu, nec quidem guttam relinquit prioris fœlicitatis: admirantibus cunctis, quo nam pacto tantam molem opum, vel dignitatum, fortuna extorserit, & in aduersam traduxerit partem? omnia vult illa agitari more iactatæ nauis; & cogit ad summum perducta relabi. sic perenni mutabilitate suorum donorum torquet mortales. nam quosdam incerta spe agitat, concutit vero alios certo timore cum quandoque fœlicitatibus extollat aliquos, & aliquando obruat improuiso calamitatum pondere. ideo nulli hominum haret illa firmis radicibus, sed veluti histrio decipit astantes, qui illius appetentes præstigiosas sequuntur erogationes.

Floruerat quondam Græcia ante Macedonum imperium, cui deinde parens extincta est. postea Macedonum monarchia in plures Dynastes diuisa, & debilitata interijt. Ante illam inclyta erat Persarum fœlicitas, cui vnica dies, unicum ad Arbellam prœlium. unicus impulsus aduersantis fortunæ finem regnandi attulit. Præclara Aegyptiorũ potentia, vt nubes præteruolans omnino euanuit. ita imperiorum uolubilitate admonemur fugacia esse fortunæ bona. quare sapienter dicebat Stoicus Seneca,

Nec vlli præstat velox In Medea.
Fortuna fidem.

Transfert ilta præfinito tempore sua dona ad alios. sic sceptrum collocatum Assirijs deduxit ad Persas, postea Græcos euexit, subinde Romanorum dilatauit imperium, cuius non exiguam partem subiecit Thraciæ monarchiæ, quæ modo nutant intestinis dissidijs, & audacia rebellium Ducum, ruinam minatur. quare constat priuatas, publicasque res, frequentissimis mutationibus urgeri uastante fortuna. Qua ratione quis quis animo recoluerit has, similesque mutationes, semper uerebitur, ne donorum specie decipiatur ab inconstantia rerum. cum, ut ait Seneca,

Nec sibi quisquam spondere potest In Octauia
Firmum, & stabile;

idcirco

Digitized by Google

idcirco ille Scytharum orator Alexandrum monens vt abstineret ab inferendo bello, dicebat *Magnas arbores diu crescere, & vnica hora extirpari*. ita familijs accidere solet, ciuitatibus, regnis, & imperijs. etenim vt verè ait Ausonius,

Curt. lib. 7.

Fortuna nunquam fixit in eodem gradu.
Semper mouetur, variat, & mutat vices:
Et summa in imum vertit, ac versa erigit.

In Epig.

Itaque vaframenta potius, quàm bona, vocanda sunt fortunæ munera: cum scenico more anhelantes, & intueates imponant. nec solum ratione inconstantiæ, sed quia quandoque opulentijs mortalium animos respergant vitijs, vt nuper diximus. vel saltem quietis nomine in desidiam resoluant. Quãobrem ab illis se decipi non permittunt sapientes. cum quæ in illis lateant mala, remotis velamentis spectantes, auersentur histrionica dona, quæ etsi in speciem bona videantur, nouerunt tamen esse morbifera. quare ab illis declinãt vt leuibus, vt mutabilibus, vt sœpe damnosis. Alexander Indorũ regna inuadens, cum quendam Regem vicisset collatis signis. illumque interrogasset, quid sibi victori foret tribuendum? respondit, *Quod hæc dies tibi suadet, quo expertus es, quàm caduca sit fœlicitas*, quo prudenti responso, deperditum regnum ab Alexandro obtinuit. verissimè ait Liuius, *Et parta, & sperata decora vnius horæ fortuna potest euertere.* & Euripides dicebat, *Instabiles esse fortunas, cum vnius diei ruina euerti possent.* sed Phaleræus addidit, *Non vnius diei, sed vnius temporis momento.* & Seneca, *Quod est regnum, cui non parata sit ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? Nec magnis ista interuallis diuisa: sed horæ momentum interest inter solium, & alienа genua.*

Curt. lib. 8.

Liui. lib. 30.

Plut. de Exilio.

De Tranq. cap. 11.

Idem Plutarchus refert. Agidem breuissimo temporis curriculo totius ferè Peloponnesi adeptum fuisse dominium, puntoque temporis excidisse ab illo. & Piso nomine adepto Cæsaris, quarto die militari perfidia vulneratus interijt. Incerto motu fluctuant omnia, vt quæ ad incrementum videntur tendere, ad interitum properent; quæ vero proxima iudicamus fini, repuerascant, ita tamen, vt ad senium deducta nulla arte possint ab interitu vendicari. idcirco quæ olim magna fuerũt, vt ad sua sordida principia relabantur necesse est. Agesilaus ita se se assueuerat, vt metuens videretur hilaris, & secundis in rebus longè timidissimus esset: (vt refert Xenophon.) fortunæ verens mutabilitatem. quæ ministra est Dei, vt diximus cap. 17. vel verius est ipsa Dei prudentia omnia moderans. vt in capite 38. dicemus, causaliter accepta.

In eius vita

Tac. Hist. 1.

In eius laudibus.

Vtinam ad huc non secum afferrent fortunæ munera inexplebilem

Digitized by Google

plebilem cupiditatem eorundem munerum, quæ, vt constat experimentis, nullo bonorum cumulo sedari, placarique potest. quare primo homines mediocria concupiscunt, at ex ijs ad maiora fit transitus, quibus acquisitis ad vasta propendunt. & sic fortunæ donis pellecti vrgentur desiderio rerum non dũ partarum. quod est in causa, vt nunquam à voraginibus cupiditatum attollant capita, in quibus se se per imprudentiam dimiserunt. hinc nouis inhiantes acquisitionibus, non tam lætantur præsentium bonorum possessione, quàm auiditate cruciãtur concupitarum. etenim nullis cancellis coerceri potest ingesta ingluuies temporalium bonorum à blãda fortuna. Quia non explent. 5

Tunc fit insatiabilis imprudentum irritata cupido; semperque nouis affluentibus cupiditatibus se se irrequieto affectu ad illa deducunt mortales, ratione congenitæ proclinationis ad sensibilia. veluti de sua Pyrrho dicebat Plutarchus, *Noua siti ad alia, ad aliaque properans*. nam noua rerum assecutione non tranquillatur mens, sed concitatur. vnde Boetius. In vita Pyrrhi.

Sed sæuior ignibus Aetnæ
Feruens amor ardet habendi. Boet. 2. met. 5.

eum quo plura possideant homines tales, eo acrius à cupiditate stimulentur. quare potius fortuna suis gazis pauperiem infert animis, quàm auferat, siticulosos efficiens, & indigos. ita fit illis rerum copia laborioſa, cum aliud post aliud insequentes donum, à nullo contingat expleri. pleroſque vidimus

Quærere vt absumant, absumpta acquirere certant. Ouid Fast. 1.
Atque ipsæ vitijs sunt alimenta vices.

Humanum genus non potest intra suos limites consistere, sed amplius semper concupiscens maiora subinde appetit. ita docebat Chrisostomus exemplo eorum qui repleuerunt orbem terrarum. A pertis cauernis cupiditatum per imprudentiam, quis efficitur miser. vnde Dominus dicebat, *Ego cœpi percutere te. tu comedes, & non satiaberis.* & per Ageam, *Comedistis, & non estis satiati.* Etenim vt perite monuit Seneca, *Non qui parum habet pauper est, sed qui plura cupit.* semper in his supersunt affectus habendi; cum prudentia careant, qua demoliantur tales ægritudines. quo circa aliter pulsatur prudens ab istis affectibus, aliter imprudens; iste veluti seruus non reluctans se submittit flagris, ille vero veluti athleta resistans, repugnans, illatos ictus contundens, insistens prœlio, assequitur victoriam. cum hic agere sit paratus, ille pati. hinc quasi mancipium substinet cupiditates heras intolerabiles. Quamobrem hominis animus traducitur ad periculosa, ad difficillima paratu. nam frequenter abscissis probatis consilijs. temeraria contentione ad ea tendit fastigia, in quibus solum In Gen. Hom. 30. 6 Miche. c. 6. Ageos c. 1. De Paupe.

Digitized by Google

inuenit præcipitosa exitia. Itaque animus natura, & fortunæ lenocinio ad vasta properans, sistendus est prudentiæ fræno: & dirigendus est ad tutissimum mediocritatis statum, aut pau-
De vitanda vsura. pertatis, *Nam hæc sola securitate differt à diuitijs*, vt asseruit Plutarchus.

Quare imprudentes sunt, qui se insecutioni dant fortunæ, vt per obsequia illius sibi dona concilient. nam veluti sobrietas vtilissima est, cum arceat infirmitates, quæ à crapula inducí solent, vegetioresque sensus efficiat; cum ab amica parsimonia custodiantur, ne saginati grauentur; ita menti prodest abstinentia à caducis, ne per illarum suffusam caliginem, suæ naturæ immemor efficiatur, & officiorum, quibus in omni tem-
De arte a-man. 2. poranea frugalitatem, & parsimoniam sectari debet. hinc vt ait Ouidius,

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.
Nec facile est æqua commoda mente pati.

Annal. 5. *Sæpe hi inconsultè vtuntur fortuna*, ait Tacitus. quare sapien-
Decupid. diuit. ter monuit Plutarchus, *Veras diuitias esse, superflua non appetere.* cum facilius mediocritatis statum assequamur, & retineamus. nec tam frequenter ludibriis agitamur, fortuna sua reposcente dona, nec inuido, aut maligno proscindimur dente.
Epist. 14. *Nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit*, monebat Seneca. & Pittacus Mytilenis offerentibus multa millia iugerum agri ex reportata belli gloria, respondit.

Ad Trasib. *Nolite mihi dare quod multi inuideant, plures etiam concupiscant: nam parua munera diutina, locupletia non propria esse consueuerunt.* solum moderata diuturniora, & remotiora à criminibus esse consuescunt; non enim talia acriter vrgent
Eccles. c. 10 mortales ad nefaria. Quare docebat Salomon, *Si diues fueris, non eris immunis à delicto.* Quamobrem sicuti insignis est pæna, posse mala cogitata perficere, (qua ratione quandoque est optabilior egestas, ægritudo, impotentia, quæ cursum re-
7 tinent effræni animi.) ita omnis sapiens omnem suæ fortunæ euersionem optabit potius, quàm in discrimine constituit, patrandi scelera. Ideo si hi ad talia se sentient procliues, consilio mentis potius deseri appetent, quàm perficere medidata. nam quibus talia succedunt, miserendum potius est, quàm inuidendum; effecti nondum procliuiores ad malum, sed obnoxij ad pœnam.

Itaque non appetunt affici muneribus fortunæ; cum tem-
Polit. 2. c. 5. poralium ingluuies sit inexplebilis. *Cui remedio non est bonorum, & opum æquatio, sed potius disciplina*, vt dicebat Philosophus. *qua probi in immensum augere opes nolint, & improbi*

non

Digitized by Google

non possunt. In regibus plerumque talis sitis est intermina, nec vacat obtentu. cum videantur pare diuitias in subsidium regni. quare ab eis in omnibus studiosè subodoratur census. nec desunt satellites, qui pro regis vtilitate adsint audacter, vt ab omnibus lac emungant, & sanguinem. Alexandrum nouimus fleuisse, cum Anaxarchum differentem audisset infinitos esse mundos. percuntantibus amicis, quæ esset lachrymarum causa? respondit, An indignum est nos flere, si cum infiniti mundi esse dicantur, tamen non dum vnius dominium fumus adepti? igitur fortuna donis vastificans nostras cupiditates, deludit. Pluta. de secarit. &c. 8

An quia cum *malum sit infiniti*, vt docebat Stagirita, carens termino deducit insecutiores ad motum non ad quietem? sicuti cum bonum sit finiti, ad terminum eos deducens, potiri facit quiete. Nic. 2. c. 6.

An quia experiens homo omnia fortunæ dona esse permixta malis, sperans immixta assequi, semper nouo desiderio in cœteris fertur? nam si immixta mala bonis experitur, sperat immixta bona malis assequi.

An quia omnia (Vnico excepto Deo) maiori prosequimur desiderio, quàm quod consecutæ delectent? idcirco famem non explent, sed acuunt, irritant, non cœrcent.

An quia ad suaue speratum mali ductore caremus? idcirco tales cæcitate perculsi veluti sodomitæ nequeunt adinuenire ostium. qua ratione cum cursitent circa sensibilia, fine non assecuto quietis, acrius stimulantur. delectabile vero virtutis attingimus, quia in hoc Deus ducatum præstat. Gen. c. 19.

An quia irrequieta est illa animi nostri potentia, donec adæquati obiecti possessione lætetur, quod solus est Deus? qua ratione cuiuslibet alterius rei vsus pios tædet. at imprudentes multitudinem concupiscentiarum admittêtes per sensum, per easdem tristari necesse est; cum sint extraneæ ab obiecto vero. quamobrem temporalia licet videantur fœlicitatum initia, sunt quandoque venena animi. nam veluti pictores coloribus ostentant simulacra vana, & futilia; ita largitionum speciebus nos fortuna irritans, trudit, & stimulat ad perennes concupiscentias.

Irritat quidem illa, & decipit imprudentes. nam isti, vt peritè admonet Claudianus, Quia decipiunt.

Tolluntur in altum
Vt lapsu maiore ruant. In Ruff. l. 2.

Multi Romanorum Ducum adepto Imperio deceptricem esse fortunam senserunt vitæ naufregio. Vitellius à Vespasiani militibus vinctis post tergum manibus ad spectaculum circumdu- Paul. Aqui. lib. 8.

Digitized by Google

cumductus est vulgi. & ne in extrema fortuna faciem dimitteret, gladium subiecerunt mento. turpioribusque purgamentis fœdatus, in Tyberim, vnco tractus, proiectus fuit. & vt nihil miseriarum deesset, caruit sepultura. Quamobrem verè ait Philo, *Diuitiæ, honores, sæpe obueniunt impijs, non vt prosint, sed vt amissæ grauiorem afferant molestiam.* his quandoque accidit, vt paulo post solæ remaneant scelerum, vitiorumque inclinationes, & instrumenta, cæteris bonis omnibus dissipatis. vt indefessè à non vereascentibus malis habitibus (reuiescente cupiditate, & inualescente memoria) iuuenescant mœrores. quare ab intemperantia grauati desideriorum, traducunt vitam omni captiuitate molestiorem. his enim affectibus, quibus quisque blanditur, fit seruus, quibus cogitur tributa pendere veluti heris. idcirco si illorum regnandi conditio pernicioſa est, nostra quoque seruitus erit lethalis. cum à quocumque vitio funebriter vulneretur anima. itaque bonorũ fortunæ pernicioſa est contagio: nisi à virtute charitatis in proximum, & pietatis in Deum traducantur ad frugem, & ad bonum vsum.

11 & Pœnis. De Præmijs 9

Quamobrem qui artem callent sanandi hos morbos, studiosè remouent similes cupiditatum stimulos. enimuero emigratio ab huiusmodi affectibus subigens illarum tyrannidem, nobis pacem internam elargitur. *Cum prudentia optimam faciat vitam, & suauissimam*, vt dicebat Plutarchus. idcirco prudentes nunquàm se fortunæ committunt; scientes sœpissimè tales deludi. imò illa aspirante prospera, eius inconstantiæ reminiscentes, præsenti non se fidunt vultui. cum plerosque lœtis elatos fortuna fefellerit, vt luctuosius ruerent. quare illius execrantur dona. noscentes pari ratione tranquilliores esse noctes, quàm dies ob solius absentiam, vt docuit Stagirita, & prudentum vitam ob inopiam fortunarum. harum etenim adeptio non prodest, sed obest plerumque, cum deterior pars hominis donis caducis pellecta, opprimat sociam mentem: afferens meretricio fuco damnosum vt vtile, periculosum vt tutum, lethale vt saluberrimum. Verum tunc demum fraudulentium donorum pœnitet, cum ab illorum corruptela se sentiet impelli ad mortem æternam, & interim ad temporales mœrores, eò quia dilatauit cupiditatum ora ad sensibilia, à quibus, quasi ab in exhausto fonte, indefinentes appetitus erũpunt. *Quia cæca est, & temeraria dominatrix animi cupiditas*, vt dicebat Cicero.

De Tranq. Methe. l. 2. De Iaue. 1.

Verum sapiens hanc præcludens scaturiginem temperantia, & sobrietate, in pace degit, deuictis cupiditatum copijs. Qua. ratione solius est prudentis tranquillos dies ducere. interius

namque

Digitized by Google

namque composita pace, (etsi externæ miseriæ ingruant) non labefactatur à sua animi statione tranquilla. Apud eos solum sunt in pretio honores, diuitiæ, & cœtera dona fortunæ, qui in luxu, & libidine viuunt. quod tunc fit, quando imperium est delatum mulieribus, vt docuit Aristoteles, aut dominatur sensus, At apud prudentes solæ existimantur virtutes, & sunt in pretio; cum immortalis animi æterna sint ornamenta. vt asseruit Boetius, 10 Poli. 2. c. 7.

Has solas nullus potuit peruertere terror,
Ne nostrum comites prosequerentur iter. De Con. 1. met. 1.

Nam bona omnia adsunt penes, quem est virtus, vt dicebat Plautus. Quo circa cum quidam Syracusanus nauigationem instituens ad ciuitatem Aristippi, illique dixisset, si quid se vellet suæ familiæ referre, ita respondit, *Hoc inquit præcipe eis, vt eas res sibi curent parandas, quæ cum possessore in naufragio enatent*, vt Galenus refert. ipse enim ex naufragio solas suas virtutes retulerat, at dona fortunæ non emergunt ex fluctibus, sed possidentem cogunt subsidere. Itaque hæc aspernantur sapientes; cum videant earum secutores tabescere primo ad fores fortunæ; deinde illis acquisitis pauitare, ne suorum donorum fortuna pœnitens extorqueat; & tandem ne alterius malignitate recudantur in calamitates. ita cum nolint periclitari, abijciunt illa; *Et omissis præcipitibus, tuta & salutaria capessunt*, vt monuit Tacitus. cum vt Seneca prudenter monuit, In Amphi. 11 In Orat. sual. ad art. Annal. 15.

Quicquid excessit modum,
Pendet instabili loco. In Oedip.

Adhuc etiam ratione suæ præstantiæ sapiens declinat à concupiscentia temporalium.

Cap. XXVIII.

OCulis, menteq; spectata conditione rerum, quas per sensum nobis obtrudit subdola fortuna, certè inordinato motu ad illas se deduci non admittet prudens. cum ex eorum sint genere, quæ elabuntur. quin etiam possidentis irritent ingluuiem; & præstigijs accensam, verè pessundent. ijs meditationibus hominis sapientia augetur, & firmatur. tunc imaginibus rerum fœlicium decipitur, nec turbatur molestarum. Enimuero sicuti ex animi castimonia, continentia oritur, & ex pietate religio; ita ex prudentia ortum habet ipsum sapere, & medi-

Digitized by Google

meditari rerum copiam ex se insatiabilitatem inducere in animum insipientis. quo circa diuites in ipse ebrietate sitiunt, & miserrima animi egestate in ipsa famescunt abundantia. illorum mente supine & ignauiter se gerente; cum non assueuerit se in his detinere meditationibus, sed sensuum irritata lenocinio, obuia quęque appetendo, exitiati cupiditati indefesse famulatur.

Hinc veluti stupiditatis morbo correpta, licet violentijs discerpatur affectuum, sui status miseram non percipit conditionem; cum se cadaueroso dicauerit corpori, suæ præstantiæ immemor effecta. Quare suis satellitibus seruiens, ad abiecta traducitur munera, dum histrionicam fœlicitatem venatur ob incogitantiam. vnde Claudianus,

Sed quia cæcus ineſt vitijs amor, omne futurum
In Eutro. 2. *Deſpicitur, ſuadent breuem præſentia fructum*
Et ruit in vetitum damni ſecura libido.

2 Deum duplici ex parte hominem formauisse sacra volumina nos docuerunt. quarum altera terra est, cui ipse summus Artifex spirauit vitæ spiraculum; vt ex corruptibili, & incorruptibili constans, per morum differentias homo posset duo sui genera constituere. primum cœleste, suum sequens principium, & principem Deum, à quo solo potiorem partem, mentem nempe, sortitus est. alterum terrestre, ex quo plasmatus non desinit inhiare terrenis. Hoc genus corpori seruiēs, suique materialis initij insequens inclinationes, mortale vocatur, & infœlix. alterum sui creatoris naturam æmulans, & virtutes, immortalitati inseritur, & fœlicitati æternæ. Quapropter sicuti primum genus mortalia prosequens contra se malum constituens, ab immedicabili morte secunda læditur ad perennem luctum: ita alterum assuetum petere sublimia, in vnius tantum Dei amore, & contemplatione mansitans, post fata pascitur edulijs sempiternę vitæ, effectum consors beatæ immortalitatis, beneficentissimi Dei sui contubernalis dono. Idcirco in sacris oraculis sœpe legimus tàm de probis, quàm
Gen. c. 25. 49. de improbis, *Ad patres ſuos fuiſſe appoſitos.* nam & naturalis
Re. 3. c. 14. est ordo, & dispositio legum, vt omnia ad sua recurrant principia, vel ad sui similia. ideo singuli hominum ad illud reducūtur genus, quorum referunt mores, vt probi proborum, & improbi improborū. vel terreni terrā, cœlestes cœlū referunt.

Enimuero cum mens tributa fuerit homini, vt subditarum potentiarum regeret affectus remissis, vel reductis habenis, si post habitis melioribus bonis deteriora eligat, ad sui similes cogitur abire, vt scelerum pœnas luat. at si pientissimorū imitetur vestigia, particeps quoq; erit illorū fœlicitatis, cū liber

men-

Digitized by Google

mentis actu (Dei munificentia) se se ad ilia sponte deduxerit.

Est enim mens animæ anima, vel caput animæ, vel lumen hominis. vel nobilior pars nostri orbis, vel splendor & radius diuinæ naturæ. ideoque cum actu voluntatis diuinæ,& potentiæ imperio cœlum, & terra emersissent ex nihilo, cœteraque ex elementis repente, *Cum hominis animum creaturus esset, neua quadam ratione vtens, non imperiali verbo, sed familiariori manu, præmisso blandiente verbo, dixit Faciamus hominem. Inspirauit in faciem etus spiraculum vitæ.* Hęc Tertullianus. hoc idem adnotans D. Basilius ait, *In Deo prægreditur consultatio, quemadmodum hoc animal prouehi debet ad vitã.* nouerat illud fore suæ artis, suæ sapientiæ, suæque beneficentiæ, inter visibilia, opus eximium, & singulare simulacrum suæ inuisibilis maiestatis. Nec certè hoc spectandum est in ipsa corporea mole, quæ crescit, & decrescit,& senio confecta abit in cinerem; sed in anima, quæ cùm sit expers corruptionis, semper est sibi similis. qua ratione est prorsus immobilis naturæ Diuinæ immortale simulacrum. Hæc per mentem reputans diffidium, quod est inter turpe,& honestum; inter piũ, & impium; meliora se ligere potest,& fugere deteriõra. idcirco dici consuetum est, in homine sciẽtiam esse boni, at mali hinc potest meliora deterioribus anteferre; cum ex sua deliberatione veluti ex principis præcepto ciuica omnia pendeãt, & iudicentur quasi ab incorrupto iudice. Omnia quæ cœlorũ agitantur cursibus, à Deo reguntur fonte vetustissimo omnis rationis; at sola mens sui constituta est domina; ideo valet suo arbitratu singula quæque bona, vel mala sequi. nam etsi aliunde ad oppositum instigetur, vt libera cohibere, & comprimere potest stimulos. hinc illi in nos imperium demandatum est; vt quemadmodum corporis regimen commendatũ est oculis, & totius vniuersi tutela commissa est luci, sic hominis cura mandata est menti animæ oculo: cùm ipsius sit munus effusas tenebras ignorantiæ, vel affectuum dispellere, proprio illato splendore, à quo talium rerum fugatur caligo. ita sui est iuris, & dimissa à vinculis necessitatis. Quamobrem sicuti se habet ille Magnus Imperator Deus ad hoc visibile vniuersum cuius partes inuisibilis existens moderatur; ita mens hominis latens, moderatur singulas eius operationes, in quibus virtutis ratio ineft, vel vitij.

3

Contra Marci. 2.

Hexame. homil. 10.

4

Quo circa cum bruta careant decore libertatis, ad ministerium tradita sunt homini. vt dicebamus fusè in capite quarto. à quo ignobili vulgo bestiarum secretum fuit hoc animal homo; cum apud illum solum sint virtutes. ideo peritè dicebat D. Basilius, *Non perturbationes in Dei similitudinem assumptæ*

In Exam. hom. 10.

Digitized by Google

ptæ sunt, sed ratio domina perturbationum. Quapropter in rationis præstantia hominis constituitur principatus. ita inuisibilibus motibus omnia lustruans, inuisibilibus viribus omnium formans imagines, inuisibilibus simulacris omnia complectens, vniuersum hoc, & partes contrectat: & delitescens, ratione muneris intelligendi, sub membranula cerebri vagatur per totum; cum per operationem sit quodammodo ductilis, nunquam tamen obrumpitur, cum sit potentia indiuisibilis substantiæ, quæ simulacrum est fœliciſſimæ mentis Dei. idcirco iure homo culpari potest, si suum creatorem non imitetur. Enimuero quo in animo est principatus, & dominatus in vitia, ibi absoluta est imago Dei, naturam eius repræsentãs, & gratiam. & tunc verè homo lætari potest. Quod illi contingere non potest ex copia diuitiarum, aut honorum, aut ex robore, vel agilitate corporea. *Præclara facies, magnæ diuitiæ, adhuc vis corporis, & alia huiusmodi omnia breui dilabuntur*, vt ait Sallustius. quin imò aliquando ineuitabilem perniciem afferunt. verum cum infusæ virtutes, & acquisitae in solius animæ locentur sede præsertim, & suæ sint, & perenniter, in ijs se sibi placere æquum est. qua ratione vbertas non commendatur in plantis, neque in brutis foecunditas (licet concupiscantur) neque in his improbatur sterilitas, sed solum in homine honestas morum, & pietas laudatur. quia has sua sponte sequitur ad edictum sui Plasmatoris Dei.

In Iugurta.

Hinc nullius ministerio vsus est Deus in creatione animi. cũ gratissimum sibi formaret habitaculum, in quo libentissime quiesceret. quoties redoleret probitate, & pietate. nam licet homo erat animal futurum paruum, & fragile, mentis tamen præstantia adeò futurum erat illustre, vt nihil in compositis rebus foret illi assimile. nam in patria manet, & peregrinatur ab illa; ratibus mare, & vehiculis perlustrat terras; artibus omnia commoda sibi comparat; studioſoque labore sibi simplicia corpora aptans, coegit seruire; compositaque subijcit dominationis imperio; per amorem tandem, & sapientiam ad cœlestia præteruolans per custodiam virtutum cœlorum efficitur ciuis. nam solis terrestribus terram incolere tributum est, menti vero cœlum. hinc nisi se se mens extulerit virtutum alis in alieno brutescens solo interibit, vt reliqua animalia solent in extraneo elemento.

§ Ratione cuius tributum est ius, & potestas homini in omnes bestias, (etsi specialiter in innocentiæ statu, in quo nulla res esse poterat, quæ homini detrimentum afferret, aut molestiã; cum etiam immitia animalia singulari custodia Dei reddebantur cicura.) quæ licet tunc hominem venerabãtur summissius, semper

Digitized by Google

ſemper tamen poſtea illum verita ſunt ad ſecundum edictum diuinum, *Et terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animantia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram. omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.* Gene.c.9.

Ita conſtat multarum artium ſtudio animalia omnia ſubijci imperio hominis: cum etiam balenis imperitet.& hoc quidem magnificè per opulentam,& praediuitem rationis facultatem, qua cogit ſingula quaeque quaſi refugos ſeruos ſuo parere ſceptro. De qua re ita D. Baſilius differit, *Videbatur, elephantis nihil habere natura procerius atque robuſtius, nihil terribilius leone, nihil ſæuius tygre. verum hæc ſeruiunt homini, & naturam ſuam humana induſtria deponunt. obliuiſcuntur, quod natæ ſunt, & induuntur, quod iubentur. quid multa? docentur vt paruuli, ſeruiunt vt famuli, adiuuantur vt infirmi, verberantur vt timidi, corriguntur vt ſubditi, & in mores tranſeũt noſtros.* In Hexam. hom.6. In India onera omnia ferè miniſterio elephantorum deferentur, vt teſtatur Ioannes Vgo. Leo, Vrſus, omnia ſimiarum genera geſticulantur, etiam ſtupidiſſimum animal Aſinus, vt refert Bellonius. & quod prorſus incredibile videtur eſt, Petauriſtae Indorum eductis ſerpentibus ex cordibus ad ſonitum muſici inſtrumentis illos excitant, & cogunt tripudiare, & geſticulari. quos veluti domeſticos accipiunt oſculis, amplexu, & allocutione, vt idem teſtatur Vgo. Hinc patet hominem ratione mentis eſſe natura principem; quare illi deferendum erat regnum. & licet virium imbecillitatis multis animantibus ſit inferior, tamen ob nobilitatem originis in Ducem erat eligendus. cum rationis bono, & virtutem praeſtantia, ad cœlum vſque poterat euadere. In cuius gratia natura produxit animalia, vt aſſeruit Plinius, quem finem omnium rerum vocauit Ariſtoteles. & D. Baſilius explicans illud verbum, *Faciamus*, ideo ait ita dixiſſe, *vt planum fiat hominum apud Deum finem eſſe, & perfectionem cunctorum operum.* In ſuis Nauig. c.46. In ſuo Itin. 2. cap.52. In ſuis Nauig. c.53. Plin.7. c.1. Phiſ.2.tex. 24. Hexame. hom.10.

Et ſi non omnia immediatè corporeæ moli hominis deſeruiant; famulantur tamen animo. non modo vt philoſophanti adſint, ſed vt ex ijs venans, agnoſcenſque ſummi opificis ſapientiam, ad amorem tantæ beneficentiæ excitetur, & deducatur. Ita mens nititur ſui Principis referre ſimilitudinẽ inculpatis moribus, cuius imaginem latenter circumfert. docente Baſilio, Nomen ſimilitudinis pertinere ad virtutes,& ad morum ſanctimoniam. Qua ratione viribus virtutum euolat ad cœlum, euitato pondere caducarum rerum. Etenim ſicuti artibus ſibi neceſſaria comparat, & delectabilia, vtilia vero In Hexam. hom.11.

Digitized by Google

ſpeculationibus, ita ſui Regni aemulans virtutes conſequitur æterna bona. Horum virorum ſolus Deus eſt hæreditas. nam alia apud alios ſunt in pretio, apud hos vero ſolus ille optimus & maximus author rerum omnium. idcirco cœterorum animantium ora deorſum flexit, anteriores pedes apponens pro fulchro. at homini os ſublime dedit, vt ſui æthereiſ principij reminiſcens, diuinitus impreſſam imaginem tueretur, vendicans illam ab omni terreno affectu, nè fœditatibus deturpata indigna eſſet tanti Principis aſpectu. *Imperium etenim quod nobis in belluas datum eſt, nos eò dirigit, & impellit, vt nobis met ipſis imperemus*, dicebat Baſilius. Quoties quis immortalitatis reminiſcitur, certè abhorrebit caduca. idcirco ne homo occuparetur ab eo, quod ſenſibus eſt conſpicuum. totum illud factum eſt corruptioni obnoxium, ne à ſuo excideret fine. enimuero deſerens homo obſequi Deo, deſinit quoque regere inferiores potentias, à quibus truditur ad amorem mundi. at traductus eicitur à Deo, eiectus non ſuis dominatur paſſionibus, ſed ſeruit. quo circa Dei deturpans imaginem, qua ſapit, & intelligit, deſinit ius habere in regnum cœleſte, & patriâ ſuæ originis.

In Hexam. hom 11.

An tanta hominis dignitas, & præſtantia non auocabit hominis prudentis animum à caducarum rerum concupiſcentia? inter animantia ſolus homo eſt liber, cum per rationem ſit manumiſſus à poteſtate ſenſuum. ſolus diues, cum veris virtutibus poſſit honeſtari. ſolus patritius, cum ſit cœleſtis originis. ſolus Rex, quia irrefragabilem accepit poteſtatem à ſupremo Monarcha. Solus Dei filius, cum per adoptionem ad æterni regni admittatur participationem. Quamobrem licet efficax ſit ratio arcendæ concupiſcentiæ, tum ex praua conditione diuitiarum, à quibus ſæpe truduntur mortales ad profana, vt dicebamus cap. 26. tum ex inani oſtentatione bonorum fortunæ, vt dicebamus cap. 27. longè tamen acrior illius frangitur, & emollitur proteruia ab hac noſtri generis excellentia. nam ſi ad principandum nati ſumus, cur inſeruimus paſſionibus? ſi in hac mundi Republ. præſumus, cur domi noſtris famulamur ſeruis? cur obſcuramus interituris rebus noſtræ mētis præſtantiam? cur magnificè de nobis, vt par eſt, non ſentimus, cum dominam poſſideamus rationem omnium paſſionū? eſt enim indecorum, & exitiale diuinam noſtam mentē ſenſibilibus ſubijcere, & mancipare famulatui diuinæ Maieſtatis ſimulacrum. in quo elucet creaturarum omnium viſibilium dignitas. Quare ſi elus ſpectemus naturam, nihil in ſublunaribus illuſtrius; ſi dignitatem, nihil illa diuinius.

Itaque menti noſtrae debebatur praefectura ſenſuum omnium,

nisi,eosq;pro famulis recipere:vt illorū ministerio vtens,nosce ret in extranea domo esse. idcirco veluti peregrina niteretur re gredi ad patriā, cuius imperij latitudo est lōge latior,diuturni tas dominij perēnior,affluētia delitiarū vberior,ciuiū inter se amor exquisitior,& Ducis cōsuetudo ineffabilior.Idcirco mēs sapientis ne à sensibus traducatur ad caduca,cum illorum po stulata sint molesta, imperium in eos exercet.nec patitur præ postero ordine gubernari ab illis,qui eam vt praepositū magi strū reuereri debent. sciens obsequium in sensus, mortem homini conciliare aeternam. Transfert se homo ad illorum ani mantium naturam, quorum prosequitur affectus. etenim per fraudem imitatur vrsam,per superbiam leonem,per saeuitiam canem, per auaritiam lupum, per lasciuiem equum, per vindictam viperam, per hypocrisim vulpem, per mordacitatem scorpionem. tunc abijcit ea, quæ Dei referunt similitudinem mentemque dimitti patitur à sublimi ad escas profanas illicitasque prosecutas à sensibus.cum tamen necessario foret semper Dei referre laudes, & vbique tueri eiusdem similitudinē sanctè, & impollute. 8

Accipit homo corpus in famulatum, dicebat Augustinus. qua ratione anima illi stipendia pendit, tribuens ei donum vitæ. nam abeunte illa corpus elabitur, veluti domus habitatoribus deserta. quare incogitantis est animi se interituris dicare. cum ea cogitata indere debeat animo, ex quibus immortalitatibus fructus colligitur. Neque enim alicui animalium carne tectum tributum est posse inuisibilem Deum concipere intellectu, & ad illum se deducere per filialem amorem. præsentium rerum est solum spectatrix mens,quousque fuerit adiuncta corpori, quod sensim elabi conspicit; veluti humani cætus, licet sint instructi optimis legibus, diu tamen morum innocentiam ciuium retinere non possunt,quin in deterius declinent: adeo sunt omnia alterationi obnoxia in deterius. etsi videantur ad perfectionem tendere, ipso eodem motu ad interitum currunt. In psal. 145

A tanta rerum labilitate consilium capit sapiens animus, spectare cœlestia. cum amata caduca eum inducant ad insaniā præsentium, & incogitantiam futurorum bonorum. Est enim concupiscentia inferioris animæ veluti tortuosus coluber nesciens se se attollere, sed solum quæritat scrobes, & hiatus, in quibus delitescat. hinc iacere cogitur, vt assueto terreno cibo vesci possit. Ita animus concupiscentiarum grauatus mole, sinuosis & occultis repens artibus, sæpe hominum fugit aspectum ob prauitatem quæsitarum rerum. At qui monitricem sequitur rationem, cum se omnibus eminere sentiet, sibi reli- 9

Digitized by Google

Hexa. Hom. 10. qua contemptui erunt. dicebat D. Basilius, *Datum est tibi imperium in pisces rationis expertes, vt perturbationi à ratione alienæ imperes.* & D. Bernardus de hominis loquens præstantia ait, *Cogita qualem te fecit, nempe etiam secundum corpus egregiam creaturam, sed secundum animam magis, vt pote imaginem creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ. porro secundum ambo simul præ cæteris creaturis maximè admirandum.* Qua de causa ad sublimium impellimur amorem; cum similitudo sit amoris mater, & nutrix. ideo à cœteris rebus cauebimus, ne visibilium detenti ingluuie, remoretur iter animi nostri aduolantis in cœlũ. Hi qui cogitant sedulò cuius gratia sunt creati, firmo gradu inuadentibus prauis affectibus obsistunt acriter, vt ne latum quidem vnguem discedant à præostensis itineribus à suo Duce Deo. etenim non qui diuitijs est insignis, aut conspicuus fortunæ donis, est fœlix, sed qui magistram morum rationem sequens, sperat incolatum inter cælites per inculpatos mores.

In Psalm. 9. ser. 14.

10 In ipsa magni iudicij die summopere tædebit impios suæ imprudentiæ; cum pios cernent beato itinere, & summa alacritate inuadere ætherea regna, eliminatis omnibus sordibus miseriarum; quia sancti illius immensi domicilij amore hæc omnia spreuerunt. Si pro sui Regis gloria in aliena regione prœliantes vicerunt, consentaneum fuit sui Principis frui bonis. Verum quia ipsi adamarunt terram, in ipsis Tartari tenebris se sentient detrudi ad æternas lachrymas, ad inconsumptibilẽ dolorem, ad extinguibilem ardorem. hinc damnati serio dicent, Beati qui pro momentaneis ęterna fœlicia adepti sunt regna, quæ summo prosequentes conamine, affectu migrarunt ab omni re corruptili, inseri cupientes cœlo. nam Amice,

Bet. de con. 4. met. 1.

Huc si te reducem referat via.
Quam nunc requiris immemor.
Hic, dices, memini patria est mihi.
Hinc ortus hic sistam gradum.

11 Ergo imprudenter animus sibi aduocat malum ambitionis. nam tunc cogitur falsa pro veris bonis amplecti, & excidere à dignitate suæ conditionis, & prosapiæ, & sensim pertrahi ad moerores, & tandem ad damna intermina. vnde rectè dicebat Philo, *Athletæ animam differre ab anima Philosophi. nam athela omnia refert ad bonam corporis habitudinem, pro qua etiam ipsam impenderet animam, vt pote corporis amator. at philosophus cum sit amator mentis, curam geriteius. neglectoque corpore non aliud spectat, quàm ne à colligato sibi cadauere ad profana trahatur.* Hinc debito fungens munere, vt im-

Allegor. 2.

mortalis

mortalis immortalia meditans, seque attollens ad sublimia, peregrinans animo à sublunaribus, omnium præsentium obliuiscitur. nam (vt vtar Virgilij verbis) cuius vis boni mortalis,

Ter fruſtra comprehenſa manus effugit imago
Par leuibus ventis, volucrique ſimillima ſomno. Aen. ed. 6.

Sensuum acrimonia compensauit Deus rationem, qua carêt animalia intellectus expertia, ita vt videatur in quibusdã sensus inesse futurarum rerum; & sic natura duce consulere possent suæ saluti. sic animis nostris est quædam, quam docuit nemo, mali declinatio; vt sponte ea quæ nocent aspernemur, & declinemus. tamen quidam leuitate animi omnem curam, studiumque futurarum rerum videntur abiecisse, quasi nulla sit præsens pœna & futura, seruisse improbitati & imprudentiæ.

Itaque rectissimè ait Salomon, *Est quaſi diues cum nihil habeat.* & hic est prudens labilium spretor, cui quod parum est, satis est. *Et eſt quaſi pauper cum in multis diuitijs ſit.* & hic est imprudens, cui nihil est satis præ immanitate auiditatis. idcirco magna pars sanitatis animi est, deseruisse irritamenta cupiditatum. cum vt ait Horatius, Prou. c. 13.

Latius regnes auidum domando Ode 2. li. 2.
Spiritum, quàm ſi Lybiam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.

Quare interrogatus Abdelominus ab Alexandro, (à quo illi Regnum delatum erat) qua patientia tolerauerat inopiã? (exigua stipe colebat suburbanum agrum. causa suæ paupertatis erat, sicuti in pleriſque probitas morum.) Respondit, vt refert Curtius, *Vtinam eodem animo regnum pati poſſem. hæ manus ſuffecere deſiderio meo: nihil habenti nihil defuit.* Ergo animi tranquillitas ex abstinentia oritur cupiditatum. ideo ijs præficiendus erat animus; vt sui spectata nobilitate, illarum auersans consuetudinem, fræno temperantiæ compesceret has indomitas belluas. Curt. lib. 4.

Compe-

Digitized by Google

Compescuntur mortalium cupiditates reminiscentia miseriarum præsentis vitæ.

Caput XXIX.

BOnorum inopiam salutarem esse homini iam constitit. cum eorum copijs sœpe mens ægrotet labe vitiorum. quin nec etiam expleant eius cupiditates, sed irritent. dissidet quoque longissimo nobilitatis interstitio immortalis mens a rebus corruptioni obnoxijs. quare earum omnium constituta est domina diuino præcepto, & dignitate naturæ. quæ recolens animo, ipsarum consuetudinem auersatur. Addamus quæso, Amice, contemplationem praesentis vitae, vt ex mole miseriarum, nihil nobis non apparens miserabile, desinamus hanc, vel illam calamitatem lachrymis prosequi. cum ēt quae votis expetimus augere consueſcant nostras dolores. idcirco mentem sensibilia non consopiunt, sed potius rationis meditata. Itaque huius imperio parendum est, ne cogamus præstantiora deterioribus seruire, & diuina prophanis.

A natura, per proteruiam hominis Dei mandata violantis, inuecti sunt morbi; & per malitiam vitia emerserunt. à quibus veluti ab externo, & domestico hoste tam arcta obsidione vallatur homo, vt nequeat diu vtriusque vitare tela. hinc apparet coelesti mandato, vt solum coelitus sint beati, mortales vero vt semper cum aduersis fluctibus luctentur, & quandoque omnino obruantur malis. cum caducum hoc mortale animal sexcentis malis opportunum secundum corpus, infinitis est obnoxium morbis animi. quod à primo ortu ad senectutē vsque inumerabilibus miserijs experitur.

Quamobrem insans in ipso lucis ingressu lachrymabundè testatur se in miseriarum deduci arenam, in qua ad terminum
1 vsque vitae luctandum est; & quasi solutis cancellis ad cursū
Li. 10. c. 63 emitti calamitatum. *Homini tantum primi coitus pœnitentia, augurium scilicet vitæ à pœnitenda origine*, ait Plinius. Et quoti precor neque hac lucis vsura potiti sunt immani matrū inhumanitate, ne deprehenderentur adulteros admisisse in venerando toro? idcirco proprijs insidiantes conceptibus in proprio enecarunt sinu malignis pharmachis. vnde Seneca ait,

In Hippol. *Perimuntque fœtus impiæ, matres suos.*

Et quædam matres ne ipsi oboriantur conceptus, ne oneris grauitate, & labore partus fatiscant, in ipsis met primordijs,

dum

Digitized by Google

dum ob artificiosa manu naturæ formantur, dissipant, & exterminant.

Nec desunt, quæ in hospitales suos occultè transmittunt natos, damnantes eos perpetua nominis obscuritate, & infamia. sunt equidem talia crudelitatis argumenta, sed atrociora non desunt; cum multæ matres non lactis inopia, sed auaritia, vltro suos interfecerunt filios. aliæ vero eorum perfodientes cerebrum aciculis mori coegerunt. barbari quoque Iapones si contingerit rei familiaris egestate laborare, natos præfocant iniecto in faucibus pede. quam consuetudinem per summam immanitatem imitantur matres, vt Maffeus refert de rebus Iaponicis. Afri quoque incolentes Guincam seruitutem anteferentes egestati, proprios filios vendunt Hispanis, à quibus transferuntur ad argenti fodinas Peruuias; vt perpetuo ferè deliteſcant in terræ visceribus. Hoc idem de Cafris testatur Vgo. quorum animus est adeo alienus à paterna charitate, vt liberos damnatæ seruituti tradant sex modiolis orizæ pretio. quorum ingens est numerus in Orientali India. Ab his calamitosis initijs incipit morituorum vita, ab his crudelitatibus aliquando innocens illa ætas perimitur: vt interim ægritudinum obliuiscamur. de quibus redibit Sermo cap. 44. Quod si genitores quandoque non verentur filicidio pollui, non ne crudeliora à cœteris timendum est? nam si imbellis ille sexus maternus nulla commotus ira in propria domo, non commiserans vagitibus filij, prætermisso officio blandientis, quandoque exercuit munus ficarij contra filium, nec alia ratione nisi quia viuebat infantulus, hostiliora à reliquis nos pati posse, ipsa nos ratio monet. nam etsi assuetudine similium homo curetur, retinet tamen quod ab initio est ferum. ita docente Aristotele. *Omnia etiam domestica principio fera potius, quàm domestica esse solent, vt puer ferocior quàm vir quippe qui omnium edax, & iræ deditus sit, quanquam infirmus.*

2

3

Lib. 1. in Epist Vilelæ & altera Nunnes.

In suis Naiig. c. 41.

Prob. sect. 10. num. 44

Quod si ex ijs emerserint periculis nati sæpe in lucem editi priuantur consueti materni sanguinis alimonia, ne matres illud graue amoris impendant officium nutricationis: vt non lateat, non ad suscipiendam prolem expetijsse maritalem copulam, sed ad Veneris libamine; cum viuenti, ex poscenti filio vagitibus, denegent integra munera genitricis. Quare statim natos à se ablegant. quin etiam extinguunt lactis fontem, & amoris. nam veluti papillas generis humani educatrices arefaciunt, nec quidem sine vitæ periculo; ita hoc nutricationis vinculum, quo consociantur inter se matres cum genitis, abrumpunt, & deterunt. qua ratione vt sensim extinguitur maternus affectus, ita interim filij amor in eam solam fertur, à

4

qua

Digitized by Google

qua alitur, & amanter fouetur. hinc nullum est suæ genitrici desiderium, nulla memoria. idcirco sæpe abolita natiui sanguinis nobilitate educantium mores induunt, alieni sanguinis corruptela. quare videas hos rusticanos, feros, dissimilesque parentibus animo, & corpore. enimuero si ouino lacte nutriantur hædi, constat lanam tenuiorem producere, duriorem vero si caprino; consentaneum est, vt pernicioſa lactis contagione, etiam morum inficiantur miselli, matrum inclementia in exilium quodammodo acti, & extraneis commendati, veluti vernæ, quasi alieno sati semine.

§ Postea vero domum reuocati, statim adest ludimagistrorũ, & corripientium turba, quæ vt illorum instruant iter, quasi habenis compositis ducunt, deducunt; retrahunt, laxant; incitant, frænant omnem eorum motum, & dominantur ipsis veluti auriga subiugalibus. quamobrem penè ratione explicita prius coguntur inuisæ parere seruituti, quàm libertate amata potiri. hinc monitores, castigatoresque molestè ferentes oderunt, quibus cum reluctari non possunt, mali conditio videtur intolerabilis. Sed deterius est, quod puerilis illa ætas cum vitijs incipit habere consortium. cum ex natura illa erumpãt, & aliorum magisterio. plures etenim prauorum morum institutores habemus, quàm virtutum, vt parentes, vt nutricios, vt familiares, vt mores ciuium, à quibus ea mirari, & venerari discimus, quæ contemptui esse deberent: & ita concitatiores, & feraciores reddimur ad inhonesta, quæ sequebamur natura corrupta duce suauiter, comitibus sensibus. cum similia eliminari oporteret occupationibus honestarum rerum. licet semper illa per proteruiam vim faciant, vt aduersa rationi.

Verum paulo post à prioribus soluti oneribus, grauiores emergere curas conspicimus, & experimur. ideo præterita leuis ponderis mala fuisse iudicamus. cum aliquod genus vitæ, vel potius laborum cogamur seligere. & sequi constanter: & quodcumq; illud sit, parandum est assidua cura, vt nostris necessitatibus possimus occurrere domesticis cum interim aut domesticę insistamus dispensationi, aut publicæ, semper indomitis sollicitudinibus vrgeri necesse est, quæ etsi ex interuallo videantur lenitæ, semper tamẽ nouis ærumnarum accessionibus augentur; aut obitu parentum, aut litium tædio, aut sterelitate prædij, aut aliquo publico malo. similibusque, à quibus succeſſiuè, & indefessè molestamur.

6 At prima seges illius ætatis amor est, cum pubescens calor æstuet in libidinem. quod est in causa vt homines soleant primitias illius ætatis voluptatibus dicare, abiecto studio seriarũ rerum, & cognitione disciplinarum. unde leno apud Terentiũ dicebat,

Leno

Digitized by Google

Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium. In Adelph.

Idcirco si contingerit alicuius adolescentis animus insano amore corripi, plerumque furit. nam & blandè se ingerit amor, & confirmatur meditatione assidua. hinc conspecta pulchritudine statim periclitatur adolescens, cuius oculi arcendi sunt à similium aspectu; nam harum imagines per reminiscentias firmius impressæ animo, quodammodo per concupiscentiam vim faciunt uoluntati, ut tale delectabile bonum sequatur *Semel species formæ cordi per oculos illigata, vix magni luctaminis manu soluitur.* dicebat Gregor. Moral. 21. cap. 2. potissimè si urgeatur erga castam matronam, aut in eam, quæ nullius uiri congressum adhuc experta est. nam illæ quæ sui corporis quæstum faciunt, non ita solent perdite amari, ob uilitatem mercedis. Quamobrem discerpitur miser rabido amore, & augetur uesania, si tentatam senserit repugnantem. tunc præcordia hinc amor torret, hinc terret metus. Quo circa crescente in die cupidinis flamma ad amatoria confugit pocula, ad impia ueneficia, ad uenena, ad ferrum. etsi potuerit per uim illam opprimere nullo cohibetur pudore, ut obscæna re & fœda potiatur; etiam si lachrymantem amatam uiderit; cum bestiarum more constituerit probrosam explere libidinem. & tunc apertè constat, non mutuam expetijsse beneuolentiam, sed erubescendum congressum. tum demum flocci pendens pericula ruit adolescens in sui perniciem. Exilia ex ijs erratis aliquando secuta fuere, quandoque carceres, pauperies, uulnera, uastitates familiarum, euersiones regnorum, etiam uera religionis interitus. Quo morbo laborat Anglicanum Regnum, olim pietate illustre, nunc uero hæresum lupanar, unius suique Regis corruptum insania, cui adeò uisus est suauissimus congressus Annae Bolenae, ut uale dixerit religioni, & pudori. cũ libidini imperari non potuerit, assuetus inter oscula, & stupra, & erubescendas moras uitam ducere. Pestilens est hic morbus, attamen nihil pertinacius ab illa ætate exposcitur. etsi nunquam amantibus accidat, ut tàm grauis suauisq; sit uoluptatis congressus, quàm ardor assequendi congressum. nam ferè momentaneum est libamen Veneris, illud uero irrequietum, & diutinum malum. missas faciamus lachrymas, suspiria, insomnia, & cœtera amantium insignia, uera argumenta insanientis animi. unde Menander,

Non est eiusdem amare, Menander.
Et sanæ mentis esse.

cum interim odio prosequatur rationem, ut monitricem sceleris. ideo secum pugnans, & bellans, cum deserbuerit libido, partæ uictoriæ taedet, & pudet. ut peritè ait Plautus.

Digitized by Google

In Amphit. *Ita Dijs placitũ. voluptati vt mœror comes consequatur.*

Hæc mala à bono pulchritudinis ortum ducunt, quam tamen ut dotis partem parentes desiderant in filias. ut amantiũ escam exoptant puellæ. attamen pulchritudo est quidem breuis tyrannus, regnum sollicitum de facili cadens, est blanda deceptio, & eburneum detrimentum.

7 Quod si à tali, tantaque stultitia non occupetur iuuentus, sed statuto tempore recta uia tendens, ad pœnitentiam eat, hoc est ad nuptias, quae à Menandro uocantur *Optabile malum*. certè in infinitis penè anfractibus uelificandum est laborum, dolorum, custodiarum. attamen semper uerendum: cum nunquam certo constent, si integrè ab uxore custodiatur pudicitia. eum aliquãdo adeò se malis artibus tegat illa, ut praestigiosa beneuolentia sui uiri conciliet amorem sibi. & tamen clanculo in societatem tori admittens nefarium, primo assuescit turpitudini, deinde modis omnibus auersatur maritum, & cum paulatim discat non erubescere, crimen defertur per uicinia, crebrescens in ora multorum. quandoque etiam adulter illusa muliere, & turpi expleto concubitu, laesi mariti simplicitatem deridens, crimen detegit amicis. per quos deinde secretè inter cœteros fama fertur. cum interim pater blandiatur filijs inimicissimi hominis, & adulterini prolegitimis deprauant familias, & haereditates.

Vtinam adhuc non insidiarentur viro, satisque illis esset fœdauisse torum, liberos, honorem, & hæreditatem; nam quandoq; innocentis viri imminent exitio, vt assueti, ita consenescant in malis artibus, & impijs consuetudinibus adulteriorum.

Et quoties se se scenicè verecundans in primis congressibus maritalibus mulier virgunculam se simulat, quæ antea constuprata pollet per assuetudinem scortorum artibus? quare attritam pro illibata, prostitutam pro pudica, emunt decepti viri magno pretio, solenni apparatu, & magnifica pompa.

Seneca In Hippol. *Fœmina dux malorum, & scelerum artifex.*

Nam mulierculæ facillima, & occulta simulatione venundatam olim honestatem pro rediuiua virginitate proprijs viris obstrudunt. in quorum amplexibus semper priorrs adulteri reminiscentes congressum, illius suauia expetunt, & inclamant suspirijs, quibus decepti viri, ueluti amati, viuunt in sua infœlicitate, nesciendo, fœliciſſimi, impura recipientes oscula, sicuti olim deturpatam receperant honestatem. *Tunc*

In Or. conf. *semper est læta ignorantia proprii mali.* vt docuit Plutarchus. Etsi multoties ad viri miseriam, nuptæ nequeant vocari matres, quamuis filiorum sint auidissimæ. vt Anna illa, quæ etiã

fratrem

Digitized by Google

fratrem admisit in torum, vt ex ventre extorqueret filium: hinc in alienam familiam migrant diuitiæ ob filiorum inopiam.

Quod si alicuius meretriculæ concupiscentia irretiatur iuuenilis animus, percitus hoc pestifero oestro ærumnosam, molestamque vitam transigere cogetur: cum tales sint comites consectantium voluptates. enimuero mente effecta cupida sensibilium, per labores cogitur talia sibi parare. nam peccati effectus labor est, & angustia. ita dictum fuit primo Parenti post lapsum, *In labore comedes ea.* nam etsi multæ sint cõcupiscentiæ, quæ nobis inscijs, & inuitis obrepunt, tamen hæc in nobis volentibus iuuenescit, & viresçit. ideo concitatius nos ad obiectum deducens, dimouet ab omni animi sanitate, & tranquillitate. Oblata namque imagine alicuius formosulæ, animo expergefacto, & accenso more fomenti ignis, voluntariè se se ad illam diducere conatur, inuncatus, & pellectus suauitate rei visae, vt eiusdem potiatur aspectibus, complexibus atque diutina consuetedine. cuius gratia cum facultates omnes erogauerit, & attererit per lasciuiem corpus, & animum, (nam ignis more omnia absumit libido, & iniuria dominatur, & cogit flagrare infamia.) sciens meretricem suis, aliorumque inhiare prædis, nec amantem amare, sed sua quæsitare lucra, torquetur dolore; cum nec pedem referre possit à praua assuetudine, nec unicè sui secutricem illam efficere. Quapropter futuri anxius. fit ipsa calamitate miserior. quo vnico timore bellum in media pace consurgit, & transfertur voluptas in dolorem. cum meritoriæ mulieris nusquam fides, aut amor, sed voluptate, & pretio mutetur. Idcirco illa fœlicitas summo adepta detrimento è manibus amantis labens, illum deludit: vt fame earum rerum intereat, quæ nunquam sitientem satis rigant, sed efficiunt siticulosiorem. Non modo quia naturae stimuli assuetudine roborati proteruius aduersantur rationi, vt Tantalico supplicio sua luat scelera, nam penè extincta re accenditur venus: sed quia ratum habet, mulierem sui egressum è domo desiderare, vt alterius amantis possit exhaurire erumenam. & sic sui corporis victitare quæstu. Ideo Poetae finxerunt Iouem in Danaæ sinu descendisse sub specie aureæ pluuiæ: vt monerent, quodcumque etiam munitum castimonia, posse expugnari auro. quo circa verè dicebat Tacitus, *Cruciatu, & præmio cuncta sunt peruia.* quanto magis hoc erit verum in meritorijs? vnde Ouidius, Gen. c. 3. Annal. 15.

Aurea nunc verè sunt sæcula plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor. De Arte l. 2

& alibi.

Digitized by Google

Eleg. lib. 1. *Stat meretrix certo cuius vix mercabilis ære,*
Et miseras iusso corpore quærit opes.

Itaq; cū nouerit Amasius ab Amasia nō elicuisse amore amorē, nec amplexibus fidem, nec seruitute beneuolentiam, cunctarum libidinum pœnitet; vt peritè ait Plautus,

In Bacchid. *Iam tempus aderit, cum se etiam ipse oderit.*

Et quandoque interit crùbescendo mortis genere ab domine deuorato à fœda lue venerea. sordidæ intemperantiæ reddens spiritum. Nam

Seneca in Oedip. *Vbi turpis est medicina, sanari pudet.*

plus temporis tunc absumit in profligando gallico morbo, quàm quod erogauerat suauiando in voluptatibus. Quare certa damna voluptatum reparari non possunt tanto tempore, quanto finiuntur. vnde Plautus,

In Truncu: *Meretrix meum herum*
Miserum sua blanditia intulit in
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.

§ Adde quod quæsita pauperie turpibus sumptibus, deinde facinorosè alienas opes nituntur inuadere, vt inexplebili satisfaciant scorto. cum se non queant continere, nec possint necessitati succurrere. Hist. 1. *Cum illis non remanserint non agri, aut fœnus, sed sola instrumenta vitiorum*, vt ait Tacitus. & teste Ouidio,

De Arte. 2. *Diuitijs alitur luxuriosus amor.*

eliminatoque pudore quid vis potius metuunt, quàm infamiam, quàm triremes, quàm patibula. Nuper amicum vidi languentem amatorio vulnere. Bone Deus, quàm varius erat ille, & inconstans, licet in amandi pertinacia esset constantissimus. nam quandoque ille veluti amens tellurem intuens in amatae rei sinu se cogitatione insinuabat. modo exhiliebat ambulans extentis bracchijs, quasi complexurus eam. quandoque lachrymis, suspirijsque eam appellitans, precabatur, vt desineret eius lancinare animam. non nunquam lætus exultabundè cantitabat, quasi gauderet in memoria possidendae rei. Quamobrem vt lucifugus omnium vitabat congressum, vt in vnius amatæ omnis eius occuparetur memoria. quam vsque ad suprema funera singulari amore se prosecuturū spondebat. nec aliquid magis oderat, quàm amicorum monita. etsi quandoque lucidis interuallis rationis actus, suum detestaretur scelus, tamen irrequietè amatae rei desiderio languēs, pallens, anhelans, cruciabatur dirè. unde Ouidius,

De Pōt. l. 2. *Artibus innumeris mens oppugnatur amantum.*
Vt lapis æquoreis vndique pulsus aquis.

Verum paulo post euanescente amore ad instar flammæ, cui non

Digitized by Google

non ſubminiſtratur pabulum, deſinens furere, ante actæ vitæ ſummopere pœnitebat. idcirco peritè dicebat Seneca,

Iuuenilis ardor impetu primo furit. In Octauia
Langueſcit deinde facile, nec durat diu
In venere turpi, ſeu leuis flammæ vapor.

Ceſſante affectu tunc nulla vltro requiritur voluptas, & delectatio in turpi venere. Quod potiſſimè fit in his, in quibus eſt ſola ætatis diſparitas. quod ſi natura illud odit, quo extinguitur, quanto magis ſi ſit probroſum? nec diutina poteſt eſſe eorum conſuetudo, quorum ſtudia ſunt omnino diuerſa. nam alter venerem ſequitur, alter mercurium. cuius gratia amatus cogitur commutare naturam, & effœminare ætatis florem, tranſducto corpore ad mollitiem, ad inertiam. & ita extincta virilitate animi, poſt habitis omnibus ſerijs occupationibus, petulantiæ ſenſuum ſe mancipat. Amans vero & magnitudine ſceleris, & grauitate iniuriæ, qua afficit amicum, illum transferens in amicarum loco, caecutit, tum in publicis, tum in priuatis negotijs. cum animi pariterque corporis vires expugnentur ab hac feruida paſſione, à qua capi pernicioſius eſt, quàm ab hoſte: cum exoſum, rabidumque conſect etur animi morbum. qua de cauſa.

Miſer eſt, qui amat. Plaut. in Perſa.

cum pruritu voluptatis turpiſſimae omnino ſit expers verae tranquillitatis, & pacis. parta namque victoria à ſenſibus, ſtatim incipit bellum in mente. Quare idem dicebat,

Hoc nobis vitium maximum eſt, In Truncu.
Quum amamus, tunc perimus.

Sed tranſeamus ad bonum diuitiarum; vt hoc ipſum ſummis votis expetitum, commendatumque à populari ſententia, demonſtremus nunquam à timore, vel mœrore vacare. etſi in cap. 26. oſtendimus per diuitias de facili incuſtoditus animus traduci ad laſciuiem, ad ſuperbiam, ad pauperiem per luxum; cum adſit pecunia fragilis animi ad præcipitia acer impulſus. latrunculis illud bonum eſt expoſitum, infidelibus miniſtris, incurſionibus hoſtium, tempeſtatibus maris, inclementijs coeli, à quibus vidimus quandoque diuites ad extremam pauperiem redactos; adeò vt in deſperationem acti ſibi manus intulerint. hoc ipſum fieri vidimus ſicariorum impoſturis, à quibus ad tribunalia rapiuntur, & raptantur nonnunquàm innocentes diuites velut obnoxij ſummis criminibus. 9

Penes quos aurum, & opes, præcipuæ bellorum cauſæ, dicebat Tacitus. vt quoquomodo poſſint eorum deuorare gazas, vel ſui, vel principum gratia inhiantium alienis bonis. quos perdunt confictis criminationibus, vt honeſtius prædari poſſint inſontes. Hiſt. 4.

Digitized by Google

insontes Sylla, nec contentus in eos fæuire, qui armis à se discesserant: alios propter pecuniæ magnitudinem proscriptorum numero adiecit, ait Valerius.

Val 9. c.2.

Ita peruersorum hominum ingenia aliquando rapina acuit, vt nulla humanitatis memoria compescantur à scelere. nihil ferè differentes à carniuoris, nisi quod humana effigie caelant ferinos mores. An non hac perdita ætate aspeximus filium effudisse paternum, sanguinem, vt accelerata hæreditate posset liberius inseruire lautitijs, popinis,& patinis? proh scelus, vitæ largitorem vita priuare, & genitæ manus genitoris sanguine pollui. qui certè genitor Plauti verba dicere posset,

In Aulula.

ego met me fraudaui
Animumque meum, geniumque meum, nunc eo alij
Lætificantur meo malo, & damno.

nec insolita sunt ista, sed potius assiduitate viluere. quia non vt par est, contra tales fiunt sæuissimæ animaduersiones. Itaque nos monet ratio ab ijs cauere, quæ nos quandoque adigunt ad lachrymabiles exitus, & luctuosas clades. verè ait Terentius.

In Adelph.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrũ.

De conuiuijs modo differamus, Amice, quæ tam liberaliter ab ipso nascentis mundi exordio mortales celebrare consueuerunt; adeò, vt inter primaria mutuæ beneuolentiæ, hilaritatis, comitatisque numerentur argumenta. idcirco ad mensã non consueuimus admittere, nisi amicos, vel nouiter conciliatos; vt ipsa conuiuatione, quasi dato,& recepto amoris argumento, coalescant amicitiarum primordia. illius enim vitam nobis caram esse ostendimus, cui vitæ impendimus subsidia; & eum nobis fidere, qui fidentur talia suscipit, hinc reciproci amoris est signum; cum amicus amici vitam tueatur, alter fidem adhibeat amico. his præsidijs vitam ciuilem tueri necesse erat. quare hoc institutum est naturæ partum, tuentis, & augescentis societates humanæ vitæ. ideo bonum, & appetibile.

At bonum hoc duo genera malorum potissimè deuastant. primum genus à nostra imprudentiã oritur, alterum ab aliena malitia. Diximus multa de primo genere in capite 26. addenda sunt aliqua hic ad exactiorem cognitionem morbi. inferius de perfidia differendum, quæ in hoc paratur.

Natura instituit, vt edamus, ne esuriamus; vt bibamus, ne sitiamus; satietatem autem omnino cauere debemus, vt inimicam animo, & corpori. ideo errant mortales apparatu magnifico lautitiam conuiuiorum ostentando. quam incusans Lucanus dicebat,

O pro-

Digitized by Google

o prodiga rerum
Luxuries nunquam paruo contenta paratu.
Et quæsitorum terra, pelagoque ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ.

De Bello ciuil. 4.

Quæ profusio nihil aliud est, quàm luxus imprudentis hominis abutentis muneribus fortunæ. in quo satis celebris fuit Vitellius, nam quarto, & quinto etiam fertur epulatus in diē, in illa sua memorabili cœna duo millia piscium, & septem millia auium, apposuisse narratur; vt suæ ambitiosæ fami satisfaceret. similes, crapulis temulenti, futuras disponunt mensas, quasi famelici inhiantes cibo, vt irrequietus sit eorum voracitatis labor, & placent furentem insatiabilitatem. quæ naturæ non est ægritudo, sed animi, qui bibendo sitit, & comedendo esurit, quæ non dum ingurgitauit. & tunc intellectus noster pincerna efficitur ventris. Adde, quod nonnullæ nationes non satis indulsisse conuiuijs arbitrantur, nisi in bibacitatis certamen descenderint. ideo apud eos instituta videntur conuiuia ad profligandam sacram mentem. nam multo vino interiora rigando, discursus deprauant vsum; & corpus subijciunt multis ægritudinum calamitatibus, aut corruptelis humorum vel redundantijs. & quandoque ita obesa fiunt illorū corpora, vt testudineo gradu ambulare cogantur. cum etiam Tygrides velocitate, & viribus formidabiles pastæ abundantiori cibo, ita efficiuntur ignauæ, vt etiam à gregarijs canibus arceantur, vt refert Maffeus. satietas itaque ferocia animalia hebetia reddit.

Paul. Aqui. 8.

De rebus Indicis. 2.

Verum homines non nunquam ingluuia grauati, quae ingesserunt, cum decoquere non possint, euomunt. & quandoque inebriantur, cum vinum immoderatius hauserint. idcirco monebat Philosophus, *Aut nihil, aut parum vini dandum esse seruis.* Quare sui inopes effecti, oberrant, vel delirant, vel ceruice defluente, genuque labente, toto corpore procidunt, Nam primo vinum excitat ad verba, deinde largior potus verborum vberem reddit, & fidentem, post hac audacem, & propensum hominem ad agendum, deinde amplificato poculo efficit contumelioſum & petulantem, mox ad insaniam propè modum cogit accedere, & tandem nimio potu resoluit in stultitiam, veluti laborantem comitiali morbo. Quare, vt dicebat Stagirita, *Homo idem inter bibendum moribus immutatur varijs.* Philo refert quosdam ciues solitos se in conuiuijs appetere morsibus. Quare aliquando abrasis auriculis, vel digitis, ailjsque partibus è conuiuio excedebant, qui paulo ante amici, & integri ingressi fuerant. sic ebrietas morum instituta deprauans, cogit in cariſſimos irruere. Ita Alexander inter-

Oconom. 1. cap. 5.

Probl. sect. 30. num. 1.

De vita cōtempla.

Digitized by Google

Curt.lib.8. interfecit Clitum, quem deinde mortuum intuens, discussa ebrietate, sceleris pœnitens, nisi ab amicis esset inhibitus, semetipsum confodisset ferro. Idem cum armatus peperciſſet Persepoli totius Asiæ regiæ, deinde temulentus in cinerem facibus redigit vnius Thais scorti consilio. Quamobrem verè Curt. lib.5. dixerunt sapientes, *Vinum carere clauo.*

Quin etiam loca genitalium implens flatu, concitat ad libidinem. nam vinum verè flatum mouere potest. quod ex inde Ibidem. argumentum deducit Aristoteles, *Quod qui sæpe potant, osculari eos adducuntur, quibus nemo sobrius dare osculum velit.* Curt.lib.5. qua de causa omnem pudorem discutit, vt refert Curtius de Babilonijs, quorum viri, matronæque modestè inibant conuiuiorum principia, sed paulatim incalescente mero, discussa verecundia, vltima quoque corporis velamenta proijciebãt. & hanc obscenitatem, comitatem existimabant. ita vina mentis discursum, & honestatem opprimunt morum.

Alterum genus malorum est illud, quod ab insidioso animo paratur in conuiuijs. etenim vt amici secreta in lucem efferant, illum rigantes abundantiore, & meraciore vino, cogunt propalare ea, quæ nunquam sobrij dicerent. & ita sub specie De Vetere, & vino. comitatis perniciem inferunt amico. teste Virgilio,

Arcanum demens detegit ebrietas.

Quin etiam quandoque impurus amicus amicum interimit pestifero poculo, aut venefico, aut confodit mero sapitum, vel crimen dixisse insimulat, nõ modo non patratum manu, sed nec quidem cogitatum animo. sed quis hæc omnia recensere calamo potest, cum in mensis noua parari portenta insidiarum proprijs, aut aliorum ruinis experiamur assiduè? quamobrem in ijs; veluti in cœteris voluptatibus, semper vrgemur malis. & eò deterius, quod istæ insidiæ obrepunt amoris specie, à quibus facillime decipitur, & deluditur rectus, & innocens amicus.

Etsi solius nomine Amicitia celebretur vbilibet; re vera tamen vinculum hoc naturæ, & ciuilitatis, vbique scissum est, & abruptum. cum prauitate nostri æui, & antecedentium, nemo sit nisi sibi soli amicus. hinc in tanto seculorum interstitio soli Damon, & Pythia celebrantur, vt veri custodes legũ Val.4.c.7. sanctæ amicitiæ. ideo inclamabat Aristoteles, *O amici, nemo amicus.* Videre quosdam est, qui post longam consuetudinẽ Laertius in eius vita. ad inuicem aduersantur ob nullam culpam. Nequeunt hi diutina consociari beneuolentia, qui fœderati non sunt impolluta amicitia, cum parari ista non possit, nisi per virtutes. ex quo oritur, vt leuissimis de causis amici tales amicos inimicorum loco habere consuescant, aut ignotorum: inter quos sæpe oboriun-

Digitized by Google

eboriuntur contentiones non facile ſedabiles ; & aliquando adeò ſunt turbidæ, vt ad vulnera, vt ad cædem, mutuo concurrant : & quibuſcum vixerunt amantiſſimè, hoſtiliter agant. *Nam quorum amor ſummus eſt, horum ſumma ſunt odia*, vt aſſeruit Peripateticus. Et quandoque inſidiantium fauent conatibus, & quaſi aſciti in partem victoriæ, perdunt conſanguineos impoſturis. *Nam etſi iura conſanguinitatis, vincula ſint charitatis, quod infenſos,* (vel ſuſpectos, vel malignos) *ſunt irarum incitamenta*, dicebat Tacitus. ſœpe multa leuiuſcula, & fortuitu accidentia, leuium hominum animos ad ſuſpicandum incitant, quæ in deteriorem partem detorta producunt occulta odia. *Facillimo momento mutantur animi hominum. Vſuquè venit, vt à quibus ſe, vel adiutum, vel leſum irè quis exiſtimet, eos longè aliter experiatur*. ita Dio. quod frequentius in illis accidit amicitijs. *Quæ propter vtilitatem comparantur, hæ namquè facilè dirimuntur*, vt Philoſophus docuit. *Etenim non integra fides manet, vbi magnitudo quæſtuum* ſpectatur, dicebat Tacitus. Quæ infida amicitia ne notetur infamia perfidiæ comminiſcitur occultis, ſecretiſq; criminationibus fuiſſe ab amico offenſam. quod neque per ſomnium commiſſum fuerat. Quapropter non modo deſeri amicum ab amico videmus in aduerſis, ſed inuadi. & cui deferri oportebat auxilium, inferri perniciem. Hinc aut nulla ſunt, aut leuia amicitiarū argumenta. etenim quæ præſtantur amicis obſequia fœlicitatis tempore, adulationi ſunt aſcribenda, non amori ; cum noſtrum proſperum curſum tunc comitentur amici. confluunt tunc omnes libentur in obſequium. ſed aduerſante fortuna omnes pariter terga vertunt. & ita fit conſpicuum, non ſe coluiſſe amicitiam ſed fortunam. *Legati proſperis rebus Vitellij certaturi ad obſequium, aduerſam eius fortunam ex æquo detractabant*, dicebat Tacitus. Qua de cauſa *Nulla poteſt eſſe incunditas in vita, cum ſublata ſit amicitia*, vt aſſeruit Cicero. ex quo repentinis diſſidijs ad mutuam ruinam concurrunt amici, & conſanguinei. *Quorum odium nullum excogitari poteſt acrius*. vt monuit Tacitus. Quo circa ſi viderint cariſſimos, vel etiam natos interceptos à Barbaris, nullis dignantur lachrymis, nulla afficiuntur mœſtitia. ita namque vnuſquiſque ſua proſequitur, vt prorſus alienis non ingemiſcat calamitatibus. Quare exploratum habens Numidarum Rex Maſſiniſſa inhumanis pectoribus nihil ſupereſſe fidei, non ſe coniunctis arcta cognatione, aut beneficentia, cuſtodiendum commiſit, ſed tantum canibus ; illorum tutelam ſyncriorem exiſtimans. Quamobrem ſolum futile nomen amicitiæ per orbem vagatur, ſemper ſimulatione pediſſequa.

Poli. 7. c. 7.

Annal. 1.

Dio lib. 39.

Ethi. 8. c. 3.

Annal. 11.

Hiſt. 2.

Pro Planco

Hiſt. 2.

Val 9. c. 14

Digitized by Google

Nicó. 9. c. 3. *Nam Amicus ad amicum se perinde habere debet ac erga se metipsum*, dicebat Stagirita. Nunc vero amicus amici praua studia sœpe videtur præcurrere, & de primatu contendere malignitatis. idcirco amici fraudem Amicus furto punit, medacium perfidia, iurgia plectit effusione sanguinis, hanc vero occisione. etenim vt dicebat Sophocles,

Sophocles. *Senecta nulla obtigit iracundiæ,*
Nisi mors.

Nunquam ex animo conceptæ vindictæ abeunt, nisi iniuriæ funestius vindicentur. quare tantis obsessa vitijs species humana languet. *Cum amicum decipere pro moribus temporum, prudentia reputetur*, vt ait Plinius. *Hinc nisi in amicitia (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.* quod monens Ouidius ait,

Plin. Epistolar. 8.

De Amicit.

Vsibus edocto si quicquam credis amico,

De Trist. 3. *Viue tibi.*

Et quantis quæso miserijs hi subijciuntur, qui à Principibus ciuiles administrationes deposcunt, aut altiores gradus honoris in suis domibus, quasi suarum virtutum, vel famulatuum, præmia? Quæ etsi expetibilia videantur, scatent tamen miserijs, & periculis. cum sœpe hi fulgentes præclarijs natalibus, aut saltem honestis, cogantur effici serui, vt sui Principis venentur beneuolentiam. quamobrem cum illiberalibus, & turpibus negotijs se quandoque polluant, se gerunt seruiliter. quin etiam dominantium ferre iniurias coguntur. nam hi contra hos omnem superbiendi libertatem vsurpant; cum videant eos veluti hiantes coruos sua expectare dona, quos plerumque deludunt ostentatis exilibus argumentis beneficentiæ, vt consenescant in illis seruilibus muneribus. in quo statu nulla ipsis tribuitur facultas, nisi obsequendi. quare nullo ferè discrimine ab emptitijs differunt. Quo circa libertatem perdunt, vltro se submittentes despicabilibus Dominis, & odiosis; cum per superbiam ostentent principatus fortunam. quos semper præ morum duritia aulici infectantur. & tunc maximè cum famulando ad senium deueniant nulla suscepta mercede. cum interim cogantur applaudere, & ornare eos prolixis laudibus, quos tacitè execrantur. nec quidem possunt ab inhonestis adulationibus se temperare. hinc frequenter vt obuiam eant eorum sententijs, concedunt in adulationem. Quapropter nihil miserius adulatione tali, in qua à mente dissident verba. est enim seruorum mentiri, sicuti liberorũ est dicere veritatem. idcirco tales cum sui non sint iuris, adulandi finem nullum sibi statuunt. ad hoc famulicidium abiectissimum compelluntur ambitione alicuius officij, aut dignitatis.

Digitized by Google

tatis aucupio. Adde vt peritè ait Seneca,

Fraus ſublimi regnat in aula. In Hippol.

In qua continuò aperta ſunt ora in cenſurandis alienis dictis, & factis. immo nunquam ſunt ſatis aperta; nam ex alienа ruinа lucra ſibi parant. hinc ſeſe inuicem petunt clancularis criminationibus. ſic iniquam inuidiam perficiunt flagitioſis perfidijs, quibus vt truculentius ſeriant, publicè commendant inſecutum. etſi interim nulla hoſtilitas prætermittatur. Ideo vt cautè oppugnare poſſint, dant verba; vt doloſè opprimant, blandiuntur. etenim vt peritè dicebat Tacitus, *Apud quos inuidia eſt in occulto, in aperto ſolet eſſe adulatio.* Hiſt. 4.

Aulici itaque non modo vt canes ſeſe inuicem petentes mordent, *Sed ad nutum Principis modo ſunt beati, & modo miſeri,* vt dicebat Polibius. Polib. lib. 5

Neque aſperas omnes, flendaſque conditiones humanæ vitæ memoria repetere mei eſt inſtituti, cum magis notæ ſint illæ lachrymarum experimentis, quàm quod ego lachrymoſa oratione proſequi poſſim, verum ſi quis plura luctuoſa ſuis cupiat ſubijci oculis, legat de malo ciuilis belli in cap. 37. de miſeria egeſtatis, famis, ægritudinis, captiuitatis, inuaſionis externorum, & domeſticorum latrunculorum in capite 44. Quocumque diuertemus mentis oculos, vario lachrymarum initio ſentiemus homines cogi ad lachrymas. cum præſertim fraude, fallacia, & mendacio omnia videantur conſtare negotia, & illa tractari ab omnibus ſimulatè, inſidioſè, & malignè. Quo circa verè dicebat Crantor, *Vita eſt pœna, & naſci miſeria.* qua ratione Thraces hominum natalitia fletibus celebrabant, vt Valertus meminit. introducuntur enim in hunc mœſtitiarum emporium, & aliquibus malis obuiam ire, fatalis eſt fanctio. hinc illorum non poſſumus eſſe ignari, cum vel proprijs, vel alienis lachrymis, ea cogamus aſſiduè proſequi. 10 Plut. in ora. conſol. Vale. 2. c. 1.

Plinius peritè hoc expreſſit ita, *Hominem nudum in nuda humo natali die natura abiecit ad vagitum ſtatim, & ploratū. nullumque tot animalium aliud ad lachrymas. & hoc protinus vitæ principio.* ſpatia etiam vitæ rapidè fluunt, & perenni motu aguntur in præceps, ita vt curſim aduolemus ad ſepulchrū: hinc præterueĉti vſque ad decrepitam ætatem conquerimur immature nos mori, quaſi in ipſo lucis ingreſſu cogeremur efflare animam. quin & infirmitatibus ita vrgemur aſſiduè, vt nos viuere tædeat: cum ipſa etiam medica diſciplina ignoret modum tuendi ſanitatem. & eò magis, quod ita omnia ad ſenium deducta videntur, vt nouis, & inauditis morbis tabeſcamus, quos ſolum experientia docuit profligare. cum inte- Pli. 7. c. 1.

Digitized by Google

rim cogamur munerare occisores. Quamobrem nulla ratione obliuisci possumus, & virium fati, & nostrarum calamitatum. etsi interim incommodis ægritudinum languendo, deliberamus ingressurus semitas castigatioris vitæ. tamen vna cum infirmitate euanescunt tales prudentes deliberationes; nunquam nos deserens incogitantia futuri status. In vitę tamen decursu alternis æstubus deliberationum iactamur pro varietate passionum: donec allisi ægritudinum scopulis, vitæ faciamus naufragium. *Interim omnia virtutum præmia ambitio possidet*, vt dicebat Cato. cum proteruo labore insequatur honores, & quandoque improba iniquitate merentes prosternet. vt euenit tibi, Amice. quare per amplæ sunt ciendarum lachrymarum causæ; cum alius egestate cogatur perpetuos sufferre labores, alius per falsas criminationes longinqua exilia, alius captiuitatem, alius filiorum orbitate languere, alius desperare per impudicitiam vxoris, alius vereatur dominantis tyrannidem, alius inimicorum insidias. in quibus perenniter laborando, peregrinando, mercede seruiendo, dura ferendo imperia, ad terminum vsq; vitæ exercemur satis abundè, luctuosèque.

Aug. de Ciuit. 5. c. 12.

11

Quam vitam amittimus sœpe, quando à nullo amicorum nobis decumbentibus assideri potest; & destituti omni propinquorum solatio, (qui possint nostra funera honestare lachrymis, aut saltem sepulchro) ignoti ab ignotis pauca tegimur humo. Et quoties contigit per vim, & insidias tam repentè animam efflare, vt præsentis vitæ pharmaca assumere non possimus, neque æternæ? & quoties euenit carniuoras bestias nostris visceribus alere? absumi incendio? per errorem interfici? animam agendo vndis immergi? dicebat Peripateticus, *Mirabilia sunt, aut quæ sunt corruptiua, aut quæ inferunt mortem.* consequens est, vt homo sit miserarum centrum; cum omnia quæ illum circumstant, aut inferant, aut disponant ad mortem. ideo semper cum calamitatibus luctamur. *Licet hoc asperrimum malum natura voluit æqualitate minui*, vt ait Sene. vnde fallaci lætitia nobis imponunt dignitates, potentiæ, magistratus, similiaquè cum talia adipiscamur laboriosè, possideamus formidolosè, & lachrymosè amittamus, & cœteri ea videant, nobis possidentibus, inuidiosè.

Rhet. 2. c. 8

De Tranq vitæ.

Bet. de Cõ. 3. met. 8.

Heu Heu quæ miseros tramite deuio
Abducit ignorantia.

12

In Axioch.

Igitur verè ait Socrates, *Omnis nostra vita supplicium est. quam si cito veluti alienum æs non soluerimus, affans natura tanquam fœnerator reposcit vsuram, ab alio quidem visum, auditum ab alio. etsi diutius cunctetur, debilitat eum, aut excruciat*

Digitized by Google

cruciat, aut membris destituit. Insectantur enim nos natura, fortuna, improbi mores, quibus malis vnicum est remedium, mors. Quamobrem si tot agitamur calamitatibus dum luce potimur; quid tantis uotis expetimus diuturniorem uitam, aut lætiorem fortunam? cum talium immoderatæ cupiditates nos cogant discedere à piæ uitæ officio, deludēdo nos met ipsos mendacijs, & delirijs.

Frigentque effætæ in corpore vires. Æned.lib.5

Si itaque cito fatis cedendum est. cur ita amamus præsentia, quasi modo incipiamus curricula uitæ? *Nihil turpius, quã senex viuere incipiens*, dicebat Seneca. laborant tales incogitantiæ morbo. etenim In Epist. 13

Rape, congere, auser, posside, relinquenda sunt. Mart. Epig. 8. 13

Ergo reminisci oportet ad calcē vitę nos pueniſſe. qua ratione insolitudinē secedere debemus, nō expetere comitia; vt remotiores effecti à tumultibus, & à prauis affectibus colloqui soli possimus, vnico excepto comite Deo. Ita ille Isaac mediaturus, & priuatim acturus eũ Deo, egreditur in cãpũ sub vesperam. monens nos præsertim, ne decurso vitæ spatio, à calce ad carceres nostra animi meditata reuocemus, sed potius deseramus caduca, vt solius Dei collocutione lætemur. à quo per aduersa componimur, & ab illo ad morũm sanctimoniam inducimur miserijs. nam castigata anima gaudet, & nutritur Dei placitis. qua ratione nos dignatur fœlicitate æterna. Verissimum est itaque dictum Curtij, *Malè humanis ingenijs consuliſſe naturam. etenim non futura, sed transacta perpendimus*. nam si obliuio futuræ vitæ nos non occuparet, non ita acerbè ferremus mala præsentia. cum in commoda vnius diei peregrini æquo animo ferant, & aspernantur. etsi non semper lœta occurrunt; attamen sola spes regressus ad propriam patriam illos consolatur in malis. Gen. c. 24. Curt. lib. 6.

De Monachorum à vulgaribus existimata miseria, quæ fit ex statu.

Caput XXX.

QVod si tibi nullum inferrent mœrorem communes molestiarum causæ, à quibus, nolis, velis, aliquando agitari necesse est: & non, vt par est, ab illarum acerbitate consopiuntur animi tui tumores, (nam maius sensibile

destruit

destruit minus,) quasi illæ nihil ad te pertineant, (astantes enim nullo ægrotantis afficiuntur dolore) certè cogeris tui status conditione. saltem grauitati rationum parere: ne tui directrix mens videatur obtorpuisse. cum communibus priuatisque malis subiaceas, à quorum saltem parte inuasus, hanc tuam magistratus abdicationem censere debes comparatè, veluti ludricam necem, & puerile bellum. Quin etiam comperies, quod si iste ambitionis morbus, à quouis est eliminandus animo, multo magis à nostro, qui mortalium deseruimus sortem, vt nanciscerèmur æternam. cuius gratia alterius nos subijcientes voluntati, vale, diximus libertati. idcirco cur in tanto libertatis voluntario naufragio, solum doles abdicationem magistratus?

Quod oīs probus,&c 1

Libertas est optabilior omni re, & fons cæterarum fælicitatum, vt docebat Philo. idcirco illa resecta ob nostrum vitæ institutum, cogimur omnem miseriam tolerare; nec quicquam nobis apparere durum debet pressis tali seruitute, quæ omnè prorsus libertatem eliminans, cogit, vt omnino nihil nobis vendicemus. Quæ cogitatio si ex nostra exciderit mente, statim veluti ex insidijs erumpit irrequieta ambitio contentionū nutritia. Nam si assidua cura prorsus destrui nō potest superbia, quāto magis connatū, & actū assuetudine malum ambitionis? huius morbi amuletum inter cœtera est, amissæ libertatis voluntariè reminiscentia. eum nulla alicui contingere possit fœlicitas diducta libertate, quam multi præstantissimi viri anteferentes morti, desperata libertate, sibi met manus intulerunt. tantis viribus pollet libertatis amor. Dardanæ mulieres se, suosque pueros in fluminis præcipitarunt gurgitem, ne cogerentur vitam traducere in seruitute Romanorum, vt Philo refert. & multi qui Pompeij partes fuerant sicuti, ne in victoris Cæsaris deuenient manus, mutuis gladijs concurrere. ita se simul confecerunt Iuba Mauritaniæ Rex, & Petreius.

Quod oīs probus,&c

Appia.li.2.

Paul. Aqui. lib. 6.

Herod. l.7.

Cornelius Scipio Socer Magni Pompeij in naui, (qua ad Hispanias fugere contenderat, vento in Africam redire coactus) semetipsum iugulauit. Cato in Vtica bis semetipsum occidit. Ideo Miltiades Athenienſium Dux (instante Zerse Persarum Imperatore tam magnis copijs, vt vnico hostili concursu videretur oppressurus Græciam) conuocatis socijs pugnantes gallos ostendit, vt tali animalium spectaculo discerent, etiam brutis caram esse victoriam: & ab illa sola tueri posse libertatem. Quo circa tam alacriter illam ingressi sunt expeditionem ne libertatem amitterent, vt ingenti edita strage hostium, Imperatorem compulerint piscatoria cymba terminos excedere Græciæ, quam vt triumphans paulo ante fuerat in-

Digitized by Google

rat ingressus. Multæ quoque Ciuitates, redemptione desperata, fœliciorem existimantes esse mortem ipsa seruitute, voluntarie se absumpserunt ignibus; vt honesta morte probrosæ seruitutis excuterent iugum: vt Zanthij, vt Numantini, vt Carthaginenses. & ipsa etiam gentium conflictatio quid aliud denotat, nisi prius se velle sanguinem, animanque efflare, quã amittere libertatem? & tamen nostra seruitus cunctis est grauior. non tàm hærens corpori, quàm animo. etenim si alicui nostrum ex sepulchro daretur regressus, adeò est pertinax tale vinculum, vt denuo cogeremur eiusdem seruitutis subire pondus. quod nemini coniugum accideret, soluta obligatione beneficio mortis. Quamobrem vbique, & semper tali seruituti sumus obnoxij. quin etiam internis animi motibus cogimur illi parere. quo circa si ab ipsius constitutis legibus contumaci voluntate egredimur, vt desertores castrorum Dei, vt fugitiui serui tanti Ducis (cui per monastica vota dedimus nomina) maximis pœnis plectendi sumus. *Nam declinantes ab obligatione adducet Dominus cum operantibus iniquitatem*, vt ait Dauid. ideo huius ferræ necessitatis conditione cogimur, interius & exterius nostra compescere desideria, ad constitutum nostræ promissionis factæ Deo. Psal. 124. 2

Quod si summo labore auerti non potest genus seruitutis, cur in tanta libertatis priuatione inuigilamus honoribus, gradibusque munerum? cœteris captiuis spes supereſt euadendi prece, pretio, solertia, quam quandoque admirantes Domini, etiam donis eam prosequuti sunt magnificis; Veluti Porsena Rex Clediam. nam deceptis custodibus regijs flumine Tyberis traiecto, ad suos redijt, vna cum concaptiuis puellis. quam etiam honestarunt Romani æquestri statua. Cum itaque euersa libertate dissoluatur omnis compago fœlicitatum, insania est sequi fabulosos honores. iam enim euasimus iactationes, & tempestates mundi. ideo supprimendum illud omne, quod est in cæco affectu. ita discernere potuerimus, nihil minus decere mãc patis Deo, q̃ honorũ affectatio. cũ sit rata Patrũ sentẽtia, Dei cultores humilitatem decere. ne decepti à suauitate temporanea regnandi, nostræ promissæ Deo seruitutis obliuiscamur ad nostram perennem damnationem. cum cogamur per illam ad extremum vsque spiritum subiectionem seruare, custodire, & amare. Liui. lib. 2.

Enimuero certo certius est per obedientiæ votum nos Deo mancipauisse animam, per pauperiem externa bona, per continentiam corpus. qua ratione dicebat D. Gregorius. *Omne quod viuit, omne quod sapit, omn potenti Deo sacrauit Monachus*. quid ergo remanet, in quo temporaneæ fœlicitatis In Ezecch. hom. 20.

vesti-

vestigium possit hærere? cum ex sanctione nostri Patriarchæ; *Nec corpora, nec voluntates, liceat habere monacho in propria potestate*? cum simus itaque omnis libertatis, bonorumque præsentium expertes, quam scenicam sequimur fœlicitatem in precario, & abiecto magistratu? cum potius ipsam venari debeamus ex virtutibus, quam parit, & auget sola custodia mandatorum, & consiliorum Dei. à quo per hanc parsimoniã sensibilium, dirigimur ad opulentiam cœlestium bonorum.

In Regu. cap. 33.

3

Grauiori imperio nobis dominantur spirituales nostri Patres, quàm heri suis imperant seruis. etenim istorum iura non transcendunt corpora, & externa bona. *Cum origo vocabuli seruorum inde creditur ducta, quod hi, qui iure belli possent occidi à victoribus seruabantur, & serui fiebant, à seruando appellati.* ita asseruit Augustinus. At illi imperant secretissimis etiam animi motibus, cum iussionibus non suum captent imperium, sed nostri interioris hominis salutem. Quamobrem hi mites quandoque imperarunt ea, quæ ab irato domino iussa non fuissent rebelli seruo; vt in eructantis clibani ingrederetur flammas: vt aridam virgam tam diu rigaret, quousq; floresceret. quibus certè experimentis, (vt Sulpitius refert) suos exercebant tyrones Patres illi pientissimi: vt noscerent si se, suaque deseruissent verè æterni Dei amore. Nam quàm diu quis sui est nimius amans, Deum contubernalem non patitur. Diuum quoque Maurum tam properè nouimus iussis paruisse D. Benedicti, vt se calcauisse fluminis vndas ignorauerit. à quibus mergendum Placidum eduxit. Ita sua ingenia excolenda Patribus committebant tyrones monasticæ vitæ; ita suas actiones dirigendas commendabant. quod certè saluberrimũ consilium si à sequentium memorijs non fuisset deletum dœmonis astutia, non tanta irrepsissent honorum studia: cum per insensam pietati ambitionem non nunquam ad profana trudimur, & per peruicaciam aduersamur obedientiæ. hinc aegrè multi corripiuntur à venerabili Patrum auctoritate. *Cum monachorum sit munus obedire, & implere ea, quæ iussa sunt.* vt ait D. Hieronymus. & ad Eustochium ait, *Prima apud Monachos confœderatio est, obedire mandatis.* Quorum imperiũ suscipere debent, *Etiam si impossibilia iniungantur*, vt edixit noster Sanctissimus Pater Benedictus. idcirco dicebat D. Augustinus, quod *Magna Patres illi in iubendo vtebantur auctoritate*. Ita caput nostrum Iesus Christus *Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* vt tam maximo opprobrioso supplicij genere suos instrueret, obedientiæ merito patere cœleste regnum. nam per hanc *Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ*. quo circa perite dicebat

De Ciuit. li. 19. c. 15.

De virt. D. Mar. Dial. 1

Greg. Dial. 2. cap. 8.

4

Ad Rusticũ

De Custo. Virg.

In Reg. c. 68.

De Morib. Ecc. 1. c. 31

Philipp. 2.

Hebre. c. 5.

Digitized by Google

dicebat Cassianus, Monachum cruci affixum assimiliari. nam veluti iste se loco mouere non potest, nisi aliena manu liberetur à vinculo, ita Monachus si suis stet promissis, nihil potest efficere sine imperio sui Ducis. sic videre erat olim misericordes, & mites Monacho. vrgente obedientia, deserere consanguineos miserijs pressos. cum scirent tantum se proficere in spe consequendæ gloriæ, quantum iubentis fuerint obsecuti mandantis. Quamobrem ferè humanitatis obliuiscebantur, ne ab insidiatrice carne decepti desererent perfectionis iter. miserando tamen, & lachrymando, summisque orationibus illos commendabant Deo; à quo sperabant potiora subsidia illis tribuenda fore. De Instit. Cœnob. 4. cap. 35.

Sed descendamus ad paupertatis malum, quod vltimum esse malorum existimantes Cafri filios vendunt, Iaponi praefocant, Europęi prætereuntibus exponunt; vt commiserantes vagientibus impendant paterna officia. quin etiam est adeò amarus sensus, & aspectus paupertatis, vt quandoque Patres, & Viri, suas filias, vxoresque scortari permittant, suadeant, redimique patiantur infami pretio; ne à deuoratrice viscerum fame omnino discerpantur. Quod malum vt mortales effugiant, summum est apud eos diuitiarum studium; cum molestissima sit inopia necessariarum rerum. ideo paupertas vocatur à Menandro, *Onus longè omnium grauissimum.* 5 Menander;

Assiduis hi vrgentur incommodis, sæpe ciuium repulsis, & sæpissimè sibilationibus expelluntur à nobilium congressibus. quamobrem aut aliquid patiuntur turpe, aut moliuntur vile, aut patrare coguntur indignum; vt se profanis quæstibus substentent. ideo docebat Aristoteles, Pauperes in magistratu venales fieri propter egestatem, Polit. 2. c. 7.

At quæso quid est, quod repleat claustra Monachis, & deserta anachoretis? voluntaria paupertas, ait D. Bernardus, quæ licet turpis non sit, sed omnino commendabilis ex Domini consilio, etenim licet temporaneis egeamus, ditamur tamen, fœlici commercio, cœlestibus bonis: tamen negari non potest; *Aerumnosam esse pauperiem*, vt asseruit Plutarchus. Quapropter sicut delirantis est hominis, voluptatem quærere in abstinentia, aut in seruitute fœlicitatem, ita insanientis est, magnificentiam venari in pauperie. qua profitemur vbilibet vilitate vestium, tenuitate sepellectilium, ciborum parsimonia. vtinam adhuc non illorum praua qualitate, à qua sæpissimè contumaces oriuntur morbi aduersus omnia remedia. idcirco nisi à frugalitate eius fugaretur pernicies, assiduis afflictaremur ægritudinibus, & quàm breuis esset nostræ vitę cursus? lucrum itaque est ipsa parcitas ciborum, & abstinentia. In Homil. Vade vende, &c. De vitanda vsura.

Digitized by Google

6 Ita nostri Patres consuluere & diuturnitati vitæ, & ne natura sua sponte labans ad vitia, per crapulam ab incœpta virtutum semita deflecteret; sed qua abstinentia cœperant tyrones pietatem colere, eadem clauderent vitam. Aspectum deliciarum etiam declinantes, ne sensim accensa cupiditas, ad complacentiam traduceretur. cum mollibres animi de facili pertrahuntur ad lapsum. quo studio fulgebant illi ieiuniorem macie, debilitate vigiliarum, & vestium pauperie. quibus accincti armis dæmoni terrori fuerunt, & nobis miraculo. cum essent immunes ab omni deliciarum genere, ab omni quæstu, ab omni cupiditate gloriæ. Quo spiritu actus S. Ioannes Ægyptius quadraginta, & tres annos suæ cellulæ septus angustijs, nihil igne præparatum comedit, & quidem occiduo Sole, vt in eius vita refert Palladius: & vnde alius cibus inter deserta? vnde famuli qui coquerent, & ingerent? vnde diuitiæ, quibus redimi posset tale opus? sic pietas sibi parat dura corpori, sed suauia menti.

Palladius.

Nam pauperiem adeò seuerè coluerunt Patres, vt teste Cassiano, *Nulli cistellam, nulli peculiarem sportellam habere licebat. nec tale aliquid, quod veluti proprium retinens, suo debeat communire sigillo.* & D. Basilius ait, Monachum sibi æternam inferre mortem, & latrunculi fungi officio, si aliquid sibi proprium vendicet. & D. Hieronymus testatur, quod adeò rigidè seruabatur hoc institutum suo tempore, *Vt nec etiam liceret Monacho necessaria petere.* & S. Fulgentius ait, *Quam sit malum, quamque sollicitè fugiendum, si quis de hoc quod Deo vouerint, aut retinere, aut rapere aliquid mortifera prauaricatione pertentet, exemplo sunt Anania, & Saphira.* de quo ita loquitur Augustinus *Dum de eo quod promiserat pretium subtraxit, sacrilegij simul condemnatur, & fraudis.* Eant nunc monachi, & in tanto seuero paupertatis voto quærant fastum honorum, & dignitatum; & miserè sitientes pascant animum futili, & lethi fero potu; & spem salutis æternæ peambitionem periculis obijciant æternæ mortis. cum explorato, excussoque consilio, ea facere debemus, in quibus est rerũ summa. nam pestifer est ille error, cui subsequitur perennis damnatio, & à sua patria indesinens exilium: at nihil est deterius transfugam esse castrorum Dei; cum pœna sit infligenda illi æterni ignis, & ab actherea patria indesinentis exilij.

Cass. 4. c. 13

In Constit. cap. vlt.

Ad Eust. Epist. 22.

In Epist. de bono coniuga.

De Verbis Dñi ser. 17.

Deinde ne ab aliquo inordinato motu traducatur Monachus ad profanas voluptates deserta Dei contemplatione, & promissione facta summo Monarchæ, cogitur illibatè seruare continentiam. aptissimum certè institutum, vt monebat Apostolus, *Quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obse-*

Digitized by Google

obsecrandi. Qui se nuptiarum astringit vinculo, *Cogitat, quæ sunt mundi, & quomodo satisfaciat vxori, & diuisus est.* Hinc horum animi plerumque detinentur in cœno caducarum rerum, eorum remorante volatu amor in propriam sponsam, & filios, quos ex propensione naturæ peramanter insequitur homo. Quare seuerioris vitæ institutores non solum ab honestis nuptijs, sed etiam à mulierum aspectu arcebant eos, scientes à simplici obtutu sensim traduci quandoque ad probrosam cõcupiscentiam. quid? etiam apud Barbaros Iapones, quibusdã Monachis celibatus indicitur, & ijs cap tale est contraxisse nuptias, vt refert Maffeus. quod etiam Aegyptij sacerdotes custodierunt. se de facili mens religioni dicat abdicata voluptate. nam tunc ratio efficitur ductrix concupiscibilis, & irascibilis animæ. nec suffert illas errabundas ferri in præruptas sensualitates; cum sciat ab illarum impetu ad profanas voluptates non modo remitti amorem in Deum, sed deleri prorsus. Quare ne occupata mens pientissimis operibus auocetur à tam præclaro, & sancto opere, nuptiæ illis interdicendæ erant. nam si terra obediens sui colonis aratro, ligoni, & rastro, assidua cura vacuefacienda est à siluestribus plantis, quanto magis non sunt inserendæ homini voluptates, ad quas concitatè trudimur à sensu? nam veluti lethale est homini repugnare Deo, ita esset durum insitis, & ascititijs voluptatibus non deseruire. 7 De rebus Iaponi: in Epist. Aloysii Froes.

Quamobrem etsi talis institutio Angelorum æmulans puritatem, (in quibus nulla esse potest carnalis copula, cum careant corporea mole; nec metu mortis afficiuntur, cuius causa mortales generationi dant operam) summis sit efferenda laudibus; attamen cum naturæ sit grauis, cur in tantis voluntarijs miserijs solum futile nomen honoris appetamus non video; cum per talia officiorum onera eliminetur quies animi semper, & quandoque animæ salus, per hunc religionis actum voti quæsita, & appetita.

Natura Duce perennitatem appetimus successione filiorum (etsi per cæcam concupiscentiam simul appetimus perseuerantiam nostræ speciei.) idcirco sine liberis decedere, (in quibus viua nostra seruatur imago) est naturaliter molestum. quo motus dolore Abraham in primaria sua obsecratione ita effatus est, *Domine Deus meus quid dabis mihi? Ego vadam sine liberis, & ecce vernaculus meus hæres meus erit.* quod ibidem adnotans Gaetanus, docuit, huius rei concupiscentiam esse vehementem. Nam nati sunt familiatum robora. vnde conquærebatur Alexander dicens, *Orbis mea, quod sine liberis sim, despicitur.* idcirco nati sunt 8 Gene. c. 15. Curt. lib. 6.

Digitized by Google

sunt domorum lusus, & deliciæ: & duri parentes cum illis
Varsahum Hist.lib.12. garriunt nutriticia quadam familiaritate, & amabili praemulgentia. in quorum puerilibus ludis se recreasse Herculem, Elianus narrat. Socratemque cum Lamprocle infante lusisse. Agesilaum Regem cum filio equitasse in arundine. Architamque Tarentinum oblectatum fuisse in conuiuijs ludere cum filijs seruorum suorum. Quamobrem confectus senio si pubescentem viderit filium, leuius fert ætatis mala, spe auxilij, &
Gene.c.46. successionis. vnde Iacob ad Ioseph dixit, *Iam lætus moriar, quia superstitem te relinquam.* tunc temporis communi conspiratione irruunt in nos omnia incommoda ægritudinum, quæ satis placidè tolerantur certitudine posteritatis. per quam conditionem mortuis tribuitur apud mortales viuere. Quo
Poli.1.c.1. circa *connaturale est desiderium, quale quicquã est, tale quid alterum relinquendi,* vt ait Peripateticus. & Seneca,

Prouidit ille maximus mundi parens,
In Hippol. *Cum tam rapaces cerneret fati minas,*
Vt damna semper sobole repararet noua.

Qua de causa inter societates humanas nulla est celebrior, & diuturnior maritali. nam cum vicissitudine officiorum constet vita mortalium, talium semper est commodior, & vtilior consuetudo. neque enim per solitudinem aptè comparari cõmoda possunt, nec domesticæ artes à viris sunt exercendæ, sed à mulieribus, à quibus minimè sunt peragenda publica, & grauia negotia. Hinc mutuo sunt sibi fulcro, & alter alterius vtriusque fortunæ particeps. & ita æquius vtramque fortunam
Annal.3. perferunt, & *Quid honestius quàm vxorium leuamentum*, dicebat Tacitus? aut ætate sint graues, aut uiribus inualidi,
Poli.1.c.1. aut bonorum egentes. *Nam alter sine altero debilis est,* ut docet Aristoteles. & Rupertus, *Coniugij copulam omnium carnalium necessitudinum esse maximam, atque fortissimam.* Ex
De Tri.&c. 3.cap.38. quo illud oritur miseriarum nobis, ut efflata anima nemo carorum oculos nostros claudat. quod inter cætera Dominus promiserat Iacob. ut lætanter peregrinationem Ægypti in-
Gene.c.46. grederetur. ita dicens, *Ecce ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.* quod inter sacros ritus numerat Plinius ita,
Pli.11.c.37 *Morientibus oculos operire, & rursus in rogo patefacere, Quiritum magno ritu sacrum est.* & Euriali mater plorans ait,

Nec te tua funera mater
Aened.li.9. *Produxi, pressiue oculos, aut vulnera laui.*

Penelopes quoque talis officij memoria suum Vlyssem in
Ouid.in Epist.Penelo patriam reuocare tentauit, dicens,

Respice Laertem, & iam sua lumina condas

Extre-

Digitized by Google

Extremum fati sentiet ille diem.

At nostra lumina, Amice, quàm sœpissimè ab his operiuntur, qui nostræ animæ egressum exoptant, non quidem odio, sed ut desinant ægrotanti ministrare, & assidere nostro moribundo corpori. ideo nullis honestamur lachrymis, nec quidem lamentationibus: quasi adstantes sint soluti à communi lege mortis, & minimè sint participes moribundæ naturæ. & ita commiserationis obliti satagunt nostrarum sarcinolarum exuuias vilissimas occupare: earumdemque aucupio nostrum diem inferiarum lætanter celebrant. & tunc maximè si per mortem aliquod munus vacet, quod sperant se occupaturos. quare occidente die omnis nostri interit memoria. & elabitur reminiscentia. 10

Christiana professio nos perdidit, Amice, vel clarius, christiana perfectio nos ad has compulit angustias, sed verius, christiana voti virtus per abdicationem temporalium direxit expeditius ad amplissima, & fœliciſſima cœli regna. etenim vt huic excellentissimo vitæ seuerioris instituto operam demus, cogimur nos met ipsos offerre hoc sacrificij genere. non aliam offerentes victimam, quàm animam, quàm corpus, quàm omnes fortunas. vt omnibus solutis vinculis terrenis, liberius petamus cœlestia bona. 11

Qua viuendi norma perfectius componimur ad sanctitatē: exercentes solummodo immortalium diuitiarum mercimonia. idcirco tunc diuites efficimur inopia, posteritate carentes æterni, & in ferrea seruitute constituti liberrimi. *Cum in carne præter carnem viuere, non terrena vita sit, sed cœlestis*, vt dicebat Hieronymus. & D. Augustinus de virginibus loquēs ait; *Vsque adeò acceperunt præceptum, vt non recusarent consilium, vt plus placerent, plus se ornarunt.* etenim vt docebat D. Hieronymus, *Vbi consilium, ibi offerentis arbitrium.* ostendunt hi plus impendentes obsequio, quàm acceperunt praecepto, solum Deum sibi cordi esse. & ita feriatum gestantes animum ab earum rerum curis, quæ animum deprimunt, expeditius dant operam huic angelico muneri. In Serm. de Assumpt. De verb. Apost. ser. 18 Ad Eustoc.

Qua de causa has temporales calamitates liberrimo subijuimus animo, respicientes ad remuneratorem, à quo pro terrenis cœlestia certo adipisci speramus. si nemini caduca bona assequi sine labore datum est, quanto magis immortalia? Quo circa perfecta abdicatione sensibilium purificatur, & perficitur anima. *Castrantes etenim desideria carnis, maioris gratiæ præmium in cœlestibus obtinent*, dicebat D. Cyprianus. horum portio, & hæreditas Deus est. nam alia apud alios sunt in pretio, at istis solus ille optimus creator rerum omnium. Quare De Habitu Virg.

ijs non

ijs non satis digna sors est terra, aqua, aer, æther, insuper nec cœlum ipsum, sed omnium Dominus, ad quem se suppliciter contulerunt, impigram illi offerentes seruitutem; etiam per custodiam suorum consiliorum. ita cohibetur natura sponte labans ad caduca, earundem præscindendo irritamenta. nam vna simul frugalitatem amplectitur, (valetudinis matrem, inimicam epularum, & auersam à quouis veneris vsu,) & per vitæ aspera graditur animo lœto.

Grauissimum Monachis esset, reiectis omnibus temporaneis bonis, generatione filiorum, & propria voluntate, insuper sæpe peregrinari per desertas domus, nisi diuina oracula eos cõsolarentur, *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & deinde vitam æternam posse debitis*. Qua subsistentati spe, fide, & amore, seruitutem, continentiam, pauperiem, peregrinationes, hilari ferunt animo: sicuti & Patres nostri, qui proprijs relictis domibus, quasi vi bibus prohibiti, loca inaccessa sequentes, certissimis se obiecere incommodis. nam prius migrauerant animo à caducis, copiasque prostrauerant malarum passionum, & amore sibi conciliauerant Deum. cuius consuetudine nihil suauius. hinc experiebantur, se dicare cœlestibus, vitam esse iucundissimam. Quo circa sicuti deliciamur abundantia resoluuntur in desidiam homines, ita illis pientissimis institutis christiana ingenia excitantur ad virtutes. quod vitæ moderamen honestos mores continens, & tuens, non patitur animam respergi vitijs.

Matth. c. 19

12 Hos eligens sibi Dominus vt præcipuè caros, dignatur tu-rare à profanis affectibus: & ad sui peculiare ministerium adducens, inserit professioni monasticæ, veluti perenni virtutũ principio. in quo statu cœlesti nectare eos pascens, efficit, vt delitientur, vt hilariter degant in iustitia, & sanctitate. ideo vt viam ad æternitatem sibi muniant, aspernantur omne caducum. Quamobrem habitu, moribus, profitentur omnia mundana abiecisse, vt veluti non exerta testudo nullis est ictibus exposita, sic talium animæ nullis ferè sunt obnoxiæ occursibus tentationum. Horum athletarum constantia retusæ semper fuerunt dæmonum vires, & insidiæ hominum; cum confugissent ad tutissima castra orationis, humilitatis, & patientiæ. ideo præparato animo subsistinuerunt incommoda, aduersa, laboriosa; vt proficiendo attingerent glorioſum finem: nam ratione immensi boni omne temporale malum est ferendum hilariter. & ita assuescentes per singulas virtutes, tendentesque ad laborum metam, apicem christianæ perfectionis adepti sunt. Nam quanto miserius Deus suos crud t, tanto sublimius promouet. reficiens enim eorum animos diuinis suauitatibus, com-

Digitized by Google

componit ad ferenda insuauia, quibus præ magnanimitate non videntur obnoxij. ideo perite asseruit Philo, *Dei cultores sempiterna libertate donari.* nam etsi mortali naturæ indita sit mutabilitas, & volubilitas à Creatore ad creaturas, (à qua seruitus oritur.) Deo curante, ita permanent in integritate. (vacuefacti ab istis erratis per conuersionem ad suum Creatorem) vt libertate donati omnem penè excusserint sensum amaritudinum. De Sacrif.

Quod si tale iter vitæ professi sumus, quod non est imperatum, sed demonstratum; non mandatum, sed commendatum, ratione cuius de omni nostra felicitate iam actum est, vt æterni domicilij nobis facilius aditus pateat, cur munus reposcimus periculosæ dignitatis? an ingrata est merces æterni regni, quia sero delata? an auiditate præsentium obliuisci volumus æternorum? an præmium tanti egregij laboris aspernamur? an in aperto Sole volumus cæcutire, ne cogamur nostram detestari peruicaciam? Quidam vitæ genera mutant, cum in illo se experiantur infortunatos. quidam commutant studia propter suum durius ingenium. an non eisdem debemus hærere vestigijs, cum in singulis aduersam fortunam sentiamus? saltem ne egregium institutum irreligioso maculemus fine, cædendum est tempori.

Igitur ad Deum dirigendi sunt labores, seruitutes, inopiæ, qua ratione anima redimitur à culpis, & honestatur potioribus donis. etenim sãctione Dei hæreditas est primogenitorum non eorum qui primo sunt in lucem editi, sed qui virtutibus dant operam. Quapropter prius sæpe nominant sacræ literæ quàm Ismaelem, Iacob quàm Esau. non propter priorem ortum, sed propter electionis prærogatiuam, & diuinæ benedictionis præstantiam. ideo ius primogenituræ à Ruben ad Leui fuit translatum. quod legimus ita in Parafrasi caldaica. Tuũ erat vt acciperes tres partes potiores præ fratribus tuis, Sacerdotium, primogenituram, & regnum: sed quia peccasti, data est primogenitura Ioseph, Regnum Iuda, & Sacerdotiũ Leui. Itaque qui ad Deum confugit extollitur præstantioribus donis: in præsens sui imperium, deinde beatitudinem vltra modum, per ingressum ad Ecclesiam primitiuorum. vt docuit D. Paulus. 13 Paral. 1. c. 4 Gen. 49. Hebr. c. 12.

Digitized by Google

De prisco Monachorum statu, & recentium.

Caput XXXI.

NOn, vt par erat, substitimus in illo tam lugubri nostrarum calamitatum argumento. etsi ærumna vocanda nō est illa, quæ ritè seruata, & venerata, pro mercede accipit regnum Dei nunquam interiturum; tamen miseria est aliqualiter excidisse à fœlicitate: non tam temporis fato, à quo paulatim consumpta intereunt omnia, sed degeneratione à nostris atauis, quos imitari omnino oportebat candore, & pietate morum. in quo sancto vitæ instituto, non senectus datur, sed repuerascentia pro excellentia disciplinæ, cui adijcimus animum, & laborem. Quamobrem cum dæmonis astu, & nostra incuria, sensim ad labilium studia simui traducti, quibus hæremus pertinaciter, amisimus illam quietem, pacemque animi, quam prosequentes in eremo, in cœnobijs inuenerunt Patres nostri, quorum merita licet nulla possimus condigna oratione prosequi, nullatenus tamen licet præterire dissimulan-
De Natura Deorum. 1. ter illorum eximiam virtutem religionis. *Ita suscipit vita, & consuetudo communis, vt benificijs excellentes viros in cœlum fama, & voluntate tollamus*, dicebat Cicero. nec aliquid efficacius natorum excitat animos ad honestissimos labores, quā
Val. 5. c. 8. maiorum celebrata nomina. idcirco in prima parte ædium effigies, tituloſque maiorum locare, consueuerant Romani, vt eorum virtutes legendo imitari non pigeret.

1 Arbitrantes illi, & sapienter quidem, summopere expedire saluti, & tranquillitati animi, à ciuilibus administrationibus abesse, & consuetudine omnium popularium, elegerunt sibi remotas solitudines, aut confragosas rupes, quas non modo refugerent pedes calcare, sed oculi intueri, alij vero siluarum latebras, aut caueas montium, ne natura propensa ad malum omni tempore, ad lapsum propelli posset alicuius rei delectabilis aspectu. fiunt .n. tunc oculi culparum amatores per imprudentiam intuitus. qua ratione non modo pacis animi secuti sunt consilia, omniumque perturbationum fugerunt tumultus, cum innocua simplicitas nullius pateat insidijs, sed cælestium amore accensi, & diuino acti furore, veluti eliminato sensu, totos sese diuinis contemplationibus manciparunt. & ne aliquid illis remoram faceret, cum ingens in illis esset sanctæ vitæ cupida anxietas, reliquerunt patriam, cognatos, filios; vltrò illis facultates cedendo, vel impendendo ad eorum subleuandam egestatem, qui se diuino cultui dicauerant; voluntarie

Digitized by Google

luntariè sibi asciscerunt pauperiem: ne rerum opulentia insidiatrice animarum detenti cœleste desererent iter.

Nec solum hæc reiecerunt, sed & amicitias, & societates, in quibus certè magna vis est traducendi animos ad secularia. Quare harum auersantes consuetudines, ne familiaribus ciuium polluerentur vitijs, etiam propinquorum fugiebant aspectum, similium solùmodo aliquali fruentes consuetudine, vt mutuo colloquio firmarent animum. etenim illorum conuersatio in cælis erat. Reiectis itaque omnibus oblectamentis cùm dæmone perenniter cõfligere optarunt, solo spectatore Deo. hinc talia loca palestræ erant militũ Christi. Abditioresque hi semper recessus petierunt, vt magis delitescentes, acrius contemplatione proficerent, donec assequerentur optata cœli gaudia. cũ interim loca illa apta essent laboribus, & minus obnoxiæ erant virtutes periculis vanę gloriæ. sunt semper illæ eximendæ ab humanis obtutibus, ne obrepens laudis appetitus eas funditus euertat. horum palmas nemo omnes recensere potuit, nonquidem scriptorum inopia, sed testium. solitarij enim impollutæ vitę operã dantes, & exempti hominũ aspectibus nihil rectè fecerunt, vt viderentur effeciſse. munientes hanc quam ingressi fuerant vitam austero habitu, parco, & insuaui cibo, asperitate loci, & abstinentia à quauis voluptate. 2

Parsimoniæ fræno nouerant cohibendam esse carnem, cuius periculosa erat pugna, nisi eius petulantiam retunderent seuero ieiunio. qua de causa omnis illorum victus ratio componebatur ad normã abstinentiæ, vt nullo pacto irritaretur concupiscientia insatiabilis bellua. hinc coluerunt illi temperantiam veluti fundamentum cæterarum virtutum tanta vigilantia, vt assuescerent vix tertio die sentire famem, & multi non nisi sexta die sumere cibum, vt testatur Philo. nec quicquam aliud nisi panem sumebant, quorum obsonium sal erat, delitationibus vero addebatur. hyssopus. illorumque sitis rigabatur aquæ potu, nec semper limpidæ. nam contemplationibus, diuinisque cantilenis perdurabant famem, & consolabantur inediam. & qui Pacchomij sequebãtur instituta, totum quadragesimale tempus crudis herbis agebant ieiunium. quem morem imitatus Maccharius Alexandrinus triennio in singulis diebus quin cuncem panis, & aquæ tantillum adhibuit. Hellenius quoque nisi per soporem fuisset admonitus, in constãtia inediæ perijsset. Quare monitis parens, herbis famem, aquis depulit sitim. primoribus vero portensi palmarum rami satis abundè subministrarunt cibum, & tectum, & aliquando vestem. vt in eorum legimus Elogijs. nam huiusmodi loca pa- 3

De vita cõtempla.

Digitized by Google

cis, & tranquillitatis opulentissima habitantium mulsere voluntates, vt arctioris vitæ semitas hilarius ingrederentur.

4 Quare castitatem summa vigilia custodiebant, noscentes esse præstantiorem fœcunditate, sicuti virtutum culturam liberorum susceptione. cum voluptatis merces, mœror sit, & stipendia filiorum, assidua cura; at castitatis merces, Deus est, & præmium virtutum, cœlum nunquam interiturum. quo circa

Isai. c. 56. clamabat Isaias, *Non dicat Eunuchus ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & seruauerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen, melius à filijs, & filiabus, nomen æternum dabo eis, quod non peribit.* non curantes hi temporaneam natorum susceptionem, recepto semine diuinarum inspirationum, mente genuerunt partus omnis interitus expertes, quibus non caduca paterna hæreditas obuenit. sed diuina. *Ideo felix est sterilis, & incoinquinata, & spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit contra Deum nequissima; dabitur ei fidei donum electũ.* de quo spirituali Eunucho loquens D. Chrisostomus ait, *Gratias age Deo, quia magna præmia rutilantesq; coronas habebis, si ita vixeris.* Quamobrem multi spe tantæ mercedis accensi, in ipsa nuptiarum nocte petiere cœnobia, aut longinquas piasque peregrinationes deserto nuptiali-toro; ne à spe excideret talis munerationis diuinæ paucularum horarum interstitio, & fœda voluptate. & quandoque, suauiorum loco adhibuere monita, quibus sponsas deduxerunt per simplex votum ad illibatam custodiam virginitatis mētis, & corporis. sic maritalem torum reddiderunt pudicitiæ clausstrum, in quo non tàm cælebs vita seruabatur, quàm exercebatur cœlestis.

Sap. c. 3.

In Matth. cap. 19.

Cui virtuti insistere omnino necesse est monacho idcirco Patres nostri à mulierum aspectu cauebant tanquam à morsu aspidis, cuius præsentanea mors est. Acuens tunc curiositas cupiditatem, voluptatem ingerit, quæ serpens blanditijs demolitur rationem, & timorem, compescit mendacijs. quod sciens sanctus Ioannes Ægyptius cum in vnius domunculæ se occultasset angustijs insolitudine, nũquam eò irrepere passus est mulieres, sed solummodo viros, & hoc quidem raris diebus. Compererat illarum intuitu etiam seueros animos capi posse, & illaqueari. etenim vbicunque illarum concupiscentia imperum facit: nisi maximè contumax fuerit ratio, voluntas pellecta à violentia cupidinis, de facili abstrahitur à recto honestatis itinere. nam sensim, occulteque disseminatis speciebus illius venustatis tẽtat animam concupiscentia, tanta lenitate,

Digitized by Google

nitate,& aſtu, vt boni delectabilis titillatione facillimè eam decipulet.quare ignauè regens ratio in obſequium traducitur concupiſcentis potentiæ. & ita ad vitia inhoneſta delabitur. ideo vt declinarent à culpa,abſtinuerunt à viſum. Non enim eſt aliqua paſſio illa concitatior, aut perniciosior. arcebantur itaque ab ipſorum aſpectu mulieres, non quo plus veneratiõnis accederet, ſed quo magis abeſſet tentatio. etenim ſimulacro rei delectabilis expergefacta: & erecta anima, primo ad aſſenſum propendit, deinde ſuauibus agitata ſtimulis labitur,quibus libatis ſe ſe tunc affatim deuouet. ideo Plautus dicebat.

Egoillic aſpicio formæ eximiæ mulierem,
Quam ego poſtquam aſpexi, non ita animo vt ſani In Mercat.
Homines, ſed eodem pacto, vt inſani ſolent.

etenim vt ait Ouidius,

Retinet malus ardor amantem. Metam. 10.
Nam mora dat vires. De Rem. 1.

quod prebeſciens veterator, ſæpe ore fœmineo,fucataq; pulchritudine ſanctorum deluſit oculos, vt eos induceret ad profanæ concupiſcentiæ aſſenſum, & ad amorem voluptuoſi amplexus. Quãobrẽ ſe ſimulabat iuuenculam pulchritudine inſignem,& verecũdia conſpicuam; cum dimiſsis oculis paulo poſt ſubridentes illos attollebat; vt acriores libidinum iacularetur faces. quod ſpectrum inter cæteros horrens ſanctus Apelles anachoreta, arreptum manu cãdens ferrum, illud in faciem eius vibrans,fugauit. ſtatimque preſtigiator euanuit immani edito eiulatu. Apparet itaque noſtros Patres nõ ex mortali corporẽ cõtra inſidiatricem voluptatẽ pugnaſſe, ſed quaſi ex cœleſti arce. quo circa frugalitatem complexi continenter in laboribus viuebant, ne per otium erumperet laſciuies.& ita cogebant carnem ſeruire ſpiritui.

Quapropter ſubſidia parabant quotidianis neceſſitatibus,partito opere; vt omnes & otij declinarent occultum virus,& ſibi miniſtrantes mutuò coalerent uicariam charitatem: qua in re delectabantur ſummopere. quod ſi accidiſſet mutuò non reſponderi,quiſque patiebatur facillimè, quaſi argumentum plus apud ſe reſidere amoris. tamen veluti eodem ſatis ſẽmine, & lacte nutriti, ſe ſe mira affabili ſocietate complectẽtes,nullũ prætermittebãt amoris, & beneuolentiæ argumentum.hinc labans ætas ſubſtentabatur obſequijs, conſilijs inſtruebatur incipiens, robuſta vero muneribus dicata colebatur promptitudine obediendi.cum ardore charitatis vltrõ obedientiæ munia implebant. nemo ad propriam vtilitatem dirigebat labores, ſed ad communem. qua ratione quicquid 6

Digitized by Google

lucri contigisset alicui, in medium conferebatur, vt paratum esset cõmunibus necessitatibus, vel infirmitatibus. ex quibus mira parabatur æquabilitas, & rerum omnium societas. quod institutum licet non commendaretur ob rerum copiam, nemo tamen non fatebatur fœlicem esse talem societatem, cuius tã ingẽs esset studiũ mutuę beneuolentię, & amoris in Deũ.

Vnicum erat illis prõptuarium, ex quo communi penu victus ratio sumebatur, & vestimentorum. & ita sicuti cuiq; sũmouebatur auaritiæ materia, ita & ambitionis. Nam tunc dominatio non dirigebatur ad regentis commodum, vel fastum, sed ad cæterorum vtilitatem, pro quibus per ordinatam charitatem vrgebatur vigilantius insudare. *Neque dominandi cupiditate imperabant, sed officio consulendi: nec principandi potentia, sed prouidẽdi mansuetudine.* vt utar Augustini verbis. Quamobrem tunc dominari officium erat, non regnum: & obedire salus, nõ seruitus. hinc humillimè imperanti parebant.

De Ciuila. 19. cap. 14.

Tunc sibi Duces subditorum parabant reuerentiam amore; & timorem maiestate virtutum; nam moderato regebant imperio. qua ratione vicissim captabant beneuolentiam, & securitatem, quin etiam filialia officia prouocabant comitate, & affabilitate morum. Qua vitæ sanctimonia. occurrentibus apparebant augusti, nec aliam gestabant faciem, quàm sereni coeli, quàm nitentium stellarum. ex quo oriebatur, vt professores illius instituti eos colerent, vt venerandos, non insectabantur, vt timendos. cum quibus communis erant mẽsæ, & contubernium. idcirco mansueta obedientia illorum prẽueniebãt iussa, nec famulabatur inuiti. *Cum nihilo magis æquum sit parere, quàm imperare.* vt monuit Aristoteles. Hæc virtus parantibus religionis statum est summoperè neeessaria, est enim veluti publica via tendentibus ad sanctitatem. tales Dominum precabãtur, vt diutius patrum seruaret vitam. nam etsi isti senes glorioſam expeterent, & expectarent mortem, & æternæ pacis amore flagrantes, veluti prœlio fessi præstolarentur immarcescibile præmium; tamen illi destituebantur vigilantissimis Pastoribus, quorum præclarissimis virtutibus, veluti calcaribus trudebantur ad omnem morum sanctimoniam. enimuero vt certissimum munimentum ciuitatum sunt viri fortes, ita sacrarum domuum pietate præstantes. *Vt columna in domo, & mens in anima, sic iustus permanet ad calamitatum remedium,* dicebat Philo.

Pol. 2. c. 12.

De Migra. Abrahæ.

Hos monasticæ vitæ cultores illi amabant syncerè. nam vt supra se stare nouerant, ita pro se. timebant eos vt Duces, non tàm ratione imperij, quàm obedientiæ promissæ Deo. sibique salutare existimantes quicquid illi præciperent, exequebantur

tur imperata sine discussione mandatorum, sine tumultu, ad minimum superioris nutum, *Scientes sui esse muneris obedire, & implere, quæ iussa sunt*, vt dicebat D. Hieronymus. & D. Gregorius, *Nescit enim iudicare, quisquis perfectè didicerit obedire: quia hoc tantummodo bonum putat, si præceptis obediat.* & Tacitus. Ad Rusticū Reg. 1.c.3.

Principibus summum iudicium Deus dedit, subditis obsequij gloria relicta est. Ideo religionem ingredientibus obtrudebantur arcta; vt constantiæ animi sumeretur experimentum. cum præcipuè ibidem virtus coleretur obedientiæ, vt dicebat Sulpitius. nec aliter suspiciebãtur ad monasticum institutum, nisi prius tentati fuissent, & probati nullum vnquam recusaturi arduum, ac difficile, indignumque toleratu Abbatis imperium. D. Basilius peritè docet, omnino Monachum iussis parere oportere. non discutere imperata. nisi fortassè peccati labe essent infecta. quo excepto, vt ouis ad pastorem, & instrumentum ad opificem, se præbere debet. ita verè insistimus Christi vestigijs, perfectè nostra abnegata voluntate, vt ipse docuerat, *Si vis perfectus esse vade, & vende omnia &c. & veni sequere me.* non n. venerat facere suam voluntatē, sed Patris, qui miserat eum. A quo salutari instituto ne retrocedere possent, deliberatum firmabant promissione facta Deo. quo nexu Deo colligati, amanter suas cruces tulerunt, vt sequerentur Dominum. totos se sub illius deuouentes ministerio. & ad instar holocausti diuina accensi charitate, nihil sibi terreni fecerunt reliquum. Summa interim fruentes tranquillitate, nec poterant non esse beati, cum nulla torrerentur ambitione nec aliquo terrerētur metu, nec cruciarentur auaritia, nec flaue scerēt sordidis voluptatibus, sed toti apud se firmi starent in dilectione Christi. in quo omnis eorū studium erat, & labor. idcirco contra vitia steterunt, pugnarunt, vicerunt, præclaro bello, & insuperabili constantia. Annal. 4. In constit. cap. 22. Matth c. 19

Interim quærebant in inuijs itinera, vt sine remota volatu sanctorum operum peruolarent ad cœlum. idcirco nullus solitarius locus illis asper videbatur, nec egestas dura, nec insuauis castimonia, nec labores intolerabiles, vt præmium referrent tantarum virtutum commendatarum à Christo Domino. Hinc assuescebant duritici vitæ, & inclementijs cœli, & eodem tempore in illo vltroneo exilio, quod incolebant hilarius, quàm magnates suas splendidas domos, tolerabant seruitutem, & inopiam; vt inferioris animæ retundentes audaciam, liberius per cœli amæna vagari possent inculpata contemplatione. Qui enim in suis proteruis potentijs potestatem exercent, iure in cœlis regnare debent. his demum nec durum fuit subigere hostes, qui se ipsos seuera imperante charitate vice-

Digitized by Google

vicerunt in obsequium Dei. quare continentibus laboribus cicurabant irascibilem, & concupiscentem animam per profectum virtutum. nec per quālibet imbecillitatem duram illi respuebant seueritatem. scientes delicatum hominem fieri non posse uirtutum domicilium. abijcientesque curas tùm publicarum, tùm domesticarum rerum, sanctimoniam perdiscebāt accuratè.

In his inerat uerum exemplar christianæ perfectionis; nam complexi pauperiem, continentiam, & obedientiam continenter proficiebant in mandatis, & consilijs Domini. quo excellentissimo uitæ instituto nobis sapientiam propinarunt, (*Legitimi cultores Dei plurimum mente pollent*, ait Philo.) qua omnem animæ maculam abstergere possimus, cœterorum non consectando deliria. cum hoc unum spectare homines debeāt pietatem in Deum. Qua ratione ad mortem propius accedentes, concitatius ad talem uirtutem currebant, ut ad laborum metam. reminiscentes syncero corde coluisse Dominum. Nec aliunde illis obrepebat lætitia, nisi quod in uia mandatorum Dei delectabantur ueluti in omnibus diuitijs. idcirco dulci-

De creati. Principis.

Psal. 118. sona charitate canebant, *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua*. charitas namque, quæ egestatum erat causa, erat adhuc causa lætitiarum. Quo circa illis summa uoluptas erat nausea uoluptatum, nam uoluptas, ubi uotum..

9 Quod si in illa deserte loca inhospita etiam brutis contigisset illorum diuinorum Patrum intueri, ob pauperiem, corpora seminuda, sitì, fame, uigilijs, squallentia, & quasi brutescentia per inculturam, flammesceret nostra cupiditas illius seuerioris, sed tranquillioris uitæ, quæ redolebat angelica pietate, & cœlesti natura. quos Augustinus admirans ait. *Quis nō illos miretur, & prædicet, qui contemptis, atque desertis mundi huius illecebris in communem vitam castissimam, sanctissimamque congregati simul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus; nulla superbia tumidi, nulla pernicacia turbulenti, nulla inuidia liuidi; sed modesti, verecundi, pacati, concordissimam vitam, & intentissimam in Deum, gratissimum ipsi munus, offerunt, à quo ista posse meruerunt.*

Dæmonib. Ecc. 1.c.31

Erant hi recti, & peruicaces iustitiæ, vitæque contemptores, & constantes aduersus omnem metum. quare aduersa posthabuerunt religioni. sic de Lucio Episcopo Arriano scribit Ruffinus. *Inde ad monasteria furoris sui arma conuertit, & vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. ter mille simul, aut eò amplius, viros per totam solitudinem secreta, & solitaria habitatione dispersos oppugnare pariter aggreditur, mittit*

Hist. 11c. 3.

Digitized by Google

mittit armatam equitum, & peditum manum, præpositos, & bellorum Duces, tanquam aduersus Barbarus pugnaturus egit. qui cum venissent nouam belli speciem vident, hostium gladijs obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, nisi, Amice ad quid venisti? Et eadem rabie cum multos tradixisset Patres ex eremo in urbem Alexandrinam, (ut refert Theodoretus) eorum direptis aris, & succensis domibus, suggestione, & blanditijs primum, deinde tormentis, & terrore mortis, ut Arrianæ parti fauerent tentauit. cum uero illi Fidem Catholicam constanter profiterentur, quæ celebris erat auctoritate Niceni Concilij, & iugulũ alacres extenderent, non ausus est mortem inferre cupientibus. sub Valente etiam innumera Monachorum multitudo in latebris solitudinum Ægypti delitescens palma decorata est martyrij cum noluisset ex eiusdem imperio deseruire seculari militiæ. qui quando ducebantur ad funebrem pompam censeres induci ad conuiuialem. Instructi à crepudijs monasticæ uitæ abstinere ab illicitis, robustissimum afferebant animum aduersus quoscumque impios conatus. nouerant breui pœnarum transitu per amorem in Deum se esse inuasuros, & potituros cœlorum regno. & ita fortes, constantique fine professionem pietatis cõprobarunt. hinc occubuere gloriosiores, quàm quod vixerũt humiliores. quare horum exempla sequi, sapienti lucrum est; & insipienti patet, ea tempora non fuisse tranquilliora, sed homines pij fortiores.

Hist. 4. c. 19

Paul. Aqui. lib. 12.

Hi oppidatim suæ probitatis reliquerunt monumenta ad nostrum perenne exemplar, vt inculpatè viuamus; cum magnum sit documentum christianis, potiorem esse probitatem sine vita, quàm vitam sine probitate. Igitur certo certius verum dicebat Antonius Magnus, *Omnes christianos diabolus odit, sed probos Monachos, Christique virgines, nullo modo potest tolerare.* etenim vt dicebat Augustinus, *Illorum orationes prosunt ad salutem, & vita ad exemplum.* Sirenus Abbas refert, In ipsis cœnobijs, in quibus decem, vel octo commorabantur Monachi, quod aperte in eos dæmonis grassabatur ira; sensibiliter eos inundans, & infestans vario genere, formidinum. qua de causa alij gustabant somnium, alij uero psalmis, & orationibus ducebant vigilias; cum non auderent simul quiescere. Quo indefesso studio pietatis semetipsos vincentes, de Dæmone triumphantes magnificè, adepti sunt fœlicitatem æternam.

Athana. in eius vita. Loco cit.

Cass. coll. 7. cap. 23.

Nazianzenus ad Hellenium scribens, recensitis quibusdam operibus sanctorum Eremitarum, ait, *Talis erat Christi pars, talis passionum Christi fructus, quem ipse è terra ad Patrem defert religionis christianæ columen, populi decus, mundi fundamen-*

damentum, cum cœlestibus pulchritudinibus elegantia propemodum certans. Chrisostomus eremi prosequens laudes ait, *Si quis nunc ad Aegypti veniat solitudinem, Paradiso prorsus omnem illa eremum videbit digniorem, & innumeros Angelorum choros in corporibus fulgere mortalibus.* & D. Hieronymus ait, *O desertum Christi floribus vernans. ò solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalipsi ciuitas magni Regis extruitur. ò eremus familiarius Deo gaudens.* & Augustinus in horum insistens laudes ait, *Nihil de ijs dicam, qui secretissimi penitus ab omni hominum aspectu, pane solo, & aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt, eius pulchritudinis contemplatione beatissimi, quæ nisi sanctorum intellectu percipi nõ potèst.* & infra, *Hoctam excellens fastigium sanctitatis, cui non sua sponte mirandum, & honorandum videtur, oratione nostra qui potest.*

Homil. 8. in Matth.

Ad Helio. Epist. 1.

De Morib. Ecc. l. c. 31

Verum non ita antiquorum extollendæ sunt laudes, vt recẽtiorũ, præsentiumq; merita sint obliuioni mãdãda, sed efferẽda magis: ne semen illud præstãtissimæ virtutis interijsse videatur, aut euanuisse: cum eius copiosa proles efflorescat indiẽ: & veluti generosa vitis se propagans ad vbertatẽ, ad longæuitatem quoque radices extendat. etenim assequens copiam spiritus, virtutum producens vsum, non modo est diuturna, sed immortalis, sed tenebrarum impatiens. Ideo se se in lucem efferens, cœteris lumen præbens; intuentium animos excitat ad similia pietatis studia. Quare cum domesticis Religiosi abundent exemplis, apud eos non langueſcit industria, sed intenditur maiorum exemplo, & vigilantia.

Nec ferè in contrarium abire possunt eorum studia, cum nihil acrius curent Patres, quàm ciuilia tyronum ingenia excolere disciplinis, quæ diutius erudiunt; vt impressis habitibus lætè adimpleant seuera mandata. hinc hos videas signo potius quàm mandato, incitari potius quàm impelli ad dura, & aspera vitæ instituta. Quod quidem ipsis senioribus est admirationi, quasi coalita sit illorum pietas cum ætate, emicantibus inditijs tantarum virtutum. Sed verè quando anima libera efficitur à prauis desiderijs per ingressum mandatorum Dei, horrens sordes vitiorum efficitur ingenua. idcirco omnia complectitur, quæ sunt virtutibus confinia; vt istarum præsidio arceat omnes vitiorum aggressus. Nam nobilitas purgatæ est mentis. Qua de causa sacra scriptura cũ dixisset, *Hæ sunt generationes Noe*, non retulit paterni, aut materni generis prosapiã, sed subintulit, *Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.* Ita censent eiusdem

10

Gen. c. 6.

veri

veri æstimatores, illam ortu non ex progenie, sed ex honestis factis, similibusque studijs maiorum. tunc ciuium loco in Dei centuriantur patria.

Qua imitatione virtutis, nihil illis deest gentilitij splendoris, quæ p̃ productionem videtur in posteros trasfundi veluti per paternũ semen. idcirco non excluduntur à prærogatiua sui generis, & à paterna hæreditate, & laude, per custodiam paternarum virtutum adeò vt quandoque pueruli de se probitatis exemplaria præbuerunt, pro viribus imitando propositas virtutes Ducum sui ordinis. Talis tunc animi ad honestum constitutio, quales virtutes horret? cum videamus iuuenculos etiam perpetua quadragesimali abstinentia afflictare corpuscula? mortales pro immortali Deo offerunt libentissimè excusso iugo contumacis voluptatis. Nec talibus fas est vale dixisse ventri, & libidini, sed assiduè nocte, dieque sacra cantica canunt, commista hymnis à sanctis Patribus compositis, vt edulia sint spiritus, & laborum leuamen: cæteris vero cœlestis melodiæ simulacrum, cum personent inter senes pueri, quasi inter Angelos sancti.

Cum qua mira laudandi Deum assiduitate coniungunt sapientiæ studium: ita vt sit incompertum, magis ne voluntatem instruant pietate, an sapientia intellectum? cum vtrique dent operam impensè. Præceptorum etenim eruditiones ita attente accipiunt, vt ne mutire alicui liceat, aut respirare vehementius. subinde aut perceptas referunt, aut tuentur, vel oppugnant disputationis gratia; etiam doctorum astante turba: quod quandoque præstant ita erudite, vt admirationi sit in puerili ætate tantum profecisse disciplinarum, & modestiæ. etenim virgunculatum pudori, & erubescentiæ non cedunt, ideò instituuntur cõcinnè agere in singulis motibus corporeis, & in omnibus morum elegantiam sequi. paulo post concionantur vel sua, vel aliorum dicta lucidenter: quasi erumpens spiritus sancti feruor ex illorum ore innoxio, & innocenti.

Paulo post initiantur sacris summis dispositi deuotionibus. Qua roborati gratia, vota votis, abstinentias abstinentijs, seueritatibus vitæ seueritates addunt: & veluti à corporea mole, soluti summisse se agunt, disponendo omnia ad Regentis imperium; tanta rigiditate, vt agentem extremum spiritum aliquem ex genitoribus (ne deserant claustrum) non inuisent. multa his similia posem afferre, sed ne videar apud imperitos pro pietate inhumanitatem colere, reticeo. etinim suorum Patrum contentiosè uestigia sequi laborantes, syncerè innocentiam custodiunt.

Nam etsi difficile non esset comminisci spirituales sermo-

nes, tandem ex deprauata anima erumpunt facinorosi actus.
Off c.1. cum prosiliant, quæ cuiusque sunt propria. *Nec quicquam simulatum potest esse diuturnum*, dicebat Cicero. & Tacitus *Veritas visu & mora, falsa festinatione, & incerta valescunt.*
Annal.1. Hinc non modo à culpa sunt alieni, sed est quod sibi summopere placeant in paterna nobilitate. cum illâ dignissimis tuetur moribus exiguam noctis partem quieti dantes, vt sacras paginas ruminantes populis propinent suauissima diuina oracula vt scelestos deterreant à criminibus maiestate doctrinæ vt lumine veritatis auersas mentes hæreticorum ad inculpatâ sapientiam sanctæ fidei traducant; velut optimi medici singulorum ægritudini adhibendo pharmaca. ita cœlesti virtute charitatis qua possunt ratione singulis opitulari satagunt. etiã mendicando, vt egenis opem ferant, vt interceptos à Barbaris liberent à durissimo seruitutis iugo.

Qua propter potissimè aduersantium hæreticorum animi duritiem satagunt perillustri doctrina conterere, licet mansuetè eos ad pugnam prouocent ad noscendam integritatem doctrinæ quasi frater fratrem admonès ab horrendo, sed occulto
12. naufragio. Nuper Sacrum illud Tridentinum Cõcilium quot quæso cucullatos vidit viros innocentia morum, & sapientia admirandos, & temporalium inopia præditos? ex claustris emerserunt illi veluti ex caueis, vt ouina mansuetudine delirantes hæreticos (demolita proteruia) reducerent ad unitatẽ fideliũ. sic taliũ studia Christi Ecclesia fœcundarunt ab ipsius exortu. Vt stabilem reddernt Germaniam in fide, quoties contra insurgentes hæreses scripserunt, concionarunt, disputarunt? & licet semper victores extiterint præstantia doctrinæ, mãsuetudine tamen contra subsannationes gloriosiores euaserunt. Vt Angliam restituerent synceræ fidei, quoties effunderunt sanguinem, impiorum Regum deridendo mandata? His acerrimè insidiantur hæretici cum nouerint eos extingui posse, superari non posse: cum pro fide catholica, & pro castimonia morum, circumferant inuictam vim constantiæ:
Pol.7.c.13. docẽte Aristotele, *Studiosum virum, & paupertate, & morbo, & aliis fortunæ aduersitatibus laudabiliter uti*. Cum per totam vitam contempserint voluptuosa præ amore sapientiæ. Quanto magis præ dilectione æterni Patris?.

Cuius stimulis suauiter acti remotissima quoque & extera adierunt Regna, vt Christo Domino parerent animas laboribus, periculis, nauigationibus admirandis. Quamobrem cum
Masseu. de rebus Iapo. Lib.2. in Epist. Vile. summis viris omnino sunt comparandi, & prorsus æquandi.

Illi Patres, (Viridico Teste Vilela oculato) vt christianorum inopiæ, & necessitatibus possent occurrere, nasurciorũ

folia

folia,& lactucæ Sole tostæ adseruare soliti erant. cum regio Iaponica sit omnino steriliad circo etiam nobiles herbis vi- Li. 1.eiusdē
ctitant. & alibi idem ait,olei,butyri,casei,lactis,quorum,sac- Epistola.
cari,mellis,aceti, valde laborant inopia;& croco cinnamomo pipere,prorsus carēt. et infert quod est admirabilius,cum vadiq;marinis aquis sint vallati, illos vti hordeaceo furfure pro sale.ibidemque nulla esse.salutaria medicamenta pro ægrotis. Nihilominus cursu pperāt multi ex Religionibus quasi ad pacatissima, & fertilissima loca, nec sine diutinis supplicationibus,desertisq; lætis Prouincijs,non modo vt tantarū miseriarū sint participes pro gloria regni Dei, sed vt effuso sanguine fœcundent,vberemque reddant nascentem illam Ecclesiam spiritualibus quæstubus.

Quanta duriora substinuisse debemus arbitrari,qui Peruuiam Ecclesiam a fundamentis erexerunt, cum infœlicior sit regio, & obtusior natio? fame multos interisse constat, & quosdam canina rabie deuoratos ab illis. attamen alacriter tale opus aggrediuntur, non verentes Oceani formidabiles impetus,& voracem ingluuiem; vt à damnati tupi faucibus eripiant inscios illos homines. quorum tanta est stultitia, vt parū differant à brutis. quantis monitionibus opus est, vt mitescant? vt erudientis benignè suscipiant disciplinas? quæ si paululū fuerint remissæ denuo bruteſcent, veteres repetendo mores,& stolidam naturam. quare tam constans labor in illis instruendis maximæ charitatis argumētum est. Quæ præsertim enituit in curandis ægrotis summa vigilantia. quo opere obstupuere Barbarorum ingenia, veluti de repēte apparēte luce in densissimis tenebris. Inuicti operis,inuicti laboris, inuicti tolerantiæ,& eo constantiores,qa assueti: Existimāt namq; nō aliter cōstare posse religiosū,nisi nulli cedētē difficultati.ad præscriptum Apostoli,*In laboribus plurimis,in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.* Cho.2.c.1. Perhas artes ij adipiscuntur christianam perfectionem. & tunc per diuinum amorem effecti cœlestes, vltro iugulum carnifici præbent si aduersarius adsit, aut spretor Christianæ fidei.

Ergo non omnia apud Priores meliora (vt vtar Taciti verbis) *sed nostra quoque ætas multa laudis, & artium imitandæ posteris tulit.* Qua de causa Christiana Republica omnes Religiosos veneratur,& suscipit amanter: & singuli Principum, vt cuiusq; fert deuotio, aliquam sibi eligunt Religionem, quā spēcialiter venerantur,& fauent impensè. semperque ex illorum cetu alicuius petentes consilia exequuntur. etenim monachorum claustra,(domus sunt eorum,qui par vota artius se Annal.2.

Digitized by Google

obstrinxerunt famulari Deo) sunt vetati oracula Principibus Ducibus, populisque, Neo quicquam est, quod talium ingenia non prospiciant. enimuero ingenio polleant, qui Religione præstant. idcirco sæpe in secretioribus deliberationibus Principum hi inducti solent, quia perspicatiores, quia immuniores à lucris, ideo veridiores. Quamobrem quæ olim virtutes elementa fuerunt Religionum, modo maximè prosunt publicis malis.

14 Etenim nunc Anno à Virginis partu 1631. mense Decembri cum Vesuuius Mons terribiles flammarum globos eructet: etsi prius crepitabat, erumpentis caloris initium; hinc coacta feræ deliquere siluas. deinde quasi apertis faucibus euomuit fuliginosum, atrumque vaporem ad sydera vsq; subinde flamma erumpens formidabili mugitu, lata plaga, omnia pene Fœlicis Campaniæ vastat oppida, & arbusta. Nam vi vetorum agentibus flammis ad modum fluminis homines, bruta, ædificiaque vel prostratiir, aut ignitis cineribus sepelit Nec marinis pepercit aquis, quas per prosilientes flamma. coegit, suos habitatores pisces comburere. subinde tonum Regnum vario genere terrorum, & latius fœdans, potissimè territat nostram Partam indesinentibus terræmotibus. Quapropter magnates, aut patriam deseruerunt, aut domum, capeantes quietem in apertis locis. cum vnica concussione terræ videatur tollenda ciuitas, & ciues: vnicoque funere omnia sepellienda esse. Etsi quæ sunt proxima eruptioni per sex miliaria vt amenissæ villæ, magnifica ædificia, frequentes pagi, prædiuites Ciuitates solo sint æquatæ pluuia lapidum, cinerumque, & calidarum aquarum scaturigine à Monte. hinc omnis illa regio nihil offert oculis, quàm cineres, & arbores prostratas vndique.

Interim non desinens ille flammiuomus Mons ruinas minitari, terret Ciues. Quos quæso Ciuitas aduocatos quæsiuit in hoc publico, & horrendo malo nisi Religiosos? ab ijs concitatam Dei iram commutari posse in paternam misericordiam certo credit. aut saltem compesci, quasi furentem Oceanum a firmo scopulo. Quamobrem horum præstolatur sacrificia, & publicas supplicationes, quasi summa religione celebratas discalceatis pedibus, funibus ad collum appensis, Dei misericordiam implorando lachrymantibus oculis; tanta concordi pietate, & mœrore, vt videretur domesticus, paternusque luctus in nati funere. Idcirco Religiosi ad componendos mores semper lucem afferunt. quapropter omnis Ciuitas Religiosorum omnium vestes, funes, manus, pedesque exosculatur, quasi clypea aduersus tam maximam calamitatem. Quorum

enituit

enituit maximè vigilantia; cum per Plateas etiam animas reconciliare studuerint Deo per pœnitentiæ Sacramentum telluri sedendo; cum per horrificos terræmotus stare nequirent. Quorum studia imitando Proceres, Nobilesque, ciuesqui què ruinis euaserunt, summo sunt complexi amore, quasi consanguineos à Barbarorum ferro, & hostilitate ereptos. illisque tributa vel publico, vel ære priuato, omnia vitæ subsidia.

Itaque certo certius non sunt hi delicatuli Christiani auersando labores, aut concupiscendo voluptates, sed ferè ferrei aspernando illas. Idcirco in claustris Venus iugulatur à pudicitia, auaritia à misericordia in pauperes, elati naturæ spiritus à mansueta obedientia. ideo non expectant, sed præueniunt iussa voluntaria alacritate. certatimque ministrant, vt solent probi liberi parentibus in angustia pressis. etenim arctior est talium charitas, quauis coniunctione sanguinis. cum eorum omnium finis sit pietas. *Æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum*, dicebat Tacitus. at ex eò inter eos calcaria, expectatione ministra æternæ fœlicitatis. Annal. 2.

Venerandi sanè homines: nam solum Christi instituta sequèdo, nil nisi iustum, & honestum optant. idcirco agunt nihil per contentionem, nisi æmulari charismata meliora. Quapropter suo aucta exercitio charitate erga Deum, præclara est quoque nostræ ætatis morum regularium compositio: & omnino similis esset veteribus, nisi aliquantillum viluisset nostra conditio multitudine, & frequentia. Quare magis amanda foret solitudo, à qua longè remota est popularium nausea. Nam etsi Patres nostri duritia armauerint sua pectora, qua ratione optabant horrida, & tretica vitæ instituta sequi; tamen nostrorum quoque multi sua corpora parsimonia attollunt, ne nutritis cogantur obsequi, erigunt contemplationibus mentem, & castimonia euertunt omnem passionum tumultum, diuinæ non mortalis prolis auidi. Igitur cum idem sit studium filiorum curandæ animæ per omne vitæ curriculum, per omnem insuauitatem, per quodlibet virtutum iter, non dissimili sunt prosequendi encomio. Quamobrem, vt vtar verbis Taciti, *Alij homines, non alij mores*. Hist. 2.

Hinc conciliante virtute Religionis cœlestis Numinis amicitiam, euaserunt ad supremum fœlicitatis fastigium, testante Deo illorum vitæ probitatem miraculis post mortem. à quibus Christianorum elanguens feruor reaccenditur, & reuocatur ad priora studia alterius vitæ. Quod si id argumentum esse solet insignis probitatis, & egregium apud mortales Diuini cultus præmium, & non est infrequens, commendanda est eorum temporum conditio, non infœcunda productrix tantorum. 15

torum virorum. Etenim non est aliquis Ordo Monastitæ vitæ, qui suos nostra ætate miraculorum Patratores non efferat, & celebret laudibus. Quos commemorare mei instituti ratio non postulat. Licet sit constans omnium meorum ciuium opinio, (ne videar externorum implorare suffragia) multos hic emersisse nostris temporibus miraculorum gloria illustres. Quorum ad exemplar, Patres puerulos suos instituunt vestimenta gestare ad pietatis insigne. quod celebre est in mea Ciuitate Neapolis. In qua turmatim ferè tales viri religione præstantes occubuere. & Vrbis, & Orbis acclamatione in cœlesti aula pro supplicibus patronorum funguntur munere: inuocantibus ferentes opem.

De cœtero literarum studijs palleſcunt multi, alij assiduitate speculationis marceſcunt, vileſcunt ferè omnes vestium tenuitate, & gracileſcunt penuria victus, ſicuti cellularum angustijs noctileſcunt, vt ita dicam. omnes tamen huius classis viri præseferunt aliquid Diuini aspectus maiestate. nam cum adulterinas non quæsitent voluptates, coelestibus nutriuntur ambrosijs. Etsi alij catenis ferreis macerent corpus, aut nutriant ſoepiuſcule pane, & aqua, aut parum quietis tribuant in lectulo paleis congesto, istorum nemo vnquam gulæ efficitur pincerna, aut genitalium leno, aut parasitus mensarum, aut potentiorum ſcurra, aut adulator ſcelerum.

Hæc Religionis ex Euangelicis consilijs ſuam duxit originem. Quae primo in Paleſtina ſuas protulit radices. paulatimque Syriam, & Ægyptum ſoecundans, inde ditans Græciam, reliquas Europæ regiones magno foenore ſanctitatis locupletauit; Nuper ſe ad Peruuium contulit orbem, vt prænuntia ſanctimoniæ. Hanc ſequitur Iaponica Eccleſia, quæ quanto minus tranquillitate potitur tyrannorum acerbitate, & volubilitate regnorum, tanto potiori argumento ſuam constantiam illuſtriorem efficit. Cuius lectitando progreſſus non ſemel, ſed pluries ſum effuſus in lachrymas ſuauiter. nam ſoepiuſcule illæ de gaudio prodeunt.

Ergo verendum, Amice, ne cum Deus ipſe, quas prius incoluit ſedes. quas bene dixit affiatu, calcauit pedibus, illuſtrauit miraculis, nobilitatis ſanguine, ſancto fœcundauit ſpiritu, ſcelerum pütore perteſus, deſeruit: ne tuam animam ſuffundi patiatur ambitionis crimine. ſic ſalutares monitiones tibi oneri erunt, non ſalutis. ſi vitam ducere pediſſequa ambitione turpe eſt, quanto erint deteſtabilius illam ſequi vſque ad ſuprema funera? Euanuit ne per tot annos meditata fluxius mundi conditio? An in vitæ exitu tui obliuiſci vales? An aliqua eſt comparatio inter æterna & temporanea? *Sic ſtultiſſis,*

Digitized by Google

estis, vt cum spiritu cœpistis, nunc autem carne consummini? dicebat Apostolus. Enim vero cœlestem vocationem auersando, æternæ hæreditatis amittimus iura. Igitur *salua animam tuam, noli respicere post tergum tuum*. Nempe ne repetas prophana desideria olim detestata per religionis ingressum. Nam mulier Lot conuersis oculis intuens natiui soli excidium, per affectum temporalium immemor effecta beneficij; cum ex illa conflagratione ministerio Angelorum esset erepta, in salis statuam conuersa est. *Vt quondam esset condimentū fidelibus, quæ sapiant aliquid, vnde illud caueant exemplum*, dicebat Augustinus. Quamobrem vt ab hac caueamus culpa. Dominus nos monuit, oraculo, *Memores estote mulieris Lot*. Enimuero certo certius est, quod si refluo desiderio anima concupiuerit detestata olim vitia, acrioribus, & diuturnioribus flammis torquebitur, quàm fuerunt illæ Syriacæ Ciuitates absumptæ. Gala 3. Gene. c. 19. De Ciuit. 15. c. 30. Luc. c. 17.

His meditationibus instruendus est animus, vt lætè complectamur mortem.

Caput XXXII.

QVando itaque monasticæ vitæ professores diuinis contemplationibus vacabant, in omni rerum inopia optatis, & beatis mentis delitijs fruebantur. quibus suauitatibus præ nimia auiditate satiari, explerique non poterant. idcirco opes, voluptates, dignitates fastidientes, (quasi in sublime rapti) solum animo complectabantur æterna. At vero deflectentes ab æthere ad caduca cæterorum mortalium calamitates experti sunt. quin etiam irrequietis occursibus insidiantur ab inuidia, ab ambitione, grauissimis hostibus. Verum ne omnino curuati pondere molestiarum deprimamur, & subsideamus, (quasi fluctibus absorti, vel illisi scopulis, à quibus est indubitatum naufragium) in malis aliquod remedium adhibendum est: ne ad deiectionem animi videamur meminisse miserarum potius, quàm ad medelam: & velle inferre, non auferre tristitias. cum re vera in malis spe attollendum sit caput, & animæ oculis intuendum, si alicubi lux effulgeat rationis, vt illam admittentes, dispellamus caliginem passionū, nam tunc quasi alati desertis tumultuationibus ciuilium rerū, hæremus constanter institutis nostrorum Patrum, quorum dulcis memoria nos in aduersis subleuat, & recreat.

Quamobrem ne quæso, Amice, ad inundantes calamitates dirigas

Digitized by Google

dirigas mentis obtutum, sed ad stabilem, & immarcescibilem mansionem cœli. Nam & hi qui flumina traijciunt iumento, vel pedibus, ne vertigine abripiantur (labentes aquæ, suarum assidua commutatione speciem, suffundendo caligrem oculis, cogunt trasseuntem labere) monentur stabilem aggerem intueri. ita nos, ne tristitia pressi obruamur mole calamitatum aduersitatum memoriam traducamus ad salutare consilium. Idcirco quisquis tale præmonendus est, vt insistat in memoratis, & memorandis adhuc memorijs calamitatum, veluti in efficaci medicamento, quo arceri possunt, tum vrgentes cupiditates inferioris animæ, tum etiam querulæ mœstitiæ. nam etsi non nunquam amici nostris occurrant malis, quandoque hoc idem nostra saga* vigilantia præstet. semper tamen tales cogitationes sunt præsentissimum remedium talium morborum. hinc debent esse agglutinatæ, & pedissequæ nostræ mentis, vt celerius tales ægritudines possint eliminari. ita nostri generis auctor animi molestias per animi rationem curari voluit.

Duo animalia hanc nostram domum inhabitant, caro, & ratio, (animæ anima & totius homihis auriga) ad inuicem molestæ, atque infestæ; à quarum contentionibus intrinsecè homo discerpitur. Etenim cum caro illi videatur mansueta, & mitis, imò fida comes, cum suadeat praesentibus frui, quarum suauitates percipit tot sensibus internuntijs, molestè fert homo à similibus arceri bonis suauibus, & laetis. ratio vera, tetrica videtur, & effera, solum abscondita prosequens, & futura, quin potius aspernatrix praesentium. Quae disceptationes adeo distrahunt hominem, vt nequeat alteri fauere parti sine molestia. etenim vel corripitur à seuera ratione obsequés carni, vel haec tristata cogitur moereri. ideò nisi introspectis harum conditionibus, nunquam desinit lancinari homo. nam constito, verum bonum à ratione probari, propinari vero malum à sensu specie boni, praesentium compescit amorem, & irrequietas carnis propensiones ad malum. quare peritè ait Terentius,

In Adelph. *O Damea istunc sapere, non quod antepedes modo est*
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt
Prospicere.

2 Iob c. 35. Itaque iuxta oraculum Iob, *Suspice cælum, & intuere, & contemplare æthera.* Nam sola ibi perennis est vita, & foelix statio nostrae mentis. Snscipe coelum. Nam pacem summa tenent, vt ait Lucanus Phar. lib. 2. Suscipe coelum, in quo plus est beatitudinis, quam quod possumus concipere animo. Suscipe coelum, per cuius, soliusq; ingressum nostra terminatur

pere-

Digitized by Google

peregrinatio. Suscipe coelum immortale domicilium immortalis animi. Suscipe coelum, nam cum totum sit volucre, subiecta circumagi oportet. ideo cur nostris fortunis appetimus perennitatem, cum omnia ab illius motibus circumduci sine quiete sit necesse? quod si minister est imperantis Dei, nō fortunæ nostra cesserunt, sed Deo. Suscipe cœlum, in quo solo stabilis est fœlicitas, & absoluta. ideo cœteris prægustatis bonis non tanta suffundimur lætitia, quanta insequebamur cupiditate. quare sœpe comperimus verum esse dictum Terentij,

Quæ tibi putaueras prima, in experiundo repudies. In Adelph.

Qua ratione bellum quod cum sensu gerimus, transigemus cum voluptate perpetua. nam talis cogitatio summopere minuit acerbitatem calamitarum. laxatur,& soluitur homo concupiscentia terrenarum rerum, sicuti constringitur miseriarū aduentu. idcirco istæ conferunt illi. cum temperantiæ vinculo concupiscentiam frænent. at si caro ad cognatum sibi vitiū aliquando deflexerit,per allata mala cogit errantem experiri, mansuetæ carnis bona esse mortifera,tetricæ vero rationis consilia esse salubria.

Cœlesti hac meditatoria disciplina nostrarum calamitatum primo coercetur impetus sensuum ad sensibilia, secundo hæremus constantius immortali bono. Illorum impetum retardari à salutaribus cogitationibus per prudentiam conceptis negari non potest. nam licet aliquid lætum nobis offerant lasciuientes sensus,tamen repetentes animo,illud lugubre fieri posse occursu miseriarum, non ita pertinaciter insequemur. Allicit primo fortuna mortalium animos ostensis simulacris bonorum, quæ libare permittit, vt proteruius insequamur. quibusdam permittit etiam sua retinere bona; vt paulo post talia reposcens iniquè, cogat probrosè labere. & sic insidentes collidit praecipitio. ita multi Romanorum Ducum ne anno quidem expleto à suis militibus perempti infoeliciter periere. imò nec mense. Quintilius decimo septimo die postquam acclamatus est Imperator, ab eisdem vulneratus occubuit. & Piso,quarto die, adepto Cæsaris nomine fuit obtruncatus. inconstantis fortunae argumenta multa afferri possunt, cum raro illa suæ malignitatis obliuiscatur. qua ratione parca manu bona tribuens, & mala effuso sinu, aut gemere nos cogit præstigiosis suis munificentijs, aut pauitare. ideo nemo vacat, aut à dolore, aut à pauore.

5
Primum.

Paul. Aquil. lib. 10. Tac Hist. 1.

Deinde omnis mala concupiscentia est veluti serpiginosus morbus, non absimilis cancro depascenti corpus, cum proxima quaeque inuadens, nihil non inficiat sua pestilentia. nam

Digitized by Google

illa animum maculans, trudit ad obsequium etiam coeterorum prauorum affectuum. vnde Boetius,

De Cons. 3. met. 7. *Habet hoc voluptas omnis*
Stimulis agitat fruentes.

4 Natura ad malum procliuis, roborata habitibus, defertur concitatius ad obiecta. cum maiore tunc inter illa intercedat consuetudo: nam ista vim naturae obtinet. *Asperam, & in-*
Ad celantiã. *suauem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo*, dicebat D. Hieronymus. Adde quod talium animi, vrgente ratione, stimulis conscientiae lancinantur. Quapropter semper est implacata iniustitia, formidolosa tyrannis, auaritia anxia, superbia impatiens, rapina insatiabilis, irrequieta ambitio. hinc harum acerbitates reminiscens homo, matura deliberane cauebit ab illis. sciens suæ carnis pediseequas esse lethiferas. Nam sicuti qui artes exercent, non intermittunt opus quæstus gratia; nec obsessi deserunt labores, ne præda inimicorum fiãt; pari ratione qui satagunt pacatam oitam ducere, se ijs assiduis meditationibus muniunt; ne facta eruptione à concupiscentijs, imparata, & inuasa ratio traducatur inseruitutem. Igitur ab ijs salutare perfugium paratur homini. enimuero vt à cibo vita pendet, ita tranquillari ab ijs reminiscentijs, à quibus veluti fræno quodam compescuntur inordinati motus ad loeta, ad moesta. nam si soepissimè homini, vt dicebat Stoicus Seneca,

Iam tempus illi facit aerumnas leues.

In Thyeste Quanto magis ratio eius moderatrix, illum instruens, ad insaniam agi lætitijs sensuum, aut tristitijs? ideo paulatim ratio sensum cicurans, eius destruit audaciam. & quasi industrius agricola siluestres plãtas insitione deducit ad frugiferam culturam. & tunc fracto sensu tranquillè degit homo, suæ Reginæ monitis salutaribus obsequens, & libenter parens.

Imò obtrudente sensu quandoque loeta respondet ratio,
Gen. c. 39. *Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* tunc omnem lapsum auertit homo à ratione monitus noscens prorsus omnem illam laetitiam esse præstigiosam. A contemplatione nostrarum miseriarum diuinarum rerum oritur amor, ab amore delectatio, à delectatione custodia, à custodia constantia. qua virtute fultus Paulus dicebat, *Quis nos sepa-*
Roma. c. 8. *rabit à charitate Christi? tribulatio? angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio?* & tandem subinfert, (vt loetarum rerum complecteretur genus) *Non creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei.* Quamobrem quo
5 religiosiori studio meditatur vanitatem nostri luctus, aut gaudij, eo vigorosius pubescente sanctarum rerum flamme, minus se

nusse exerunt sensus stimuli. tunc enim imperitandi facultas augetur menti, cum sensus assueuerint seruire non præcipere.

Itaque peritè ait Philo, quærens cur solus Adam vocetur à Deo, quamuis vna secum latitet vxor? respondet, *Quando mens redarguitur, & ad mutationem trahitur, non solum ipsa vocatur, verum etiam omnes eius potentiæ.* Quæ licet sint brutales, tamen correpta mente disciplinarum, & sapientiæ sede, eius parent imperio: idcirco mentem vocat, non sensum. nam quoties rationis vinculis cohibetur sensus, non potest reseratis cauernis sensualia ingurgitare, nec ad talia currere laxatis habenis. huius enim auriga ratio est, quæ sciens per indulgentiam erga eum sibi mortem afferre, fræno continentiæ illum regit. nam primo sui efficitur impotens ratio, si delicatè eum pauerit. secundo redditur infortunata, cum sui ministerio cupiditates efficiat indomitas, à quibus cogitur deinde per prauas consuetudines famulari caducis. Quo circa sicuti sors incogitantes regit, ita errantes praua consuetudo. semper tamen caro famulari debet menti, quæ potestate, & dignitate eminet. quod si, vt par est, ei dominetur, assuetudine non videbitur adeò amara seruitus sensui. cum quandoque non iniucunda est consuetudo inter seruum, & Dominum. Allegori. 1.

Ac veluti primo taurus detrectat aratra,
Post venit assueto mollis ad arua iugo. Prop. El. 2.

& Ouidius,

Assimilemque sui longa assuetudine fecit. De Trist. 1.

& Claudianus,

Sensumque mali detraxerat vsus. In Ruff. 2.

hinc sicuti summi labores agricolis non videntur intolerabiles nec pericula nautis, nec militibus vulnera, sic nec dura videtur constantia sapienti aduersus sensum; quia ratione fulcitur à cuius lumine occupata anima non tristatur, nec lætatur per quodlibet obiectum sensus. etenim purgata mens immortalis à re mortali proterni non potest.

Etsi non omnino carnis procliuitates ad sensibilia huius reminiscentiæ pharmaco euertimus. nam semper *Caro concupiscit aduersus spiritum.* tamen eius debilitantur vires. at quia contubernalem illam habemus, incessanter nos ad luctam pro nocans, compellimur secum digladiari acerbè. eorum enim quæ sunt diuisa possibile est alterum agere, alterum pati, quę vero sunt coniuncta impossibile; idcirco necessario sequitur vt sue coniunctæ carnis propensiones ad praua animus coercens, cogatur laborare, & insudare indefessè. Quanto magis si deuio cursu illas aurigans, sibi & illis sit exitio? quare homur stimulorum pertesus D. Paulus ait, *Infœlix ego homo,* 6 Gala. c. 5.

Digitized by Google

quis me liberabit de corpore mortis huius? ingeminiſcimus itaque per hoc domeſticum bellum. ideo graue eſt iuſto viro his occupationibus detineri. *Cum non quod vult bonum agat, ſed quod odit malum,* vt dicebat Apoſtolus. Quod ita Gregorius explicat, *Iuſtos quamuis nullum deſiderium carnalis tumultus poſſideat, duris tamen vinculis eos in hac vita poſitos*
Mor. 4. c. 3. *ſuæ moleſtiæ corruptionis ligat.* & paulo poſt, *Aliud nempe iuſti de morte, & aliud de corpore tolerant. & contra ſe ipſos quotidie interno certamine deſudant.* & inferius. *An non duro moleſtiæ vinculo ligantur, quos cum accenſus ſpiritus ad ſinum pacis intimæ pleno deſiderio pertrahat, feruente tamen certamine caro perturbat?* haec Gregorius, & quidem praeclarè.

Dulcis itaque ſed inſidioſa caro nos raptans per caduca, omnino non admittit, vt libera mente legi Dei inſeruiamus.
Ibidem. hinc dicebat Apoſtolus, *Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* & Auguſtinus, *Tunc namque perficitur*
De Nupt. 1. cap. 29. *bonum, quando deſideria mala nulla ſunt.* ſicuti *tunc perficitur malum, quãdo malis deſiderijs obeditur: ſed fit ex aliqua parte bonum, quia concupiſcentiæ malæ nõ obeditur, & ex aliqua parte remanet malum, quoniam adhuc concupiſcitur malum.* Patet itaque furentem ſenſum omnino compeſci non poſſe, & ita adhuc caro ſpirantem animam inſequens, creaturam ſubijcit vanitati. quare non modo corruptibilitati ſeruimus, ſed etiam
Cõtra Iul. 6. cap. 5. nolentes prauitati. qua grauitate miſeriarum cogimur reminiſci primariæ inobediẽtiæ. ideo dicebat Auguſt. *Cõcupiſcẽtiã vero quis ambigat in hac vita poſſe minui, no aũt poſſe extingui?*

7 Secundum. Patet itaque (vt primo propoſuimus) per miſeriarum meditationem componi, & coerceri inclinationem ad praua. ex quo emanat, vt impenſius demus operam pijs operibus. quod ſecundo erat propoſitum. Vacans æterna vita. omni culpa, eſt libera à quouis damno, & metu. hanc adipiſci ſatagentes, per inculpatam conſcientiam, animaduertimus quale bonum elegerimus. Nam ad præſens tantam animo affert tranquillitatem, vt audeat contendere cum ſerenitate ſtellarum. Natura tribuit diuerſa loca incolenda animantibus, vt terrena terreſtribus, aquatilibus aquam, aerem volatilibus, nobis vero cœleſtibus Deus cœlum tribuit. idcirco ſi illa incolatum trãſferant ad peregrinum elementum examinantur: Ita menti noſtrę continget, ſi per carnem labens, cœleſti conditione deſerta, ſeruiet carnis concupiſcentijs. At per pietatem concitatius transferri cupiens in aſſignatam ſibi domum cœleſtem, horrebit caduca, deducto amore à corruptilibus ad æterna. quarum ſuauitates libans mens noſtra, veluti è ſublimi, interitura deſpicit, & ſic reuocans memoria triſtes calamitatum

remi-

Digitized by Google

reminiſcentias, laetabundè complectitur, & conſtanter coeleſte bonum. Ideo pij cum ſapienter animæ bonum concupiſcant, etiam laceſſiti iniurijs, & damnis attriti, ſemper auiditate complectendo cœleſtia, ne iraſci quidem ſibi permittunt. nam a cognitione calamitatum neceſſario oritur nauſea earundem rerum, à nauſea emanat fuga, à fuga amor oppoſitarum rerum. & tunc amor iſte diuinus exardeſcens abſumit omnem caducarum rerum cupiditatem.

Quapropter tali meditatoria diſciplina noſtrarum calamitatum, ex paſſionũ procellis deducimur ad tranquillam nauigationem, qua certo appellemus ad portum æternæ vitæ, & interim cognoſcemus res, quibus mortales labores impendunt, nihil retinere firmi, niſi ſolum.

Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur illæ, Oui. Faſt. 1.

& ad ſui perniciem illas deuorare inſipientes, *Inutiliter aliquid concupiſcere, & in eo perſeueranter morari, exitio ea dulcedo vicina eſt*, dicebat Valerius. at qui diuinum guſtauerint amorem, tardas omnes cunctationes deponentes ad mirificam properant ſuauitate diuiuarum rerum, ideo ſolitarij, ne obiectis reuocentur ad deſtituta, cogitabundi, vt prõptioribus animi motibus ſe ad æthera extollãt; pauperculi, vileſq; ne rerum pondere illorum volatus in Deo remoretur, dant operam diuinis rebus. *Nemo eſt ſatis ſanctus ad obeunda ſacra myſteria, qui mortalis vitæ claret honoribus, ſed ſi quis horum eſt contemptor, illuſtretur a prudentia, vt ſic poſſit, vt par eſt, eluere vanæ gloriæ maculas.* ita Philo. Quare his non erat graue ſed lœtum, eas in colore terras, quas nouercali odio natura inſequens, & inſectans, omni humanæ vitæ ſolatio priuauerat; vt nihil ipſis iucundum accidens, à nullo delectabili macularetur eorum animi candor. nam iam ſpreuerant procacem Venerem, inſidiatricem ambittionem, irrequietas diuitias, flacceſcentem crapulam. à quibus vinculis ſoluti grauiter ſuſpirantes quæſitabant cœleſtem patriam ereptam diabuli inuidia. quam aſſequi ordinatis virtutũ caſtris ſumma contentione laborabant, vt ex ijs poſſent emergere miſerijs.

Vel. 7. c. 2.

De ſomnijs

Quamobrem quoties animi noſtri motus Dei reguntur ſpiritus, prope diem mors adeſſe nobis videtur; at cum animum ad profana diuertimus, in contrarium ſe talis cogitatio commutãs, obliuiſcimur exſtremorum funerum, cum munus ſit ſenſus ſolum præſentia ſpectare. Voluntas enim per deſiderium ad rem extra ſe deducens, præſentem quodammodo illam ſibi efficit concupiſcentia. ita pij propediem mortem aſtare cenſet. qua mediante apprehendant vitam æternam.

Digitized by Google

uam, impij vero præsentibus acquiescentes quasi nunquam moriturj vitæ occasum traduut obliuioni, idcirco sicuti per concupiscentiam sensibilium æternorum inducitur obliuio,
8 ita per memorias calamitatum mens erigitur ad Deum. Cuius spiritu cum nihil sit firmius, mens irritata à quauis concupiscentia, nec totum quidem mundum ipsum præferet intelligibili bono, sciens in solis diuinis esse præstantiam. Qua ratione talium reminiscens, fit siticulosa cœlestium; cum nequeat depurara mens à sordibus, non ferri in tam excellens bonum. assuescit tunc cauere etiam à primis motibus inferioris animæ. cum irrupentibus illis non facilè extinguntur cupiditatum incendia, aut saltem perturbant potentiarum quietem. quare non vult cogitare quod efficire pudetne blandè seducta voluntas aliquid indignum admittat. Sunt itaque istæ meditationes quasi frugiferæ plantæ, quibus nunquam deest probatarum actionum prouentus. vel verius, spiritualis agricultura, cui certò succedit vbertas. Quapropter his solis delectari vdemus sapientes; cum non modo in his sit pax cœrcito sensu, sed ex libata, & sperata felicitate æterna summa quies. Hinc susque deque omnes euersiones bonorum temporalium ferunt placidè, cum omnes mentis aciem, voluntatisque studium ad Dei tabernaculum direxerint. *est enim pax hominis mortalis, immortalis Dei ordinata in fide, sub æterna lege obedientia.* vt decebat Augustinus.

De Ciu. 19. cap. 13.

Verum licet sapientes pijque nitantur omni conamine ad
9 cœlum vsque animi integritate euadere, experiuntur tamen propenderare ad caduca, inuncati à carnalibus concupiscentijs. quo circa semper expetunt anhelantes obuiam ire morti. (quod maximæ vt considerandum, proposuimus) per quam solam sciunt posse dissipari talem infidam societatem mentis, & carnis.

Quamobrem illam aduetantem pia amplectuntur charita-
10 te, & alacri hospitalitate, cum per eam sint liberandi ab his tyrannicis affectibus mandata pernicioſa imponentibus animæ; & corpori, cum mentem exurent multipici malitia, & pessundent corpus lœti, mestisque rebuss. Qua recreati fiducia totius vitæ onera leuius ferunt. *Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ Magni Dei.* nam teste Salomone, *Expectatio iustorum lætitia est.* Neque lœtari non queunt. qui paucula vitæ interstitia cum indeficienti gaudio, occiduum solem cum nunquã defutura visione Dei cõmutãt. ideo dicebat Apostulus, *Sed consulantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.*

Ad Tit. c. 2.

Prou. c. 10.

Hebr. c. 10.

Hi summis votis expetunt suam adimpleri adoptionem, & partim

Digitized by Google

partim fit iam facta morum sanctimonia, *Vt liberati à seruitute corruptionis vindicetur in libertatem gloriæ filiorũ Dei*, vt nos docuit Apostolus. ita ex toto sit pax, & perennis quies, omnibus eliminatis molestijs. Quorum sanctum desiderium extollens D. Bernardus ait, *O vita secura, vbi absque formidine mors expectatur, imò & exoptatur cum dulcedine, & accipitur cum deuotione*. momentaneo exitu ex hac vita migrantes, infœlicitatem cum summa fœlicitate commutant, impositoq; fine bellis per assecutionem inamissibilis pacis, de caducis gloriosè triumphant viso Deo. ideo *Cum tempus propinquæ mœstis aduenirit, de gloria retributionis hilarescunt*, vt ait Gregorius. Roma. c. 8. Ad Milites Templ. Homil. 13. In Euang.

Nauscant hi præsentia, & ingemiscunt ab istis detineri, à quarũ carceribus liberari cupientes lachrymabũdè repetunt, *Heu mihi, quia inculatus meus prolungatus est*. vt in cap. 41. dicemus latius. quamobrem deserturi carnem, in ægritudinibus lætatur, benignè accipientes aduentum mortis. *Non quia tunc extra mala sunt collocati*. vt censuit Salon, & Aristoteles retulit, sed quia tunc omni fœlicitatis profluuio inundatur. *Datur tunc illis edere de ligno vitæ*. quo & interminam vitam nanciscuntur, & fœliciſſimam. Oculatiſſimus Aristoteles cæcutiuit in hoc, arbitrans, *Nihil contingere homini post mortem boni, vel mali*. cum tunc per virtutum actus, fine imposito lachrymis, ad omnes honestissimas voluptates datur ingressus. Quare mors non est malum, vt censuit Sappho etenim vt dicebat illa. *Si sic iudicarent Dij meretentur*. nam hęc est passio compositarum rerum. à qua sunt immunes cœlestes spiritus, nos vero carne tecti; & grauati, per illam educimur à carceribus, à calamitatibus, à seruitute corruptionis. licet interim, *Plaga mortis domatur superbia cineris, & rodigendas in lutum ceruices aliquando flectit*. vt peritè ait Rupertus Abbas. Ps. 119. 11 Ad Nico. 1. cap. 1. Apoc. c. 2. Ad Nicom. 3. cap. 6. Rhetor. 2. cap. 24. De Trin. 3. cap. 24.

Spirante vita nullas inducias paciscuntur cum hoc intrinseco hoste, quousque absoluto hoc graui proelio ab æterno Rege incorruptibili honestentur laurea. quod si cuique gratum est ab æritudinibus liberari corporeis, & sanitati restitui; quanto latius, festiuiusque suscipienda est mors prænuntia sanitatis, & fœlicitatis æternæ? per illam non commutamus seruitutem, vt in fœlicitatibus accidit corporeis, sed modis omnibus malà omnia; superato externo hoste, effugimus, omnique eliminata cura molestarum rerum, impeiturbata potiemur pacé in illa beatifica visione Dei. A qua affluenter inundati lætitijs maximis, in solius Dei amore, & contemplatione viuemus. à quo summo bono rapti, aliunde non diuertemus,

Digitized by Google

mus animi nostri sensa, vndequaque expleta nostra cupiditate cuiusuis boni, & fœlicitatis, possessione lætantes incorruptibilis Dei.

A sacris literis præsertim medela sumenda est nostrarum calamitatum. Caput XXXIII.

CAlamitatum memorijs hominem emergere è terris ad cælum vsque, iam constitit. quas miserias nobis conciliant deprauata natura, status conditio, & corrupti mores. de quibus denuo disseremus cap. 44. quarum rerum atrocitate etiam mors expetenda videtur. His vsque modo animum tuum cõponere, & sedare studui, vt miseriarum conspecta mole, desineres indolescere abdicatione tui magistratus. miscescunt quãdoque nostra mala, aliorum grauioribus conspectis. per comparationem sumpto temperamento, leuius aut saltem generosius, tunc ferimus moestitiarum aculeos. ab ijs vrgeri, omnis ille necesse est, qui est in lucem effusus. & potissimè, qui diutius vitæ spatia mensi sunt annorum decursu. sic istis accidit, vt his qui diuturnius nauigant, nam oportet, aut naufragio perire, aut saltem terreri periculo. idcirco possunt iuuenes diem suũ obire leuibus prægustatis malis, at senes, vt multa tolerent, & acerba, necesse est. quin etiam hos extingui videas non inter oscula, & amplexus cariſſimorum, sed à seruis imponi feretro sine luctu, sine lachrymis. cum nos paulatim deserant necessarij, amici, & voluptates. etsi

Metam. 7. *Vsque adeò nulla est syncera voluptas,*
Sollicitumque aliquid lætis interuenit.

Quæ rerum conditio mente repetita summopere minuere debet grauitatem molestiarum, & tollere anxietatem caducarum rerum. imò & ingerere illustrem professionem constantiæ contra qualemcumque motum vel blandientis, vel aduersantis fortunæ. Hæc ratio adeò leuiter quosdam docuit ducere lachrymarum causas, vt etiam impendentem spreuerint mortem. Socrates cum accusaretur impietatis in Deos, noluit dimissã humilemq; orationẽ à Lisia cõpositam præsenti fortunę accommodatam recitare iudicibus, dicens, si hanc in vltimam Scythiæ solitudinem perorarem, hac ipsa ratione me ipsum morte mulctandum concederem. Quod si memoria repetitæ calamites nos ad tolerantiam instruunt, & exiguo illato lumine rationis nos prohibent indolescere malis. vnde sapienter dicebat Seneca,

Valc. 6. c. 4.

Ferre

Digitized by Google

Ferre quam sortem patiuntur omnes
Nemo recusat. In Troad.

Quanto efficacius nos ad tolerantiam deducent sacra Oracula? *Ibidem quisque inueniet omnia, quæ vtiliter alibi didicit. & multo abundantius ibi inueniet ea, quæ omnino nusquã alibi.* ita Augustinus. idcirco iurè à D. Basilio comparantur sacræ literæ officinæ pharmacopolæ. Nam si miserans naturæ nostrarum ægritudinum profusè medicamenta attulit morbis, certè ab auctore naturæ nostris animis, & potiora, & numerosiora erant tribuenda, vt in suum peculiare opus magis eius esset conspicua beneficentia. hinc D. Hieronymus ait, *Sacra scriptura est speculum fœda ostendens, & corrigi docens.* 2 De Doct. xpna 2. cap vlt. Tom. 2. Epist. 1. Ad Demet. Epist. 1.

A cœlesti nostra patria illa descendit à Deo transmissa: vt nobis rectum ostendens iter desertis deuijs, absolutã peregrinatione, ad veram properantes patriam fœlici curfu ingredi possemus. quare omnibus animi morbis medetur efficacissimè. *Pinguissimus est sermo diuinus, & omnes in se habet delitias, & quicquid volueris ex sermone nascitur diuino.* ita docuit D. Hieronymus. nec mirum, cum ex operis præstantia sapientia innotescat artificis. Qua ratione sacram scripturam per mannam significari allegoricè voluit Philo. quæ ideo coriandro similis apparuit, vt ex natura huius seminis eiusdem colligeretur fœcunditas. ita huius seminis natura est, vt comminutæ eiusdem particulæ satæ germinent. sic Dei sermo vel integer, vel quæcumque sui particula in subactam animam producit vberem fructum, ex vi, & præstantia agriculturæ cœlestis. Quamobrem vt subacta sit anima necesse est; alioquin nec externæ sationes, nec quidem internæ erunt frugiferæ. cum anima mancipata vitijs Dei culturam horrens, aueri setur correctiones; at si probè disposita fuerit foecunditate coelesti, acceptum semè diuinum cum foenore reddet. idcirco in Isaia dicebat, *Verbum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illum.* neque enim omnipotentis virtus inefficax esse potest, quoties absolutè aliquid velit. In psal. 147 Allego. l. 2. Isai. c. 55.

Est enim viuus sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingens vsque ad diuisionem animæ, vt dicebat Apostolus. appetit multa homo vitio naturæ corruptæ, superno tamen illustratus lumine illud prosequitur, quod præuia cœlesti luce illi demõstratur bonum. Hinc videre sæpe licet hominem fugere voluptates, aspernari diuitias, cõdonare iniurijs, inimicis benefacere, carnem propriam subigere veluti truculentam belluam. Quapropter sacrarum literarum lectio mirificè prodest homini presso, vel miseria, Hebr. c. 4.

Digitized by Google

vel passione. erigitur eius spiritus vel à tristitia, vel à malitia.
Epistol. ad Eph. c. 1. qua de causa dicebat D. Hieronymus, *si quicquam est quod in hac vita virũ sapientem teneat, & inter præsuras, & turbines mundi æquo animo manere persuadeat, id esse primum reor meditationem, & scientiam scripturarũ*. Quæ illustratione corripiens secretissimè animi improba, efficit, vt viuens in carne homo hanc horrescat quasi infidam sociam. Itaque
Rom. c. 15. *Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus*, nos esse emeritos ex malis internis, vel externis, quibus impellentibus interim augentur virtutes, quarum merito patet Dei regnum.

3 Primariè illarum auctoritas nos arcet ne nimio amore, & vigilantia insequamur caduca, 2. monẽt insuper nos inquilinos esse terræ, nõ ciues. 3. quapropter veluti in peregrina, & hostili habitatione oportet aduersa sufferre. 4. tunc Deus ipse nobiscum est, nostrarum miserens calamitatum. 5. nam his nos trudens, & impellens ad veram patriam, sua erga nos vtitur beneficentia. 6. instruimur tunc omnem nostrum amorem in illum transferre. 7. nam facilius, fœliciusque id assequimur infinitum bonum, quàm exigua, & temporanea. Sed de his latius disseramus.

Epi. 1. c. 2. D. Ioannes nobis mandata referens cœlestia ait. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt.* huius præcepti ratio est, *Quia si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo*. marcescibilem hæreditatem multoties inuadunt, & assequuntur immerentes filij inuitis, & quandoque trucidatis parentibus, verum cœlestem nunquam. cum beneuolentia, & beneficentia Dei ad illam admittuntur soli merentes, qui diuina iussa venerantes, syncera custodia seruauerunt. cæteri vero voluntates suas mundo dicantes, nihil minus cogitant
Iacob. c. 4. exequi, quàm diuina præcepta. hinc monuit D. Iacobus, *Amicitia huius mundi inimica est Deo*. fit inde cõsequens, vt talis pollutus amor constituens auersos à Deo, à cœlesti hære-
Psalm. 30. 4 ditate eos omnino excludat. nam vt Dauid inclamat, *Odisti obseruantes vanitates superuacue*. Assecutione delectabilium dum beati esse volunt, fiunt miseri, excluſi à paterno regno. quinimo talia venando ad concupiscentiam, nisi consequatur, miseri se reputant. ideirco spe delusi dolent, & sæpe dum laborant talia retinere labuntur, & sæpius dum illis delectari volunt coguntur ingemiscere rerum commutata conditione, uel potius dũ re frui sperãt, spirãt vitã. aut saltẽ dum adipisci nituntur, repelluntur, & ita pro lucro damnum, pro lœtitijs lachrymas, pro temporali bono malum æternum nanciscun-

Digitized by Google

ciscuntur, *Indiuidua comes malitiæ semper est miseria*, dicebat Augustinus. & re uera, finem omnis malus ingorat. etenim quæ malis, & bonis æque largitur Deus, non sunt recensenda in numero absolutorum bonorum, sed ea solum, quæ suis tribuit, vel reseruauit amicis. priora dona tribuit, & aufert impijs, & pijs inconstanti vicissitudine; altera vero, si per malitiam non repudiantur, perenniter. Quo circa non est beatus, cui ex voto succedant caduca, cum aliquando sua fœlicitate sit infœlix; sed *Beatus, cuius Dominus Deus eius*. & hoc est illud præmium, quod solum reseruatur amicis post occasum vitæ. Quamobrem etsi natura duce appetimus bonum, cæcutiēte tamen intellectu hoc summum ignorabamus votis cōcupiscere ordinato motu. directrice tamen sacra scriptura illud intuemur mentis oculo, illud ritè appetimus præuia cœlesti gratia, & desertis terrenis insequimur piè. nam etsi omnes ad bonum feruntur, ad illud deducuntur caco impulsu: at qui oraculis sunt edocti diuinis euidentiori cognitione, certiori spe, constantiori fide, ardentiori amore, illud in votis habent. Quos beatos Dominus vocat dicens, *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*. non illam, quam præsti ea fumatis in iudicijs exoptant, (quæ etiam ritè desideratur,) sed eam, quæ est omnis iustitiæ origo, & fons. quam amando pij deserunt omne caducum, & labile. cum ista nem nem meliorem efficiant, sed multoties deteriorem. *Sunt enim sordes animi quærumlibet rerum amor, præter animam, & Deum*, vt docebat Augustinus. à quibus sordibus quanto quisque est purgatior, tanto acutius illud intuens bonum amat. In psal. 31. con. 2. Psalm. 142. Matth. c. 5. De vtilit. Creden.

Consequenter nos loquuntur sacræ literæ inquilinos esse terræ, non ciues, hocque illam nobis esse non donatam. idcirco transacto locationis tempore ex ea migrandum esse. interim nulla lœtarum rerum vbertate, aut molestarum dolore oportet nos detineri in amore huius peregrinæ terræ, in qua cogimur assiduis vrgeri malis, & peregrinari à Domino. Quamobrem hic est iniquitas, ibi veritas; hic perturbatio, ibi æterna pacis statio; hic amaritudo, ibi immista dulcedo; hic irrequietum odium, ibi iugis dilectio; hic periculosa elatio, ibi secura exultatio. Quod si illa est domus, in qua manemus, tabernaculum vero illud est, in quo hospitamur, vt docuit Augustinus: consequens est, nos in domo non esse, sed in tabernaculo. quod proprium illorum est, qui peregrinantur à natiua sede. at his solum necessaria sunt vtilia, cœtera vero sunt oneri. Quando Abraham dixit Deo, *Quid mihi dabis?* Non certè arbitrabatur Dei bona circumscribi posse, cum sint inexhausta, & perennium fluminum more irrigent orbem, sed quia Secundum. 2 In psal. 26. con. 1. Gene. c. 15.

Digitized by Google

non poscebat animi munera, sed temporanea, quę si nimis profundantur aquarum more, non foecundant agros, sed stagnat. ideo percontabatur, & precabatur certam mensuram bonorum, ne rerum opulentia, aut fœlicitate ab innocentia vitae deflecteret. nam tales se continentes facillimè intra fines pauperculæ vitæ deuitant ambitionum studia, contentiones inuidentium, & odientium versutias: donec per mortem remissa rabie humanæ superbiæ à profluuio liberati passionum beatifica Dei visione fœlicitentur.

Interim gemere cogimur in hac constituti grauedine, cum
Psalm. 38. inquilini simus, & peregrini huius tabernaculi, sicuti omnes Patres nostri, vt dicebat Dauid. idcirco laboramus peregrinantes à patria, à cuius ne oberremus semita, ipse Dominus factus est peregrinantium via, solamen deficientium, clypeus occurrentium in latrones, & tandem merces laborantium sui gratia. hinc dum peregrinamur ardentissimo desiderio concupiscamus patriam illam ineffabilis quietis. ratum habentes, quod quo pauperior est nostra peregrinatio, eo est tutior. Non ea tantum ratione, quod quanto quis est bonorum ditior, tanto est malorum timidior; sed quia

Aened. 6. *Gemit sub pondere cymba.*

ideo non possumus de facili animam traijcere ad nostram patriam. quamobrem vt nullo labore, aut mercede terræ huius ciues effici possumus; ita illius nisi vnico, & necessario vitae naufragio interim omnia vigilanti studio conquisita deserendo. D. Paulus recensitis laudibus sanctorum Abelis, Henoc, Noæ, Abraham, cæterorumq; Patrum, subintulit ad illorum
Hebr. c. 11. commendationem, *Confitentes quia peregrini, & hospites sunt super terram.* semper illi se reuocabant ab exterioribus ad interiora, & ab inferioribus ad Deum, ne obliuiscerentur hãc mansionem eis tributam fuisse hospitij loco; sicut corpus in famulatum. quare per hoc tabernaculum pertranseuntes. Patres nostri, eadem lege illud reliquerunt posteris: vt omnibus sit peregrinationis locus, non stationis, belli, non pacis, laboris, non quietis.

Igitur nobis itinerantibus diuersorium est, & hospitium. ideo solis honestis delicijs frui licet, ne per inhonesta atterentes vires, prosequi non valeamus iter ad patriam. laudibus efferuntur à Domino filij Ionadab ex eo, quod ad præscriptum paternarum legum viuentes, omnem abiecerant cu-
Hier. c. 35. ram rerum temporalium. ita illis sancitum erat, *Domum non ædificabitis, sementem non secretis, vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cũctis diebus vestris.* & inferius rationem afferens, vel potius mercedem, *vt viua-*

tis

Digitized by Google

tis diebus multis super terram, in qua vos peregrinamini. Ephe. c.6.
obsequens quis paternis iussis ex Dei promissione consequitur diuturniorem vitam.

Adhuc etiam ex neglecta cura caducarum rerum: cum nimia earundem sollicitudo diem mortis acceleret. qua de causa dicebat Plutarchus, *Si animus in ius vocaretur à corpore, non effugeret crimen malæ administrationis.* & ratio eius est, *Quando animus ipse sine affectu mouetur, tunc corpus quietem agit, & sibi constat.* Etenim vt peritè docuit Seneca, *Vbi impotens, cupidus, delicatus factus est, transit in nomen detestabile, & dirum, & fit tyrannus.* igitur venatione temporalium per animi passiones citius occurrimus funeribus, quàm exantlatis laboribus, & exaturata natura caducis. 6 De Bona valetu. De virtute morum. Sen. Ep. 114

Ex dictis itaque in animum inducere debemus nobis summopere prodesse, *Vt simus in tribulatione patientes.* hoc enim charitatis est germen. nam *Charitas patiens est*, vt dicebat Paulus. si dolor, si moestitia oriuntur in animum iuxta gradū amoris erga rem deperditam, consequens est, vt quo cupidius ad illam ferimur, eo luctuosius priuemur illa. & ex opposito, qui non amant, æquo animo priuationem ferunt. Quamobrem feruente charitate primitiua Ecclesia euersionibus temporalium nullā afficiebatur molestia. vnde illorum charitatem extollens Apostolus dicebat, *Iacturam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis: scientes vos habere meliorem & manentem substantiam.* quin potius talis virtus inuasa à proteruitate hostium substinet mortem. cum quacumq; acerbitate iniuriarum semper retineat suos assecias in cultura patientiæ, per hanc virtutem pij semper contempserunt mori, cupientes esse in Christo. idcirco tale certamen non detrectarunt, ne ab eiusdem excciderent amore. Qui nos amore præuenies semetipsum obtulit in ara crucis in redemptionem nostrarum præuaricationum. nihil itaque ducunt pij iacturam præsentium, cum solū inquirant æterna bona. *Patientes estote ad omnes*, dicebat Apostolus. ne à quouis, vel quauis miseria perturbemini, sed substinete temporanea aduersa, cum cœlestia estis complexi fide, spe, & dilectione. *Substinete si quis in seruitutē redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis in faciē vos cædit, &c. cū sitis ipsi sapientes.* etenim verè testatur Salomō, *Doctrina viri per patientiā ostenditur.* enimuero veluti Politici quandoque, vt ad effectū sua producant consilia, *Multa simulent oportet inuiti, & dissimulent cum dolore*, vt dicebat Cicero, & Seneca, 7 Tertium. Rom. c.12. Cho. 1. c.13 Hebr. c.10. Thessal. 1. cap.5. Cho. 2. c.12 Prou. c.19. 8 Epistolarū 10. Epist. 9. In Medea.

Professa perdunt odia vindicta locum.

& Diphilinus.

Existi-

Existimo mendacium si gratia
Salutis offers, nihil habere incommodi.

Epist.li.12. & Plinius, *Decipere pro moribus temporum prudentia est*. In pij semper sine fuco, & fallacia remittunt iniurias, neminemq; circumueniunt quouis lacessiti malo, quauis obtata opportunitate insidiarum. scientes *Mentiri non licere, nec pro Dei laude*. vt asseruit Augustinus. *Nam fraus distringit, non soluit periurium*, vt ait Cicero, vel mendacium. Quamobrem nullū dolum neque in lingua, nec sub lingua habent: sed detestantes omne mendacium summa religione colunt Deum auctorē omnis veritatis. Dicendo, (iuxta Dauidis votum,) *Vnam petij à Domino hanc requirā, vt inhabitem in Domo Domini*. Ad quam spem eriguntur per patientiam, & consolationem sacrarum Scripturarum. quæ docent, *Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus. vt probatio fidei vestræ multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Iesu Christi.* Cui cum hæreditario iure coeleste regnum obtingeret, *Si filius, & hæres*, dicebat Paulus. tamen illud adipisci per passionis certamen voluit, quasi proprio labore partum, quasi non naturæ, sed virtutibus debitum. ideo *Propter passionem mortis videmus illum gloria, & honore coronatum*. Adeoque scribenti Apostolo hoc fuit visum consentaneum rationi, vt subintulerit, *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios adgloriā adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare*. Decebat, &c. Vt hominum soluens peccata Deus, sacratissima passione filij deleret; ita singulorum errata deleantur voluntarie assumptis pœnis. Vel decebat, &c. vt per omnia assimilaretur fratribus, quibus aditus non datur ad coeleste regnum, nisi per ærumnas. Vel decebat, &c. vt viuum esset exemplar patientiæ his, qui eius instituta secuturi, & imitaturi erant. idcirco peritè ait Philo, *Viri pij animatæ sunt leges*, quas moribus dictitant, *quæ sunt venerabiles primo, cum ostendant legis præcepta non discrepare à natura. Secundo, liquet non esse opus magno labore ad exigendam vitam iuxta legum regulam*. Illum itaque sequi cogimur ad normam sacri Oraculi. *Imitatores mei estote sicut filij carissimi*. nam ipse sanctam Ecclesiam suo sibi desponsauit sanguine vnde vocatur, *Sponsus sanguinum*; & nobis illum conciliare non possumus, nisi nostras tollentes cruces, carnem cū vitijs, & concupiscentijs affigamus cruci.

Epist.li.12.
Epist.8. Off.3.
Psalm.26.
Petri 1.c.1.
Gala. c.4. 9
Hebr.c.2.
De Abrahā
Philip.c.3.
Exod.c.4.

Quartum. Certè Deum suis subsidijs adesse his arbitrandum est, qui in eius insistentes mandatis summisso spiritu aduersa tolerant. nam horum erigens animos dicebat, *Cum ipso sum in tribulatione*

Psalm.90.

Digitized by Google

tione. in qua inuasione hostili delitescit ille primo intuens suos amicos impetum sustinentes hostium. nec tamen feriatur à præstando subsidia, quæ vel occulta parat, vel aperta, partimque impetum inuadentis retardans, contra quem irascens decernit vlcisci. deinde quasi ex insidijs prosiliens vna cum suo commilitone prosternit hostem. quandoque ita illum deuastans, vt cæteri admirentur. quomodo tam exilibus viribus, temporisque minimo interstitio inuadens inuasi sit effectus prædę? & qui vicisse videbatur iaceat attritus malis?

Si cuique sua sunt cara, certè diuina Deo carissima esse ne- 10
cesse est. neque non sapiunt diuinam naturam, qui lacessiti nequeunt irasci. hi semper cœlesti tutela de inimicis trophæa referunt, quo circa per soporem Deus apparens Iacob dixit, *Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere descendere in* Gen. c. 46.
Aegyptum. formidolosa est senum ætas, non modo ex inopia caloris, & ex copia atræ bilis; sed quia ei constitit, plura aduersa contingere homini, quàm propitia, quàm fœlicia.

Ergo erigendus erat ille promissionibus diuinis, vt libenter se conferret ad gentem alieni ritus, quam natura, & lege auersabatur. Sæpe hos Deus aduersitatibus obijcit, vt eorum aucta, & probata virtute patientiæ, tueri eos palam cogatur ostentare, & liberare ab imminenti ruina, etiam quandoque angelico ministerio, quare ipse Iacob dixit, *Angelus Domini* Gen. c. 48.
eruit me de cunctis malis. & Daniel testatur, Angelum Domini descendisse cum Azaria, & socijs, & excussisse flammam Daniel. c. 3.
ignis de fornace. & Angeli illi, qui grauiter Heliodorum percusserant flagellis propter ingressum templi, cuius gazas decreuerat expilare, cum dixissent ad Oniæ preces illi donatam fuisse vitam, subintulerunt, *Tu autem à Deo flagellatus nun-* Macha. 2.
tia omnibus magnalia Dei, & potestatem. Qua Deus ipse per cap. 3.
Cetum seruauit Ionam à voracibus vndis. ita vt quem deuo- Ionas c. 2.
rare intenderat insipiens animal, dispensationi diuinæ deseruiens. restituerit aridæ. per rapacem coruum Eliam pauit, co- Re. 3. c. 19.
gens illud edax animal, vt deferret, non vt deglutiret panem. etenim nihil est, quod detrectare possit diuinũ imperium. hinc satis liquet, omnia deseruire illi. Quo circa Abigail dicebat
ad Dauid, *Anima ipsius custoditur, quasi in sacculo viuentium* Psalm. 118.
apud Dominum. Quod si ea, quæ & tenuiter, leuiterque hoc Re. 1. c. 20.
vniuersum exornant, Dei prouidentia producuntur, & conseruantur, quanta potiori vigilantia curabit pios, qui & præstantissimum sunt opus Dei in orbe; & assiduum, & fidelissimum obsequium ei præstant? Per hos quandoque sua sancita promulgat Deus, quandoque admiranda edit opera, vt hos suscipiat orbis, & veneretur. hinc apud infideles Barbaros

non

Digitized by Google

non raro talis virtus admirationi est habita ; cum semper illa etiam in hoste sibi venerationem pariat. Ergo verè dicebat per
Isai.c.3. Isaiam Deus, *Dicite iusto quoniam bene*. succedunt namque illi omnia fœliciter ex diuino patrocinio. cum afferatur virtuti aut decus, aut prouentus.

Neque quiuis emergere nō poterit ex quouis calamitatum gurgite, cum omnipotentis Dei tegatur virtute, & beneuolen-
Psalm 36. tia complectatur. ideo *cum ceciderit non collidetur*. quanta vis mole aduersitatum ruat. tunc *Dominus supponit manum suã*, Lapsum dirigens ad quietem non ad ruinam, ad decus non ad dedecus. Antonius malè cæsus à Dæmone fuerat, non inuasus suadela, sed baculo, sed ferro; cruentis tamen plagis instaurabat certamina, paratus substinere acerbiora. etenim,
Conf. l.13. teste Augustino, *Amor difficultatis nomen erubescit*. sciens sui Ducis subsidio non deseri. Qui etsi non semper præliantem animet benigno affatu, indubiè interius subministrans vires efficit, vt tandem aduersarij debilitatis viribus ad pium perueniat victoria. quamobrem cum Antonius, (licet grauiter afflictus corpore, animi tamen viribus superasset Dæmonem) Dominum intuens dixisset, Vbi eras Domine Iesu? respondit, Hic aderam tui spectator agonis. idcirco licet non statim suos à malis eximat Deus, tamē certo certius est, quod illis suppeditans vires, tandem coronat victorijs, & decorat palmis.

Quintum. Quamobrem inter beneficia, flagella numeranda sunt, quibus instruimur, & trudimur à beneficentissimo Deo, vt caduca deserendo, sine fine mansura in cœlis petamus. cum nemo
11 ex intuitu, & vsu sublunarium, sit tantæ innocentiæ, vt tergi
Rom.c.3. mundarique non egeat. hinc *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*. paternam itaque manum amanter nos corripientem gratanter excipere debemus. etenim cum talem disciplinam
Psalm. 42. infert, offert quoque medicamen, quo contumax anima nostra suis erudita malis se corripiens dicat, *Cum Deus sit fortitudo mea, quare tristis incedo, dum affligit me inimicus meus?* nam Deus ipse nostrarum animarum sponsus per misericordiam vocationis, per correctionis flagellum nos reuocat ad in-
In psal. 55. tegritatem morum. dicebat Augustinus, *Quid est in ira populos confringes? implies omnia tribulationibus, vt in illis positi recurrant ad te; ne delitijs, & securitate peruersa seducantur*. Nos itaque Deus terret, vt compescat à sceleribus; in nos sæuit, vt saluet; irascitur, & infert miserias, vt ad eius misericor-
Qui rerum diuinarum. diam recurramus. *Tũc temporis creatura creatorem suum appellat, quando agnoscit, quàm ipsa sit nihili*, dicebat Philo. quo inuocato statim se produnt paterni amoris indicia; vt ratum sit, ad hoc opus suis nos adegisse correctionibus. idcirco

si cœ-

Digitized by Google

si cœlestia in votis habemus, non vereamur corripi. sic Patris non repellentes monita, cœlestia pollicita dona iurè sperare possumus. ne prædonum affectuum capiamur illecebris, ipse nos magistrali scutica instruens illuminat, vt abstineamus à profanis. Quamobrem temporanea tristitia agitamur, ne pereamus æterna miseria: verberantis seueritate impellimur, vt optando effugere talia, inductoque odio scelerum, recurramus ad Patrem.

Interim disciplinæ cœlesti irasci nõ debemus. nam quisquis verberantẽ Deũ auersatur, fugit quoq; distribuẽtẽ hereditatẽ. qua ratione, qui in Dei dilectione non manent, dum cæduntur scutica, à patria hæreditate excluduntur. *Nam si proprio filio non pepercit*, cum nostra solum crimina soluere venerat, quod est illud supplicium, quod nobis miseris peccatoribus non debetur? *Nec est quo fugiamus à Deo irato, nisi ad Deum placatum*, vt ait Augustinus. Ergo non exhorreamus correctiones, quæ à iustissimo iudice iniustè nequeunt irrogari. Adcirco si non velimus, quæ iusta sunt à Deo, mala nobis esse, mansueto animo toleremus medicinales dolores; optantes solam animæ nostræ salutem. cum ab illo cœlesti medico omnis animæ ægritudo curari potest. ita Dauid, *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* dummodo hæc deglutiamus pharmaca. *Ideo nos exagitat tribulatio diuina, vt exinaniat vas, quod plenum est nequitia, & impleatur gratia*, ait Augustinus. Itaque aduersa, Dei miserantis sunt dona; nam vel admonet errantem, vel virtutes nutrit in infirmitate. *Irruentem inimicum assumit Deus ad ministerium, vt nos erudiat ad patrimonium*, dicebat Augustinus. quod tunc maxime licet sperare, cum Deum benignè domitorem admittimus. qua ratione tunc castigationes admonentis Patris sunt signa, non irascentis, & damnantis iudicis. Etenim insignis est pœna conniuere peccantibus, & animam sinere sine fræno. illique largiri impunitatem, prosperitatem, diuturnitatemque peccandi. etsi hanc inscij non damnum, sed lucrum, non pœnam, sed beneficium censeant. cum tamen desperatæ animæ sit indicium sine impedimento peccare, & prosperos habere maleficiorum successus.

Rom. c 8.

In Psal. 74.

Psalm. 102.

In psal. 55.

In psal. 36. con. 2.

12

Igitur omnem animi propensionem ad caduca, transferamus in Deum. *tunc omnia amabimus propter illum*, ait Augustinus. *Si amor fortis est, vt mors*, consequens est, vt vi diuini amoris veluti exoluti à corporea mole, libero, celerique volatu petamus cœlestia. horrentes ea, quæ nobis impedimento sunt ad assecutionem huius immensi boni. Quo circa nobis eordi erunt aduersa, cum nos à caducis absterreant. nam si Dei Ducis ductu omnia reguntur, confitendum est, eius vo-

Sextum. Hom. 38. inter 50. Cant. c. 8.

Digitized by Google

luntate talia nobis contigisse aduersa. Quærens Augustinus,
In psal. 36. *Qui sint rectè corde?* respondet, *Qui omnia quæcumque in hac vita patiuntur, non ea tribuunt insipientiæ, sed consilio Dei ad nostram medicinam.* Hos malis pressos sapienter monebat
Iob c. 4. Iob dicens, *Recordare obsecro, quis innocens unquam periit? quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.* nam sicuti sapientia diuina permittit improbos ad scelera ruere, (quorum merces est æterna damnatio) ita vult probos exagitari calamitatibus, ne vltra quàm decet sensibilium intuitu, vel vsu delec-
13 tentur. Quod si medicorum nemo adhibet pharmaca, nisi ægroto, aut propendenti ad morbum, quanto magis sapientissimus Deus? ergo his medicamenta propinat præsertim, qui præsentis peregrinationis voluptatibus dediti, oblitioni mandarunt cœlum. quibus nisi succurratur purgationibus, lethifero laborabũt animi morbo, & interibunt immedicabili morte.

Septimum. Desinamus igitur inhiare, & insistere temporaneis, in quibus nulla inuenitur firmitas, sicut nec constantia temporis.

Pet. in con. Trimal. *Moneo moneo ponite curas.*
Gerg lib. 3. *Cursu præcipiti ruit ætas.*
Et fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Psalm. 72. & Dauidica firmitate animi dicamus, *Quid mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Quicquid quæsierimus summa animi contentione an simus assecuturi ignoramus, nec quidem à beuius ruisculi angulum, at vero si pio labore voluerimus Deum adi-
Isai. c 83. pisci illum insequentes omnino complectemur. *Tunc invocabitis, & Dominus exaudiet, clamabitis, & dicet, Ecce ad sum,*
Hier. c. 29. dicebat Isaias. & in Hieremia, *Quæretis me, & invenietis: cum quæsieritis me in toto corde vestro.*

Apoc. c. 3. Imò ipse corda nostra stimulis pulsans ait, *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* quo circa priusquam illum appellemus, iam ad nos ipse se appulit; vt nostras à se voluntates auersas corripiens terreat, vt territæ ad diuinum confugiant patrocinium per filialem amorem. in quo certo certius præsentium laborum nanciscemur quietem, & spem sempiternæ beatitudinis.

Psalm. 118. Ergo vere *Declaratio sermonum Dei intellectum dat parvulis.* cum ex illis piæ animæ comperiant, temporalium rerũ lucra quandoque nobis fieri lethalia, cum sepiant, & obsideant iter, quo ad Deum pergimus. in quo solo (extinctis luminibus huius vitæ,) plena pax erit, & perfecta de inimicis victoria.

Digitized by Google

toria. tunc deinceps nulla fœda concupiſcentia erit noſtrum in Deum amorem reuocans, aut retardans; mortalitate in immortalitatem mutata. idcirco omni abolita animi ægritudine in ſumma fœlicitate lætabimur. tunc *Deus erit omnia in omnibus*, vt dicebat Paulus: vt omnem cuiuſuis alterius boni adimat concupiſcentiam. Itaque expers effecta mens noſtra malorum omnium, & bonorum omnium onuſta, ſempiterna, & mirifica lætabitur voluptate. Cho. 1. c. 15

Quomodo inſtituenda eſt vita noſtra, vt verè viuamus. Caput XXXIV.

FOelicius, abſolutiuſque animi merores compeſcuntur Diuinarũ literarũ eruditione, q̃ quouis remedio. Illato ab illis interius lumine, quaſi quodam acuto gladio, ſecando animam à ſuis improbis paſſionibus, palãque faciendo errata corripiunt hominem. etenim non niſi detecta malignitate criminum, eorum nos pœnitet. Quo circa ratio (natura boni auida) nunquam omnino acquieſcit ſenſibus, ſed interno clamore teſtatur, ſe ab illis accipi illiberaliter, quaſi à ſeuo tyranno. Nam iſte non ſouet, ſed vaſtat ciues, vt nequeant ſeruitutis iugum excutere. ſic profanus ſenſus ementito titulo amicitiæ ad tyrannidem properat animæ: in eam inſiliens, per quam inſoleſcere admiſſum fuit. Idcirco vtrũque genus vel mœſtarum, vel lætarum rerum corrigere, non eſt leui ponderis negotium; cum iſtis ancillari aſſueuerit ratio. Tunc vita eſt grauior omni morte oppreſſa libertate. Etenim ab illarum grauitate proſternitur ſemper vita, & quandoque deletur. Hinc, Amice, non illum viuere cenſendum eſt, qui aſſidue ingurgitat mœſtitias, ſed diuturniori morte ſe conficere; cum ad cordis leuamen non attrahat ſpiritum, ſed ſuſceptis amaritudinibus, ſibi aduocet mortis cauſam. Quare ſapientes vt ſpiritum hilariter ducant, remouent id omne, quod moleſtum eſt. ideo excutiunt, quæ labefactant integritatem animi ſic quidam in ſuo ſepulchro inſcribi mandauit, vt Lipſius refert.

Mortales dum viuite viuatis. Satur. 1. cap. 19.

Illorum conſilia conſueſcunt eſſe veneranda, quæ ab experientia ſuam duxere originem. ideo nauigantium, præliantium pericula audimus libenter, et qua ratione illa declinent. nam ſimilia à cœteris relata, eloquentiam oſtentant, non experientiam. *Quæ optima eſt ad veram vitam inſtitutio.* vt dicebat Polibius. & Propertius, Polib. li. 10.

Digitized by Google

vel passione. erigitur eius spiritus vel à tristitia, vel à malitia.
Epistol. ad Eph. c. 1. qua de causa dicebat D. Hieronymus, *si quicquam est quod in hac vita virũ sapientem teneat, & inter pressuras, & turbines mundi æquo animo manere persuadeat, id esse primum rear meditationem, & scientiam scripturarũ*. Quæ illustratione corripiens secretissimè animi improba, efficit, vt viuens in carne homo hanc horrescat quasi infidam sociam. Itaque
Rom. c. 15. *Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus*, nos esse emensuros ex malis internis, vel externis, quibus impellentibus interim augentur virtutes, quarum merito patet Dei regnum.

3 Primariè illarum auctoritas nos arcet ne nimio amore, & vigilantia insequamur caduca. 2. monẽt insuper nos inquilinos esse terræ, nõ ciues. 3. quapropter veluti in peregrina, & hostili habitatione oportet aduersa sufferre. 4. tunc Deus ipse nobiscum est, nostrarum miserens calamitatum. 5. nam his nos trudens, & impellens ad veram patriam, sua erga nos vtitur beneficentia. 6. instruimur tunc omnem nostrum amorem in illum transferre. 7. nam facilius, fœliciusque id assequimur infinitum bonum, quàm exigua, & temporanea. Sed de his latius disseramus.

Epi. 1. c. 2. D. Ioannes nobis mandata referens cœlestia ait. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt.* huius præcepti ratio est, *Quia si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo*. marcescibilem hæreditatem multoties inuadunt, & assequuntur immerentes filij inuitis, & quandoque trucidatis parentibus, verum cœlestem nunquam. cum beneuolentia, & beneficentia Dei ad illam admittuntur soli merentes, qui diuina iussa venerantes, syncera custodia seruauerunt. cæteri vero voluntates suas mundo dicantes, nihil minus cogitant
Iacob. c. 4. exequi, quàm diuina præcepta. hinc monuit D. Iacobus, *Amicitia huius mundi inimica est Deo*. fit inde cõsequens, vt talis pollutus amor constituens auersos à Deo, à cœlesti hære-
Psalm. 30. 4 ditate eos omnino excludat. nam vt Dauid inclamat, *Odisti obseruantes vanitates superuacuo*. Assecutione delectabilium dum beati esse volunt, fiunt miseri, excluſi à paterno regno. quinimo talia venando ad concupiscentiam, nisi consequãtur, miseri se reputant. idcirco spe delusi dolent, & sæpe dum laborant talia retinere labuntur, & sæpius dum illis delectari volunt coguntur ingemiscere rerum commutata conditione, uel potius dũ refrui sperãt, spirãt vitã. aut saltẽ dum adipisci nituntur, repelluntur, & ita pro lucro damnum, pro lœtitijs lachrymas, pro temporali bono malum æternum nanciscun-

Digitized by Google

ciscuntur, *Individua comes malitiæ semper est miseria*, dicebat Augustinus. & re uera, finem omnis malus ingorat. etenim quæ malis, & bonis æque largitur Deus, non sunt recensenda in numero absolutorum bonorum, sed ea solum, quæ suis tribuit, vel reseruauit amicis. priora dona tribuit, & aufert impijs, & pijs inconstanti vicissitudine; altera vero, si per malitiam non repudiantur, perenniter. Quo circa non est beatus, cui ex voto succedant caduca, cum aliquando sua fœlicitate sit infœlix; sed *Beatus, cuius Dominus Deus eius*. & hoc est illud præmium, quod solum reseruatur amicis post occasum vitæ. Quamobrem etsi natura duce appetimus bonum, excutiēte tamen intellectu hoc summum ignorabamus votis cōcupiscere ordinato motu. directrice tamen sacra scriptura illud intuemur mentis oculo, illud ritè appetimus præuia cœlesti gratia, & desertis terrenis insequimur pie. nam etsi omnes ad bonum feruntur, ad illud deducuntur cæco impulsu: at qui oraculis sunt edocti diuinis euidentiori cognitione, certiori spe, constantiori fide, ardentiori amore, illud in votis habent. Quos beatos Dominus vocat dicens, *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*. non illam, quam præsth calumnijs in iudicijs exoptant, (quæ etiam ritè desideratur,) sed eam, quæ est omnis iustitiæ origo, & fons. quam amando pij deserunt omne caducum, & labile. tum ista nem nem meliorem efficiant, sed multoties deteriorem. *Sunt enim sordes animi quarumlibet rerum amor, præter animam, & Deum*, vt dicebat Augustinus. à quibus sordibus quanto quisque est purgatior, tanto acutius illud intuens bonum amat. In psal. 31. con. 2. Psalm. 142. Matth. c. 5. De vtilit. Creden.

Consequenter nos instruunt sacræ literæ inquilinos esse terræ, non ciues, hanc nobis esse non donatam. idcirco transacto locationis tempore ex ea migrandum esse. interim nulla lætarum rerum vbertate, aut molestarum dolore oportet nos detineri in amore huius peregrinæ terræ, in qua cogimur assiduis vrgeri malis, & peregrinari à Domino. Quāobrem hic est iniquitas, ibi veritas; hic perturbatio, ibi æterna pacis statio; hic amaritudo, ibi immista dulcedo; hic irrequietum odium, ibi iugis dilectio; hic periculosa elatio, ibi secura exultatio. Quod si illa est domus, in qua manemus, tabernaculum vero illud est, in quo hospitamur, vt docuit Augustinus: consequens est, nos in domo non esse, sed in tabernaculo. quod proprium illorum est, qui peregrinantur à natiua sede. at his solum necessaria sunt vtilia, cœterà vero sunt onori. Quando Abraham dixit Deo, *Quid mihi dabis?* Non certè arbitrabatur Dei bona circumscribi posse, cum sint inexhausta, & perennium fluminum more irrigent orbem, sed quia Secundum. 2. In psal. 26. con. 1. Gene. c. 15.

Digitized by Google

non poscebat animi munera, sed temporanea, quę si nimis profundantur aquarum more, non foecundant agros, sed stagnãt. ideo percontabatur, & precabatur certam mensuram bonorum, ne rerum opulentia, aut fœlicitate ab innocentia vitae deflecteret. nam tales se continentes facillimè intra fines pauperculæ vitæ deuitant ambitionum studia, contentiones inuidentium, & odientium versutias: donec per mortem remissa rabie humanæ superbiæ à profluuio liberati passionum beatifica Dei visione fœlicitentur.

Interim gemere cogimur in hac constituti graue dine, cum
Psalm. 38. inquilini simus, & peregrini huius tabernaculi, sicuti omnes Patres nostri, vt dicebat Dauid. idcirco laboramus peregrinantes à patria, à cuius ne oberremus semita, ipse Dominus factus est peregrinantium via, solamen deficientium, clypeus occurrentium in latrones, & tandem merces laborantium sui gratia. hinc dum peregrinamur ardentissimo desiderio concupiscamus patriam illam ineffabilis quietis. ratum habentes, quod quo pauperior est nostra peregrinatio, eo est tutior. Non ea tantum ratione, quod quanto quis est bonorum ditior, tanto est malorum timidior; sed quia

Aened. 6. *Gemit sub pondere cymba.*

ideo non possumus de facili animam traijcere ad nostram patriam. quamobrem vt nullo labore, aut mercede terræ huius ciues effici possumus; ita illius nisi vnico, & necessario vitae naufragio interim omnia vigilanti studio conquisita deserendo. D. Paulus recensitis laudibus sanctorum Abelis, Henoc, Noæ, Abraham, cæterorumq; Patrum, subintulit ad illorum
Hebr. c. 11. commendationem, *Confitentes quia peregrini, & hospites sunt super terram.* semper illi se reuocabant ab exterioribus ad interiora, & ab inferioribus ad Deum, ne obliuiscerentur hãc mansionem eis tributam fuisse hospitij loco; sicut corpus in famulatum. quare per hoc tabernaculum pertranseuntes Patres nostri, eadem lege illud reliquerunt posteris: vt omnibus sit peregrinationis locus, non stationis, belli, non pacis, laboris, non quietis.

Igitur nobis itinerantibus diuersorium est, & hospitium. ideo solis honestis delicijs frui licet, ne per inhonesta atterentes vires, prosequi non valeamus iter ad patriam. laudibus efferuntur à Domino filij Ionadab ex eo, quod ad præscriptum paternarum legum viuentes, omnem abiecerant cu-
Hier. c. 35. ram rerum temporalium. ita illis sancitum erat, *Domum non ædificabitis, sementem non facietis, vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cũctis diebus vestris.* & inferius rationem afferens, vel potius mercedem, *vt viua-*

tis

Digitized by Google

tis diebus multis super ternam, *in qua vos peregrinamini*. obsequens quis paternis iussis ex Dei promissione consequitur diuturniorem vitam. Ephe. c.6.

Adhuc etiam ex neglecta cura caduearum rerum: cum nimia earundem sollicitudo diem mortis acceleret. qua de causa dicebat Plutarchus, *Si animus in ius vocaretur à corpore, non effugeret crimen malæ administrationis.* & ratio eius est, *Quando animus ipse sine affectu mouetur, tunc corpus quietem agit, & sibi constat.* Etenim vt peritè docuit Seneca, *Vbi impotens, cupidus, delicatus factus est, transit in nomen detestabile, & dirum, & fit tyrannus.* igitur venatione temporalium per animi passiones citius occurrimus funeribus, quàm exantlatis laboribus, & exaturata natura caducis. 6 De Bona valetu. De virtute morum. Sen. Ep. 114

Ex dictis itaque in animum inducere debemus nobis summopere prodesse, *Vt simus in tribulatione patientes.* hoc enim charitatis est germen. nam *Charitas patiens est*, vt dicebat Paulus. si dolor, si moestitia oriuntur in animum iuxta gradū amoris erga rem deperditam, consequens est, vt quo cupidius ad illam ferimur, eo luctuosius priuemur illa. & ex opposito, qui non amant, æquo animo priuationem ferunt. Quamobrem feruente charitate primitiua Ecclesia euersionibus temporalium nullā afficiebatur molestia. vnde illorum charitatem extollens Apostolus dicebat, *Iacturam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis: scientes vos habere meliorem & manentem substantiam*. quin potius talis virtus inuasa à proteruitate hostium substinet mortem. cum quacumq; acerbitate iniuriarum semper retineat suos assecias in cultura patientiæ. per hanc virtutem pij semper contempserunt mori, cupientes esse in Christo. idcirco tale certamen non detrectarunt, ne ab eiusdem exciderent amore. Qui nos amore præuenies semetipsum obtulit in ara crucis in redemptionem nostrarum præuaricationum. nihil itaque ducunt pij iacturam præsentium, cum solū inquirant æterna bona. *Patientes estote ad omnes*, dicebat Apostolus. ne à quouis, vel quauis miseria perturbemini, sed substinete temporanea aduersa, cum cœlestia estis complexi fide, spe, & dilectione. *Substinete si quis in seruitutē redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis in faciē vos cædit, &c. cū sitis ipsi sapientes.* etenim verè testatur Salomō, *Doctrina viri per patientiā ostenditur.* enimuero veluti Politici quandoque, vt ad effectū sua producant consilia. *Multa simulent oportet inuiti, & dissimulent cum dolore*, vt dicebat Cicero, & Seneca, 7 Tertium Rom. c.12. Cho. 1.c.13 Hebr.c.10. Thessal. 1. cap.5. Cho. 2.c.12 Prou. c.19. 8 Epistolarū 10. Epist. 9.

Professa perdunt odia vindicta locum. In Medea.

& Diphilinus.

Exisi-

Digitized by Google

Existimo mendacium fi gratia
Salutis effers, nihil habere incommodi.

Epist.li.12. & Plinius, *Decipere pro moribus temporum prudentia est*. In pij semper sine fuco, & fallacia remittunt iniurias, neminemq; circumueniunt quouis lacessiti malo, quauis obtata opportunitate insidiarum. scientes *Mentiri non licere, nec pro Dei laude*. vt asseruit Augustinus. *Num fraus distringit, non soluit periurium*, vt ait Cicero, vel mendacium. Quamobrem nullū dolum neque in lingua, nec sub lingua habent: sed detestantes omne mendacium summa religione colunt Deum auctorē omnis veritatis. Dicendo, (iuxta Dauidis votum,) *Vnam petij à Domino hanc requirā, vt inhabitem in Domo Domini*. Ad quam spem erigimur per patientiam, & consolationem sacrarum Scripturarum. quæ docent, *Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus. vt probatio fidei vestræ multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Iesu Christi*. Cui cum hæreditario iure coeleste regnum obtingeret, *Si filius, & hæres*, dicebat Paulus. tamen illud adipisci per passionis certamen voluit, quasi proprio labore partum, quasi non naturæ, sed virtutibus debitum. ideo *Propter passionem mortis vidimus illum gloriæ, & honore coronatum*. Adeoque scribenti Apostolo hoc fuit visum consentaneum rationi, vt subiret, *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios adgloriā adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare*. Decebat, &c. Vt hominum soluens peccata Deus, sacratissima passione filij deleret; ita singulorum errata deleantur voluntarie assumptis pœnis. Vel decebat, &c. vt per omnia assimilaretur fratribus, quibus aditus non datur ad coeleste regnum, nisi per ærumnas. Vel decebat, &c. vt viuum esset exemplar patientiæ his, qui eius instituta secuturi, & imitaturi erant. idcirco perite ait Philo, *Viri pij animatæ sunt leges*, quas moribus dictitant, *quæ sunt venerabiles primo, cum ostendant legis præcepta non discrepare à natura. Secundo liquet non esse opus magno labore ad exigendam vitam iuxta legum regulam*. Illum itaque sequi cogimur ad normam sacri Oraculi. *Imitatores mei estote sicut filij carissimi*. nam ipse sanctam Ecclesiam suo sibi desponsauit sanguine vnde vocatur, *Sponsus sanguinum*; & nobis illum conciliare non possumus, nisi nostras tollentes cruces, carnem cū vitijs, & concupiscentijs affigamus cruci.

Epist.8. Off.3. Psalm.26. Petri 1.c.1. Gala. c.4. 9 Hebr.c.2. De Abrahā Philip.c.3. Exod.c.4.

Quartum. Certè Deum suis subsidijs adesse his arbitrandum est, qui in eius insistentes mandatis summisso spiritu aduersa tolerant. Psalm.90. nam horum erigens animos dicebat, *Cum ipso sum in tribulatione*

Digitized by Google

tione. in qua inuasione hostili deliteſcit ille primo intuens ſuos amicos impetum ſubſtinentes hoſtium. nec tamen feriatur à præſtando ſubſidia, quæ vel occulta parat, vel aperta, partimque impetum inuadentis retardans, contra quem iraſcens decernit vlciſci. deinde quaſi ex inſidijs proſiliens vna cum ſuo commilitone proſternit hoſtem. quandoque ita illum deuaſtans, vt cæteri admirentur. quomodo tam exilibus viribus, temporiſque minimo interſtitio inuadens inuaſi ſit effectus prædę? & qui viciſſe videbatur iaceat attritus malis?

Si cuique ſua ſunt cara, certè diuina Deo cariſſima eſſe neceſſe eſt. neque non ſapiunt diuinam naturam, qui laceſſiti nequeunt iraſci. hi ſemper cœleſti tutela de inimicis trophæa referunt, quo circa per ſoporem Deus apparens Iacob dixit, *Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui, noli timere deſcendere in Aegyptum*. formidoloſa eſt ſenum ætas, non modo ex inopia caloris, & ex copia atræ bilis; ſed quia ei conſtitit, plura aduerſa contingere homini, quàm propitia, quàm fœlicia. 10. Gen. c. 46.

Ergo erigendus erat ille promiſſionibus diuinis, vt libenter ſe conferret ad gentem alieni ritus, quam natura, & lege auerſabatur. Sæpe hos Deus aduerſitatibus obijcit, vt eorum aucta, & probata virtute patientiæ, tueri eos palam cogatur oſtentare, & liberare ab imminenti ruina, etiam quandoque angelico miniſterio, quare ipſe Iacob dixit, *Angelus Domini eruit me de cunctis malis*. & Daniel teſtatur, Angelum Domini deſcendiſſe cum Azaria, & ſocijs, & excuſſiſſe flammam ignis de fornace. & Angeli illi, qui grauiter Heliodorum percuſſerant flagellis propter ingreſſum templi, cuius gazas decreuerat expilare, cum dixiſſent ad Oniæ preces illi donatam fuiſſe vitam, ſubintulerunt, *Tu autem à Deo flagellatus nuntia omnibus magnalia Dei, & poteſtatem*. Qua Deus ipſe per Cetum ſeruauit Ionam à voracibus vndis. ita vt quem deuorare intenderat inſipiens animal, diſpenſationi diuinæ deſeruiens. reſtituerit aridæ. per rapacem coruum Eliam pauit, cogens illud edax animal, vt deferret, non vt deglutiret panem. etenim nihil eſt, quod detrectare poſſit diuinũ imperium. hinc ſatis liquet, omnia deſeruire illi. Quo circa Abigail dicebat ad Dauid, *Anima ipſius cuſtoditur, quaſi in ſacculo viuentium apud Dominum*. Quod ſi ea, quæ & tenuiter, leuiterque hoc vniuerſum exornant, Dei prouidentia producuntur, & conſeruantur, quanta potiori vigilantia curabit pios, qui & præſtantiſsimum ſunt opus Dei in orbe; & aſſiduum, & fidelisſimum obſequium ei præſtant? Per hos quandoque ſua ſancita promulgat Deus, quandoque admiranda edit opera, vt hos ſuſcipiat orbis, & veneretur. hinc apud infideles Barbaros Gen. c. 48. Daniel. c. 3. Macha. 2. cap. 3. Ionas c. 2. Re. 3. c. 19. Pſalm. 118. Re. 1. c. 20.

non

Digitized by Google

non raro talis virtus admirationi est habita ; cum semper illa etiam in hoste sibi venerationem pariat. Ergo verè dicebat per
Isai.c.3. Isaiam Deus, *Dicite iusto quoniam bene*. succedunt namque illi omnia fœliciter ex diuino patrocinio. cum afferatur virtuti aut decus, aut prouentus.

Neque quiuis emergere nō poterit ex quouis calamitatum gurgite, cum omnipotentis Dei tegatur virtute, & beneuolen-
Psalm 36. tia complectatur. ideo *cum ceciderit non collidetur*. quanta vis mole aduersitatum ruat: tunc *Dominus supponit manum suã*, Lapsum dirigens ad quietem non ad ruinam, ad decus non ad dedecus. Antonius malè cæsus à Dæmone fuerat, non inuasus suadela, sed baculo, sed ferro; cruentis tamen plagis instaurabat certamina, paratus substinere acerbiora. etenim,
Conf. l.13. teste Augustino, *Amor difficultatis nomen erubescit*. sciens sui Ducis subsidio non deseri. Qui etsi non semper præliantem animet benigno affatu, indubiè interius subministrans vires efficit, vt tandem aduersarij debilitatis viribus ad pium perueniat victoria. quamobrem cum Antonius, (licet grauiter afflictus corpore, animi tamen viribus superasset Dæmonem) Dominum intuens dixisset, Vbi eras Domine Iesu? respondit, Hic aderam tui spectator agonis. idcirco licet non statim suos à malis eximat Deus, tamē certo certius est, quod illis suppeditans vires, tandem coronat victorijs, & decorat palmis.

Quintum. Quamobrem inter beneficia, flagella numeranda sunt, quibus instruimur, & trudimur à beneficentissimo Deo, vt caduca deserendo, sine fine mansura in cœlis petamus. cum nemo
11 ex intuitu, & vsu sublunarium, sit tantæ innocentiæ, vt tergi
Rom.c.3. mundarique non egeat. hinc *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*. paternam itaque manum amanter nos corripientem gratanter excipere debemus. etenim cum talem disciplinam
Psalm. 42. infert, offert quoque medicamen, quo contumax anima nostra suis erudita malis se corripiens dicat, *Cum Deus sit fortitudo mea, quare tristis incedo, dum affligit me inimicus meus?* nam Deus ipse nostrarum animarum sponsus per misericordiam vocationis, per correctionis flagellum nos reuocat ad in-
In psal. 55. tegritatem morum. dicebat Augustinus, *Quid est in ira populos confringes? impies omnia tribulationibus, vt in illis positi recurrant ad te; ne delitijs, & securitate peruersa seducantur.* Nos itaque Deus terret, vt compescat à sceleribus; in nos sæuit, vt saluet; irascitur, & infert miserias, vt ad eius misericor-
Qui rerum diuinarum. diam recurramus. *Tuc temporis creatura creatorem suum appellat, quando agnoscit, quàm ipsa sit nihili*, dicebat Philo. quo inuocato statim se produnt paterni amoris indicia; vt ratum sit, ad hoc opus suis nos adegisse correctionibus. idcirco

si cœ-

Digitized by Google

si cœlestia in votis habemus, non vereamur corripi. sic Patris non repellentes monita, cœlestia pollicita dona iurè sperare possumus. ne prædonum affectuum capiamur illecebris, ipse nos magistrali scutica instruens illuminat, vt abstineamus à profanis. Quamobrem temporanea tristitia agitamur, ne pereamus æterna miseria, verberantis seueritate impellimur, vt optando effugere talia, inductoque odio scelerum, recurramus ad Patrem.

Interim disciplinæ cœlesti irasci nõ debemus. nam quisquis verberantẽ Deũ auersatur, fugit quoq; distribuẽtẽ hereditatẽ. qua ratione, qui in Dei dilectione non manent, dum cæduntur scutica, à patria hæreditate excluduntur. *Nam si proprio filio non pepercit*, cum nostra solum crimina soluere venerat, quod est illud supplicium, quod nobis miseris peccatoribus non debetur? *Nec est quo fugiamus à Deo irato, nisi ad Deum placatum*, vt ait Augustinus. Ergo non exhorreamus correctiones, quæ à iustissimo iudice iniustè nequeunt irrogari. Adcirco si non velimus, quæ iusta sunt à Deo, mala nobis esse, mansueto animo toleremus medicinales dolores; optantes solam animæ nostræ salutem. cum ab illo cœlesti medico omnis animæ ægritudo curari potest. ita Dauid, *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* dummodo hæc deglutiamus pharmaca. *Ideo nos exagitat tribulatio diuina, vt exinaniat vas, quod plenum est nequitia, & impleatur gratia*, ait Augustinus. Itaque aduersa, Dei miserantis sunt dona; nam vel admonet errantem, vel virtutes nutrit in infirmitate. *Irruentem inimicum assumit Deus ad ministerium, vt nos erudiat ad patrimonium*, dicebat Augustinus. quod tunc maxime licet sperare, cum Deum benignè domitorem admittimus. qua ratione tunc castigationes admonentis Patris sunt signa, non irascentis, & damnantis iudicis. Etenim insignis est pœna conniuere peccantibus, & animam sinere sine fræno. illique largiri impunitatem, prosperitatem, diuturnitatemque peccandi. etsi hanc inscij non damnum, sed lucrum, non pœnam, sed beneficium censeant. cum tamen desperatæ animæ sit indicium sine impedimento peccare, & prosperos habere maleficiorum successus.

Rom. c 8.

In Psal. 74.

Psalm. 102.

In psal. 55.

In psal. 36. con. 2.

12

Igitur omnem animi propensionem ad caduca, transferamus in Deum. *tunc omnia amabimus propter illum*, ait Augustinus. *Si amor fortis est, vt mors*, consequens est, vt vi diuini amoris veluti exoluti à corporea mole, libero, celerique volatu petamus cœlestia. horrentes ea, quæ nobis impedimento sunt ad assecutionem huius immensi boni. Quo circa nobis cordi erunt aduersa, cum nos à caducis absterreant. nam si Dei Ducis ductu omnia reguntur, confitendum est, eius vo-

Sextum. Hom. 38. inter 50. Cant. c. 8.

Digitized by Google

luntate talia nobis contigisse aduersa. Quærens Augustinus,
In psal. 36. *Qui sint recti corde?* respondet, *Qui omnia quæcumque in hac vita patiuntur, non ea tribuunt insipientiæ, sed consilio Dei ad nostram medicinam.* Hos malis pressos sapienter monebat
Iob c. 4. Iob dicens, *Recordare obsecro, quis innocens vnquam perijt? quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem flante Deo perijsse, & spiritu iræ eius esse consumptos.* nam sicuti sapientia diuina permittit improbos ad scelera ruere, (quorum merces est æterna damnatio) ita vult probos exagitari calamitatibus, ne vltra quàm decet sensibilium intuitu, vel vsu delec-
13 tentur. Quod si medicorum nemo adhibet pharmaca, nisi ægroto, aut propendenti ad morbum, quanto magis sapientissimus Deus? ergo his medicamenta propinat præsertim, qui præsentis peregrinationis voluptatibus dediti, oblitioni mandarunt cœlum. quibus nisi succurratur purgationibus, lethifero laborabũt animi morbo, & interibunt immedicabili morte.

Septimum. Desinamus igitur inhiare, & insistere temporaneis, in quibus nulla inuenitur firmitas, sicut nec constantia temporis.

Pet. in con. Trimal. *Moneo moneo ponite curas.*
Gerg lib. 3. *Cursu præcipiti ruit ætas.*
Et fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Psalm. 72. & Dauidica firmitate animi dicamus, *Quid mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Quicquid quæsierimus summa animi contentione an simus affecturi ignoramus, nec quidem alicuius ruisculi angulum, at vero si pio labore voluerimus Deum adi-
Isai. c 83. pisci illum insequentes omnino complectemur. *Tunc invocabitis, & Dominus exaudiet, clamabitis, & dicet, Ecce adsum,*
Hier. c. 29. dicebat Isaias. & in Hieremia, *Quæretis me, & invenietis: cum quæsieritis me in toto corde vestro.*

Apoc. c. 3. Imò ipse corda nostra stimulis pulsans ait, *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* quo circa priusquam illum appellemus, iam ad nos ipse se appulit; vt nostras à se voluntates auersas corripiens terreat, vt territæ ad diuinum confugiant patrocinium per filialem amorem. in quo certo certius præsentium laborum nanciscemur quietem, & spem sempiternæ beatitudinis.

Psalm. 118. Ergo vere *Declaratio sermonum Dei intellectum dat parvulis.* cum ex illis piæ animæ comperiant, temporalium rerũ lucra quandoque nobis fieri lethalia, cum sepiant, & obsideant iter, quo ad Deum pergimus. in quo solo (extinctis luminibus huius vitæ,) plena pax erit, & perfecta de inimicis victoria.

Digitized by Google

toria. tunc deinceps nulla fœda concupiſcentia erit noſtrum in Deum amorem reuocans, aut retardans, mortalitate in immortalitatem mutata. idcirco omni abolita animi ægritudine in ſumma fœlicitate lætabimur. tunc *Deus erit omnia in omnibus*, vt dicebat Paulus: vt omnem cuiuſuis alterius boni adimat concupiſcentiam. Itaque expers effecta mens noſtra malorum omnium, & bonorum omnium onuſta, ſempiterna, & mirifica lætabitur voluptate. Cho. 1. c. 15

Quomodo inſtituenda eſt vita noſtra, vt verè viuamus. Caput XXXIV.

FOelicius, abſolutiuſque animi merores compeſcuntur Diuinarũ literarũ eruditione, q̃ quouis remedio. Illato ab illis interius lumine, quaſi quodam acuto gladio, ſecando animam à ſuis improbis paſſionibus, palãque faciendo errata corripiunt hominem. etenim non niſi detecta malignitate criminum, eorum nos pœnitet. Quo circa ratio (natura boni auida) nunquam omnino acquieſcit ſenſibus, ſed interno clamore teſtatur, ſe ab illis accipi illiberaliter, quaſi à ſeuo tyranno. Nam iſte non ſouet, ſed vaſtat ciues, vt nequeant ſeruitutis iugum excutere. ſic profanus ſenſus ementito titulo amicitiæ ad tyrannidem properat animæ: in eam inſiliens, per quam inſoleſcere admiſſum fuit. Idcirco vtrũque genus vel mœſtarum, vel lætarum rerum corrigere, non eſt leui ponderis negotium; cum iſtis ancillari aſſueuerit ratio. Tunc vita eſt grauior omni morte oppreſſa libertate. Etenim ab illarum grauitate proſternitur ſemper vita, & quandoque deletur. Hinc, Amice, non illum viuere cenſendum eſt, qui aſſidue ingurgitat mœſtitias, ſed diuturniori morte ſe conficere; cum ad cordis leuamen non attrahat ſpiritum, ſed ſuſceptis amaritudinibus, ſibi aduocet mortis cauſam. Quare ſapientes vt ſpiritum hilariter ducant, remouent id omne, quod moleſtum eſt. ideo excutiunt, quæ labefactant integritatem animi ſic quidam in ſuo ſepulchro inſcribi mandauit, vt Lipſius refert.

Mortales dum vinite vinatis. Satur. 1. cap. 19.

Illorum conſilia conſueſcunt eſſe veneranda, quæ ab experientia ſuam duxere originem. ideo nauigantium, præliantium pericula audimus libenter, et qua ratione illa declinent. nam ſimilia à cæteris relata, eloquentiam oſtentant, non experientiam. *Quæ optima eſt ad veram vitam inſtitutio.* vt dicebat Polibius. & Propertius, Polib. li. 10.

Digitized by Google

Prop. 3. Elg. 11. *Venturam melius præsagit nauita mortem,*
Vulneribus didicit miles habere metum.

Nicho. 7. cap. 13. Experientiam temporis affert longitudo. idcirco pueros posse esse mathematicos docebat Aristoteles, non autem prudentes. Experimento itaque callentes, vt peritos artis certò suscipimus, & veneramur. Præsertim tunc, cum è vita migrarunt, omni abolita suspicione mendacij. tunc consulentes morituris syncerius cõsilia tradunt. Quare quidam Nos monuit, Dum viuite viuatis. Primo viuimus, si ad Dei castra confugimus. Secundo, in illo statu semper inundamur lœtitijs. Tertio, auersamur multorum consuetudines. Quarto parato animo aduersa tolerabimus.

Primum. 2 Quanta anima est præstantior corpore, tanto mens præstat oculis. isti à graui læduntur sensibili, impreportionate distans non agnoscunt, senio confecti hebetudine laborant, sæpius agitantur morbis, & tandem dura cæcitate. At mens perficitur, quo magis excellens intelligibile admiserit, nec distantia obiecti intellectioni obest, cum eius gestet imaginem, assuetudine intelligendi viresc it: cum sit senij expers. Et si sit illæsa à temulentijs culparum, ablegata obliuione æternitatis, ad Deum vsque peruadens, cernens acutissimè diuina, in omni genere officiorum insistit, quibus se præbeat dignam expetitis fœlicitatibus. Nam si ad beneficium morituro rum orbium Motores agitant illos irrequieto motu, Mentis agitatrix gratia sinet eos torpere otio, cum Dei spiritus sit mobilior omni re attollitur tunc illa, & accenditur ad omnia pietatis officia, nescіens pigritia languere. cum sit insatiabilis huius boni appetitus. exardescit semper ignis iste diuinus se deducendi ad Deum, percepta suauitate cœlestium.

Quis sit Hæret. Ideo peritè dicebat Philo, *Quotquot verè viuunt matrem habent sapientiam, sensus autem vtuntur seruitio. in hoc à natura factum existimantes, vt sit minister ad parandam scientiam.* Quamobrem talis mens Deum deprecatur assiduè, vt eradicatis prauis inclinationibus per christianam disciplinam, vberes inserat virtutes, à quibus prouentus assiduì fiant sanctarum actionum.

3 Receptis virtutibus, quasi seminibus, se ipsam promouens ad nouam sobolem, non desinit parere Deo. Nam tale honestissimum studium accenditur exercitatione. & sic paulatim per pietatem in pietatem accensus, maximum malum sui amorem depellit Animus. Prosperè tunc nauigans huius vitæ cursum, aspirantibus à puppi auris sanctarum operationum, Deo gubernante abstinet à quouis profano opere. Nam cum duplex sit hominum genus, alterum viuens ad constitutum ra-

tionis

tionis inſpiratæ à Deo, alterum carnis prurigines ſequens, primum verè viuit, quia diſolutis vinculis mortalitatis per amorem immortalia ſequitur. tunc per verũ vitæ principium, verè operans, verum finem, & perfectionem venatur. Anima namque à peccatis pura, magis gaudebit famulans Deo, quàm ſi totius mundi potietur imperio. maxima tunc fiet quies animo, nihil contempſiſſe ex Diuinis iuſſionibus, ſed impigrè ſeruaſſe mandata; imò ſupra vires conaſſe exequi cuncta.

Sola Anima quæ ſancta cõcipit deſideria, & operibus profert, lætè viuit. talia non modo conferunt, ſed inferunt neceſſario lætitiam. enimuero pediſſequa ſanctimoniæ animi tranquillitas eſt, hinc quantum quiſque pietate potitur, tantum tranquillitate fruitur, per præſtantiam obiecti, per interminabilitatem poſſeſſionis, per certitudinem donantis vitam æternam. Adde quod talis ſyncera lætitia, nec volubilitati fortunæ ſubeſt, nec humanis inſidijs, & ſpe cœleſtis patriæ alitur ſuauiſſimè. ſciens ſe in iſtis ſanctis operibus Deum motorem habere, adiutorem, & cooperatorem & tandem affuturum remuneratorem. Nam licet pietas in terris ambulet ſe ſe tamen attollit in cœlum; vbi Dei guſtato nectare ſemper læta viuit *Deus vna & ſimplici voluptate gaudet*, vt dicebat Ariſtoteles. Et eſt ſua contemplatio. *Neque enim motionis tantum ſed immobilitatis etiam operatio eſt.* vt idem dicebat. & ratio eius eſt, *Quia magis in quiete, quam in motu voluptas eſt*. Qua propter mens liberat ab externis, & internis tumultibus per acceſſum ad Deũ præſertim lætatur. Nam ſi cogitationes per mundi concupiſcentiam iactant vltro citroque mentem, illis firmatis per Dei contemplationem, anima ſibi gaudia conciliat. Secundum. 4 Nim. 7. c. 13

Igitur fœlix eſt omnis anima illa, quæ vitæ innocentia pollet. Conceptiones tunc eius non timorem pariunt æterni ſupplicij, ſed ſpem ſummæ beatitudinis; non morſum culpæ, ſed gaudium meriti. etenim veluti pœna agnata eſt animæ, quæ ſciens & volens, culpam admiſit (nam peccatum eſt natura ſæuum, & pœnis inſatiabile) ita quoties anima ſua erga Deum integritate conſtat, remittitur; vt laxata à vanis curis potiatur tranquillitate. 5

Enim vero vt magnus dolor ſupprimit inferiores, ita magna lætitia inferiores lætitias. at ſapientes cũ preſtolẽtur p̃miũ promiſſum Abrahæ. *Ego merces tua magna nimis*. totum quod oculis offertur, auerſantur concupiſcere. Permanenſque cum fœdere ſemel inito cum Deo, in cultura virtutum occupatur, dilatatur, lętatur. Quo circa peritè dicebat Philo, *Sapientiæ finis luſus eſt, & riſus*. qua ratione illorum vita gaudio Gene. c. 15. De Plant. Noæ.

Digitized by Google

dio plena est, & hilaritate. & licet nõ sẽper cõsenuerint ętate, cõsenuerũt cõsilijs, quibus macerata deliberatione tm ætherea spectarũt. qua purissima cogitatione tepescũt, resiliũt reliquæ affectiones, quæ si seruiunt silent, si dominantur, rationi imperant vt cõticescat. Itaque solius sapientis mens lætè viuit cum potiatur synceris fœlicitatibus, reiecta caligine corruptibilium.

Nec solum ex indefessa custodia mandatorum Dei lætè viuit Anima, sed etiam quia non patitur rerum vmbris deludi, & circumueniri. (licet primaria sit illa causa) sed intra limites honestorum desideriorum se continens, omne illud fugat, ex quo profluunt angustiæ; vt inter cætera est honorum auiditas. Nam & si horum inopiæ, nos inglorios efficiunt, reddunt tamen quietis opulentissimos. enumuero talia non ad quietem mentem dirigunt, sed ad superbiã, sed ad luxum. ex quo necessario oritur saltem cum interno affectu ambitionis conflictatio.

Neque talis ingluuies compesci potest, cum iuuenescat vsu. sicuti nec ipsæ aquę calidæ scaturientes in maris medio ab inundantibus tot seculorum fluctibus usquam potuerunt extingui, cum à perenni indesinentique erumpãt principio. sic ab inferiori anima fluunt perpetuo affectus, quos nisi compescuerit ratio, irrequietus erit animi status per indesinentem passionũ tumultũ. Tunc maxime plectitur homo, qñ mitius agẽs cõniuet affectibus. incũbũt tũc sæuiuis vt reciditui morbi Quamobrẽ in psanis desiderijs nõ est satis præsidij ad vitam ducendã tranquillè, sed multum amaritudinis ad illam conficiendam indesinenti moerore: saltem cupiditatis malo.

Trin. c. 1. *Inuigilat iugum iniquitatum nostrarum*, dicebat Hieremias. *Et imponuntur collo nostro durius*. Quoties illas repetimus;

Annal 14. *Vetustate imperij coalita audacia*, dicebat Tacitus. Enim vero quouis acquisito temporali bono, se semper extendunt nostræ cupiditates idcirco infertur, genus tranquillioris vitæ cõsistere in pietate morũ, & affectuũ parsimonia, & castimonia Ergo succidẽda est omnis cõcupiscẽtia, & earũ rerum potissimè, quæ populari extolluntur laude, vt honorum, vt dominatus. nam difficilis est eius curatio, & serpit illesas partes vitians, ut cancer.

Quo morbo fœdatus animus nec sibi quidem placet. *Am-*

In Pace. *bulet vt cancer vita, haud effeceris vnquam*, vt dicebat Aristophanes. & Plinius docuit, *Cuncta animalia præstare homini, quia vitio carent ambitionis*.

Pli. 2. c. 7. A quo quandoque lacerantur, veluti à captis feris venatores, & fiunt præda depredatarum ferarum. cum suos ludos sensuum in tyrannidem tran-

trãsferant mentis. Quin potius cum eius videntur ſatellitio ſuciri ad gaudium, derepente poſſeſſores honorum deludens, obruit lachrymis. Igitur quem quærimus Magiſtratum, auget dolorem, dum animi ambitionem non curamus excindere. ſic tibi conſulanti vires ſuper eſſe videtur, quibus denuo adipiſcaris honorem. & ita falſis imaginibus malum ingraueſcit. Quocirca irrequieta fit paſſio, & mœror infeſtus. Enim vero ad vitam trãquillè degendam, non conferunt dignitates, ſed fuga 6
à culpis, & pietatis ſtudium. in quibus animæ reperitur ſalus, & opulenta quies, & non inuiſus theſaurus. cum nulla ſit apud vulgum talis boni cupido. Tertium.

Qua propter Anima ſapiens ſecum circumferens hilaritatẽ ſolitariè degit, ne diſſimilium turbetur moribus; vt abſit ab inſidijs, & vt omni ſublata interpellatione, ſuæ quieti vacet. Ita maximè miteſcũt pij, deliniti interna & externa quiete, ſicuti efferãtur mali ſolitudine, ſuis incũbendo ſceleribus. Quo magis à tumultibus abſunt probi, & à muneribus publicis, eo liberius repetendo ſacras contemplationes, ſuauius vitam ducunt. In multis enim obrepſit quies infortunij ſpecie. cum cogerentur ſolitudini ſe dedere. Qui præguſtata, amaris gemitibus deteſtati ſunt præteritos labores, quos voluptatum loco amplexati erant. Confitentes, quod ſi ſumma contentione per parta temporalia animi quietem quæſierint, nunquam illa ſunacti erant, ſed inanem ſpem, & vanas rerum vmbras. Id circo experti ſunt, non à fortuna oriri malum, ſed ab imprudentia, quæ ſibimet inſipienter accerſit ærumnas per ambitionem. 7.

Mortales non modo aliter de eadem re iudicant, ſed aliter quandoque quàm alias. nec modo agente Deo ſuauitate gratiæ, ſed etiam negotiorum experientia. modo de hoc diſſeramus, poſtea de altero. Sylla cũ externos hoſtes fudiſſet imperij, & domeſticos, quorum sãguine Rẽpublicam mercatus eſt, ſe vltra Dictatura priuauit, perteſus molem imperandi. & ſic conſeneſcens ruri fato functus eſt. Diocletianus anno 20. ſui Imperij ſpontè ſe Principatu abdicans in proprio agro diem ſuum obijt. Carolus Quintus noſtra ætate hoc idem temperantiæ admirandum argumentum edit. Qua de cauſa dicebat Plutarchus. *Si à magiſtratu quopiam excidiſti, ruri vitam age, ita enim circa tua priuata negotia ſatagens, nullo tibi alienæ exhibito negotio placidè viues.* & Seneca, 8
Appia. li. r.
Lœtus de Deo Nem.
De Tranq.

Non alia magis eſt libera, & vitio carens
Rituſque melior vita, quæ priſcos colat.
Quàm quæ relictis mœnibus, ſyluas amat. In Hippol.

Fugatis tunc humanæ ſuperbiæ, & ambitionis ſtimulis in pace

pace compositi viuimus. Ouidius ita,

De Pōt. 2. *Tempus in agrorum cultu consumere dulce est.*

Liui. lib. 3. Quamobrem domitis Equis, & Volscis, cum de eisdem triumphasset Quintius Cincinnatus, Dictatura se abdicans, rursus tranquillis agriculturæ operibus se mancipauit. forentia enim tumultuosam transigere vitam cogunt, & assiduè cū difficultatibus negotiorum certare. ideo in pugna sunt semper, nunquam in pace forenses.

Verum illud alterum genus quærentium solitudines, non modo quæsierunt siluarum, montiumque latebras, sed in ipsis met eriptis cuniculos agebant, non vt per arcana telluris foderent aurum, sed ne alicuius appulsu, studia orationis, & meditationis intercciderentur. sic abiecto strepitu curarum,

De vita Moy. 1. stabilius hærerent, & famularentur pietati. etenim *Bonus vir nihil proprij possidet, sed nec se ipsum quidem*, ait Philo. Auxiliare Dei verbum animos illorum fouens spe vitæ æternae, eximit à molestijs. ideo semper sunt, *Spe gaudentes*. quod

Rom. c. 13. gaudium affert, omni temporali bono suauius. Nam veluti oriente Sole illustrantur terrestria, & cœlestia absconduntur, ita posito occasu terrenarū cupiditatū, tunc scintillantibus virtutibus, vera quies apparet, & animi pax. In quo statu verè

9 viuimus. exercentes mentis opera, quibus venamur vitam perennem, quibus multis vsui sumus per exemplum probatæ vitæ. Ideo tales nunquam minus soli sunt, quam cum soli sunt, Dei perfruentes colloquijs. Qua ratione præsentia vincunt, & fallaces sensus, se deducentes ad cœlestia. Nam etsi in corporibus, veluti in Arca, affectionum immanes, & indomitas belluas circumferant, nihil non cicurant cultura virtutum. idcirco inhabitata loca maximè illi cordi erant, vt minus instructa iaculis tentationum. quare dicebat Augustinus, *Minus voluptatibus stimulatur qui non est, vbi est frequentia voluptatū;*

De Sing. Cleri. *& minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non videt.* Itaque qui latebras fugit, fugit fœlicitatem, ita domicilium paratur virtutibus. Cum solitudo extiterit scientiarum inuētrix, vt constitit in Sacerdotibus Ægypti. Visionis Dei adiutrix, vt in Moyse. Parsimoniæ amatrix, vt in Elia. peruicax

10 sanctimoniæ secutrix, vt in discipulis Christi fœcunda schola pietatis, vt in Anachoretis.

Hinc in quibus talis constitutio animi per pietatem aderit, imperturbati manent, Magni Dei erecti fiducia. ita testatur

Quartum. Psal. 76. Dauid, Animam suam renuisse consolari, effectam tamē memorem Dei delectatam esse. ideo aduersis obuiam eant con-

In Orat. Alex. Max. stanter. *Enimuero, sicuti quæ cum voluptate agimus, sunt dulcia, ita quæ cum virtute gloriosa.* ita Herodotus. Quamobrem

sicuti

Digitized by Google

ſicuti per prudentiam ſciunt, *Circulum humanarum rerum non pati ſemper eoſdem eſſe fœlices vel quietos*, vt docebat Herodotus. & Cato cernens Magni Pompei fortunam non eſſe proſperam vt antea, dicebat, *Magnam in gubernatione, & facto Dei eſſe incertitudinem.* Rationem attulit Epictetus, *Non eſſe omnes exoſos Dijs, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur, ſed eſſe arcanas cauſas ad quas paucorum potuit peruenire curioſitas.* Quo circa prudens non gemit, non plorat in malis, ſciens ſui eſſe muneris illa tolerare, non tollere. *Bonum eſt enim dum adhuc nauis eſt in portu præcauere tempeſtatem, & non eo tempore, quo in procella incideris trepidare.* ita deponi poſſe videtur ſarcina noſtrarū calamitatum. *Etenim ſemper miſeris eſt intempeſtiua contentio*, vt ait Appianus. & mentis deiectio eſt inconſtantiæ vitium. *Hinc pacata malorum perpeſſio, quæ nobis nolentibus accidunt ſummopere plagas fortunæ coercet, vt teſtabatur Ioſeph.* & Seneca docebat, *Summum bonum eſt animus fortuita deſpiciens, & virtute lætus.*

Horod. l. 1. Icſe. de Bell. 2. c. 16. De bel. Hiſ. De Bell. a. cap. 16. De Bea. vit. 11

Enimuero vt Natura Camalenti verſatilem colorem tribuit, quo ſe tueri poſſet à Ceraſtarum ingluuie; & Tarandæ vt proxima quæque colore imitans, effugeret venantium ſtudia, vt Philo teſtatur, & Ariſtoteles. Ita à ſummo Monarcha homini eſt tributa conſtantia, qua mœrores fugaret, & viueret erecto animo. Semper namque talis virtus, pietate fulta, frangit, fugat, & euertit inſidias, deinde triumphat.

De Temuſ. *De Admir.*

Ita ſatis certius ſciunt, quod qui è mortalium genere pietate ſunt imbuti. A *Numine Diuino eximio honore, & ingenti affecti ſunt*, vt teſtabatur Ariſtot. referens abrupta cratera Ætnę, cum torrentis more igneo flumine vaſtarentur omnia, duos robuſtos iuuenes ætate confectos parentes humeris ſubſtuliſſe. at cum ignis inſequens videretur oppreſſurus illos, huc illucque diuiſus pios iuuenes præterijt. ſed noſtra digniora, & certiora referamus. Carnifices otto, qui torquere iam coeperant ſanctam Martinam Virginem, contra ſe iratos ſenſerunt Sanctos Angelos, à quibus eadem illis inferebantur tormenta, per quæ affligere laborabat Martyrem. quamobrem ſanctam ſuſcipientes fidem, vna ſimul ad cœlum per martyrium aduolarunt prima die Ianuarij. Præciſa lingua, eruciſque oculis à S. Mena, cum paulo poſt illa reſtituiſſet Deus, præſtantia miraculi obſtupefactus Iudex, abdicata gentilitate, pro Chriſti religione ſanguinem fudit. Quid mirum igitur ſi flamma ceſſerit Copres, ſi ſerpentes Didimo, ſi Crocodillus extulerit Hellium. etenim cum admiranda ſit vis pietatis, parat ſibi Dei auxiliares virtutes in omni rerum neceſſitate

De Mun. c. de Deo. 12

Digitized by Google

Quo circa qui delere cupiunt, ſeruant ſæpe inuaſum. Quod
Exod.c.3. inconſumptus ignis viſus à ſancto Moyſe portendit; Non perituros qui affligebantur Ægyptiorum inhoſpitalitate, ſed iſtorum conatum omnino irritum fore, incolumibus ſeruatis Hebræis. Ergo inſiſtendum eſt mandatis diuinis, ſic temporanea potimur lætitia, & æternam Dei conſuetudinem ritè ſperamus.

Nihil ſtabile quod percipitur ſenſu.
Caput XXXV.

OMnia, quæ ex materiæ educta ſunt ſinu, quæque ex illa conſtant, corruptionibus affici, & tandem deleri neceſſe eſt. neq; hoc quidem rationibus oſtendere oportet, cũ oculis intueamur. ideo cuncta, veluti hiſtrionico perſuncta munere, ex hac vniuerſi ſcena euaneſcunt. etſi quædam ſui deſerant monimenta, paulo poſt tempori coacta cedere, abſumuntur. Ita à ſupremo illo Muneratore Deo omnia inducuntur in orbem, quaſi ſint in verſatili ſcena; vt paulo poſt nouo rerum aſpectu diſcant mortales, nihil verè ſubſiſtere, ſed omnia ad ſenium deduci, & ad mortem. Nam licet vnicuique rei ſint partiti ætatis gradus, per quos creſcendo aſcendant, & decreſcendo deſcendant; tamen his terminatis, deficiunt, abeunt, corrumpuntur. idcirco vt antecedenti motu quod vis ad profectum tendit, ita ſequenti in deterius labens properat ad occaſum multiplicibus rationibus. hinc quę coeli fouentur complexu, non ſolius lenibus naturæ legibus corrumpuntur, ſed vi quandoque aduerſantium; vt frequentius fierent rerum repueraſcentiæ. & ita indefeſſum eſſet naturæ opus.

Metamor. lib. 15. *Nec ſpecies vna cuique manet, rerumque nouatrix*
Ex aliis aliàs reparat natura figuras.

Quapropter in montibus parres adnaſci, (vt de hoc elemento incipiamus differere) perſpicuum fuit his, qui hoc obſeruarũt. non quidem ſemper breui, ſed diutino tempore; cum non eadem celeritate creſcant vt arbores, creſcunt tamen ſenſim. etenim in eorundem viſceribus aliquando inuenta ſunt dolabræ, & mallei, quorum miniſterio lapides olim effoſſi fuere. & Effoſſa loca Adamantum rediuiuis incrementis repleri ſpatio trium aut quatuor annorũ, teſtatur Ioannes Vgo, & Ariſt. quare talia corpora augeri certiſſimo argumento deprehenſum eſt. Attamen diu poſtea, quæ erant ſolidiſſima, putreſcunt per imbecillitatem, & tandem nimia inſtante ve-

Suis Nauig. cap. 85. de Adm. Audi. in Melio Inſula.

tuſtate

tuſtate abſumuntur. primo friabiles fiunt, & poſtea reſoluũtur in tenuem puluerem. ſicuti potentia materiæ nouas ſubinde formas appetens corruptionis, & generationis eſt cauſa, ita ſuperni imbrium lapſus hanc originem producunt, & corruptionem. cum madefactæ partes, & vi exuſtæ ſolis paulatim putreſcẽdo diſſoluta cõpage in puluerem abeũt, & ſic per vẽtos, vel torrẽtes paulatim deductus puluis quandoq; colliũ ſpeciẽ edit, quãdoq; æquatur ſolo. licet mãſuetiores partes mõtiũ citius, ſerius proteruiores reſoluantur. Atteruntur et non nunquam vi fulminum, vel ſcinduntur terræmotibus, aut ſurſum extolluntur ab igne, vel à vento; vt multoties talia videns admiratus eſt orbis. Nam Marco Æmilio Lepido, & C. Quinto Conſul. Anno ab vrbe condita 567. Vulcani inſula flammas eructans, magna hominum admiratione, emerſit ex vndis. ſub Claudio deinde in mari Ægeo inter Theream, & Theſariam, alia nata eſt inſula. an ventorum vi, vel ignium, acciderit ignoramus. ſcimus tamen, cum illis reſpirandi locus non daretur, ſed grauati ponderibus latitarent, eruptione facta, quaſi fractis cancellis ſuæ cuſtodiæ ſuperiora petentes, ſua ſecum trahendo pondera, inſulas formauiſſet. Nam quando iſta reſpirare contendunt, incluſa vis erumpens, ſecum trahit pondus, à quo præcludebatur. ita puluueris pirij accenſus ignis, quoties ex cunicolis erumpit, per aerem extollit arces. quam obrem non noua generatione illæ inſulæ editæ fuere, ſed violentiſſima eruptione apparuerunt, quæ deliteſcebant ſub placidis aquis: vt perpetuo inde verberarẽtur vndarũ proteruia.

Hinc conſtat, graues partes telluris, quæ ſolis piſcibus alimenta, & domicilia gaudebant præbere, quietem ſibi vendicare non potuiſſe, cum ex ſuiſmet viſceribus ea erumpant, quæ quandoque illas demoliantur, & diſſipent.

Sub Conſul. Q. Fabio Maximo Pictore, & L. Quintio Gutone, anno ab vrbe condita 484. in Caleno agro repente erumpens flamma ex ſciſſo hiatu tribus diebus, & tribus noctibus æſtuans per quinque agri iugera omnia vaſtauit. Lelio Martio, & Sexto Iulio Conſul. Anno ab vrbe condita 663. in Ænaria ex ſolo nata flamma ad coelum emicuit.

Terræmotuũ ingẽs eſt vis, cuius duo afferamus exẽpla. In ipſo belli initio (quod maximopere lugubre fuit Romanis in Traſimeno lacu) adeo vehemens fuit, vt vrbis diruiſſe, montes traſtulliſſe, fregiſſe rupes, flumina retrorſum abiiſſe, referant Auctores. Nicomedia caputurbium Bitiniæ, Conſtantij tempore. non modo conuulſa fuit terræmotu, ſed penitus abſorta. Paul. Aqui. lib. 3. Ammi. l. 17.

Tranſeamus ad alterum elementum. Aquam marinam in- A

Digitized by Google

cessanter lambendo, & abradendo terras sæpe nouimus latius suos limites protendisse. adeò vt quæ à littoribus longè aberant, nauigabilia effecerit, & quandoque durius continentem inuasisse, & oppressisse ciuitates: Pelopónesi illæ ciuitates Ægira, Bura, & Helice, ab vndis submersæ vna cum ciuibus miserè perierunt, vt ait Philo. anno ab vrbe condita 365. Et Atlans Locrétium ciuitas, repente maris impetu à continente abscissa, in insulam desolata est. vt refert Paulus Aquilegiensis.

Quod Mundus, &c. Paul. Aquil. lib. 2.

Celebrè quoque est quondam Italiæ adhæsisse Siciliam. sed cum vtrinque mare violenter concurreret, disruptis terrarum ãgustijs in vnum confluxisse illuuiem. qua de causa ciuitatem proximam appellarunt Regium, vt per tale nomen (quod fractum significat) talem auulsionem denotarent, vt ait Stephanus. & nostra ætate, nec semel quidem, Zelandij lachrymabundè viderunt aliquas ex suis insulis aquis obruicum insanièti oceano nullum firmum claustrum opponi possit. nam quassatis aggeribus occupat campestria. qua inundatione ciuitates, & ciues, pereunt. Atlans insula maior, quàm Asia simul, & Africa, (vt asseruit Plato) intra vnius diei, & noctis spatium, ingenti terræmotu, & inundatione, sub aquis marinis perpetuo delitescere compulsa est.

Stef. de Vbribus.

In Timæo.

Aliquando vero tellus mare protudens partim decedentibus aquis delitescentes insulas nostris offert oculis, (quare à Pindaro Delus vocatur Pontifilia.) aliquando ita audaciter reluctatur vt illis abire compulsis, veluti semo confectis, & morte, ibidem consiti sint arbores, & satæ fruges, vt nouo domino noua penderet tributa liberius, sicuti vi subacta olim hospitauerat hostem. Nam longè, latèque stagnauisse huiusmodi aquas, & quasi masculeo robore domuisse magnas telluris partes constat argumento prioris inundationis, cum cochas, Zeopita, marinosq; calculos, & huius generis quàmplurima, quæ marini fluctus solent in littoribus abundè euomere, ibidem inueniamus, vt in meditullio Siciliæ, in Daunia, & alibi sæpe. In nostro perillustri cœnobio Casinensi dum sculptores magnum viuum lapidem efformarent, illum collocaturi in chori fornice, discissis partibus vidimus piscem ita affabrè elaboratum in altera lapidis parte, vt à nullo peritissimo viro potuisset scalpello exquisitius elaborari, & dolari. erat enim cubitalis magnitudinis. arbitrandum est, stagnantes aquas in illius monticuli vertice eum produxisse, qui (indurescente & lapidescente limo) paulatim in istius sit versus naturam priori seruata specie. qua ratione sui spectaculũ nobis periucundum edidit post multorum annorum centurias. idem ferè refert

rè refert Aristoteles, *De Admirandis Auditionibus. Numero 50.* 4

Loca igitur aquis obruta, postea fuerunt vinctis consita. cum alicubi crescat mare, & alicubi decrescat. Nam etiam perennes fontes multoties videntur aruisse, aut exiccatis, aut impeditis initijs, quibus illis communicari non possit maris aqua: vel quia sibi aliunde aparuerunt alueos. idcirco priori destituta sede emersērūt alio in loco. Itaq; inuadunt marini fluctus continentē, & à cōtinēte nō nunquā arcētur æstuario motu. nā postquā per littora sunt diffusi, refluere aliquando coguntur; vt appareat perenne esse bellum istorum elementorum. sic cū alternis vicibus sint victa, & victricia, docent quæcumque sunt orta ad interitum properare. quod etsi aliquibus serius contingat, omnibus tamen euenit. Similia docet Plinius ita. *Nascuntur nouæ terræ, partim fluminum inuectu. sicuti Echinades insulæ ab Acheloo amne congestæ, & maior pars Aegypti à Nilo, partim secessu maris, vt eidē de Circeis: quod accidisse in Ambraciæ portu, decem millium passuum interuallo, & Athenienſium quinque millium ad Pireum memoratur: & ephesi, vbi quōdam ædem Dianæ alluebat Herodoto quidem si credimus, mare fuit supra Memphim vsque ad Aethiopum montes.* Plin. 2. c 85.

Nec etiam negari potest, mortem contingere aeri, si nimia fuerit affectus siccitate ab igne, aut frigiditate ab aqua. tunc inuasus transmutatur in istis, & interit. sed notissimum est cor rumpi, potissimē, quando pestifera contagione inficitur. etenim quando illæsus est, est etiam innocuus. (vt fit flantibus auris septentrionalibus) tunc hausto purioris spiritus animalium incolumitati, & fœcunditati magnopere consulitur. at quando lethali est vitiatus humore, mortem infert suis habitatoribus. ideo mortales illum igne corripere satagūt, nam tabita expulsa qualitate ab eo seruantur. aut vi antidotorum, vt triacę, Mitridatis, Scordij, Zedoarię, āgelicę laspergij: aut rebus odoratis, vt aqua rosacea, vino, aceto, floribus sambuci, rubētibus rosis, coriandro, cinnamomo, gariofillis, cortice mali medici. dispellunt hęc, similiaque aeris contagia. quę vltro, citroque reciprocato anhelitu, inficiunt animalium hominumque prēcordia. à quibus sępissimè vastatum est nostrum gēnus. ita vt primo faciendorū funerum ministri non sufficerēt, deinde non essent. vt cōtingit Romæ sub Cecilio Metello, & Fabio Max. Consul: tunc magnæ domus vacuæ viris, & plenæ mortuis remanserunt, largissimæ intus hæreditates. & nulli penitus hæredes. ideo cæteris approximandi ad vrbem negabatur facultas. tam sæui vndique exhalabant putores ex- 5

cada-

Digitized by Google

cadaueribus tabescētibus sub tectis, atq; in suis stratis, vt Paulus refert. sub Nerone, sub Vespasiano, Tito, Traiano, Marco Aurelio Gallo, & Volusiano, tam dira luc vastata fuit Romana prouincia, vt nulla fuerit ciuitas, aut domus, quæ non esset peste correpta, aut deleta.

Paul. Aqui. lib. 4.

Nec aliud est pestis, quàm aeris corruptela, & interitus à salubri conditione, quamobrem quæ prius vt benigna mater mortales fouet, enocet deinde crudeliter veluti immanis nouerca. & eodem spiritu, quo temperauerat calorem cordis, inficit pestifera qualitate, ideoque dum misera animalia suæ nutricis, & tutricis libenter excipiunt aduentum, admittunt mortem. vt apertissimè fit in cripta Anij laci. ex qua tam pestilens virus exhalat, vt vix decies expirauerit, & respirauerit animal, quod non efflauerit spiritum.

A turbata aeris temperie lues induci solet; vt à tempestiua hyemis siccitate, à repentino veris calore, ab incongruo humore æstiuo, vel ab indigesta illecebra diuitis autumni, à putoribus cadauerum, vel à virulentis exhalationibus erumpentibus à visceribus terræ, quæ in altum delatæ maculantes aerem, perimũt homines. *Quandoque etiam ex solo spiritu, quo respiramus, lædimur*. Quandoque territant nos suis minacibus aspectibus ignium, gladiorum, lancearum, similiumque. euanescunt tamen vel absumpta materia, vel expleto opere territandi homines ad constitutum Dei. nam etsi hæc constant naturalibus causis; his quandoque vtitur Deus ad sua insinuãdum iudicia mortalibus. ideo dicebat Damascenus, *Plerumque Cometæ summorum Principum extremum vitæ diem portendunt, qui Dei imperio certis temporibus conflantur rursusque delabuntur.*

Gal. de nat. Hũ. 2. cõ. 2 &

De Fid. ortod. c. 7.

Aliæ vero prodigiosæ apparitiones in cœlo solius Dei voluntate causari probabilius opinari possumus; vt sunt spectacula confligentium militum in sublimi, ab his namque impendentia mala denunciantur. imminente clade Hierosolymis ab Antiocho, (vt refert sacra scriptura) territa fuit illa similibus ostentis. Per aera equites discurrentes, aureas habentes stolas, & hastas, quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordinem digestos, & congressiones fieri cominus intuita est. & cum illi extrema clades esset inferendi à Tito, stella omnino similis gladio desuper ciuitatem stare visa est, vt Ioseph narrat. Et prope solis occasum visi sunt cursus & quadrigæ in omnem regionem per aerem, & armatorum cohortes misceri nubibus, & vrbem circumdare agminibus improuisis, vt refert Paulus. & sacrum volumen ibidem ait. *Non propter locum gentem; sed propter gentem, locum Deus elegit.*

Macha. 2. cap. 5.

De Bello. 7. cap 17.

Paul. Aqui. lib. 9.

Mach. 2. c. 5

ideoque

Digitized by Google

ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum. Per Syllana tempora inter Capuam, & Vulturnum (anno ab vrbe condita 671.) ingens armorum fragor auditus est per plures dies, quasi duæ acies concurrerint. imò equorum, hominumque notata sunt vestigia, & recentes protritæ herbæ.

Hæc ostentarunt funesta bella ciuilia. in quibus centũ quinquaginta millia periere Romanorum, sine innumeris Italiae populis. vt dicemus cap. 37. Quamobrem ea quæ in coelis fiunt prioris generis ex exhalationibus per naturam fiunt: portendunt tamen aliqua, quæ ex eiusdem materiæ abundantia euenire possunt. Nam Anno ab Vrbe condita 288. Quinto Seruilio Prisco 2. Sp. Posthumio Albo Regillensi Consu. Cœlum ardere visum fuit. ideo annus ille pestilentissimus fuit pecoribus, hominibusque nimium enim aeris aucta siccitas accendit flauam bilem, à qua acutæ febres ortum habent. Quæ sunt sequentis generis moliri à spiritibus Dei ministris, ratio nos monet. sunt enim prænuntia irati Dei, & calamitatum. quibus signis prius terret, deinde territos cruciat. Ita instante Gotorum vastatione Italiæ, Martyr Euthicius reuelauit Redempto Episcopo Ferentinæ ciuitatis, vt B. Gregorius refert, add itis similibus ostentis. vel etiam dicendum, quod Deus, nos per timorem earum compescens, molitur, sua erga nos beneficia effundere, excisis vitijs per pœnitentiam. Dialog. 3. cap. vlt.

Ignis elementum corruptioni esse obnoxium in dubium reuocari non potest. ita se prodit illud, quod nostris inseruit vsibus. nam submini strata materia repuerascit, & desinente properat ad mortem. quæ conditio non solum est nostri impuri ignis, sed etiam puri, quod in concauo orbis lunæ seruatur. ambo impetuntur à corruptione. vnde dicebat Aristoteles, *A contrario corruptus extinguitur ignis, & à maiore absumitur minor.* confiat hoc, cum mutuo se consequantur generatio, & corruptio, vt idem docuit. Quapropter non modo aeris elementum, & ignis assidua altercatione mutuo generantur, & corrumpuntur, (vt perennis sit partium repuerascentia.) Sed in nostro quoque crassiori elemento satis aere viget generatio, & corruptio. refert Philosophus, *In Cypro insula in erarijs fornacibus, vbi chalcites lapis ingestus compluribus diebus crematur, bestiolæ in medio igne nascuntur pennatæ, paulo muscis grandioribus maiores, quæ per ignem saliant, atque ambulent.* Philonem quoque testem habemus, qui ita ait, *Necesse est vt totus mundus in omnibus suis partibus animalia habeat. quando primariæ partes eius elementa sibi apta continent animalia, terra terrestria, mare aquatilia, ignis ex igne genita, quæ feruntur plurima nasci in Macedonia.* De Cœlo 3. tex 50. De Gen. 1. tex. 17. Hist. Alium 5. cap. 19. De Gigantibus.

Quod

Digitized by Google

Quod si expers non est generationis hoc nostrum viuidum elementum ignis, certè illud purius; foecundius erit; cum eiusdem actiuitas sit remissior. & fortassè ita est, licet nostris obtutibus denegetur; vt pertinacius in nostra insciti philosopharemur.

Sed dicamus, quod dubietatis est incapax. ignis, & aer in suo confinio incessanter digladiando interimunt, & intereunt per partes pro varietate dispositionum. Quare in Lucanis cõburi coelum apparuit. Anno ab vrbe condita 554. Sulpicio Galba, & Aurelio Cotta Consul. Minturnis species affulsere ardentis coeli, Anno ab Vrbe condita 585. Martio Philippo, & Q. Seruilio Consul. Anagniæ etiam coelum nocte arsit, Anno ab Vrbe condita 592. Scipione, & Gñ Mario Consul. tunc aliquam partem aeris, & quidem impuri, ignem in sui naturam transtulisse censendum est.

8 Aliquando elementum hoc insequens materiam ad terram, vsque se proclinat. apertum argumentum huius rei sunt cadentes stellæ, quæ leuitatis oblitæ, dum combustibilem materiam insequuntur ad terram descendunt. Sub Lelio Furio, & Attilio Serrano, Anno ab Vrbe condita 618. Regium penè totum obsumptum est coelitus: cum nullum humanæ fraudis, & negligentiæ inueniri potuerit vestigium. Ita arbitror conflagrasse Sancium Sinarum prouinciam Anno nostræ salutis 1555. & omnem regionem circa ad passuum centum octoginta millia. in qua septem vrbes, & villæ omnes, igne de cœlo dimisso, & crebra aquarum scaturigine consumptæ sũt. vno tantum superstite puero seruato in summitate cuiusdam arboris. Melchior Nunnes hoc refert, qui tunc Cantone hospitabatur. Ita Albano monti contigit, qui nocte ardere visus est, Anno ab Vrbe condita 641. C. Cecilio, & C. Papirio Consulibus. Qua ratione sapienter docet Philo, *Duabus de causis potissimè corrumpi res terrenas, aquæ, & ignis nimia violentia. & vtriusque fieri impetus alternis vicibus post reuoluta multa secula. & quando ingruit exustio ex æthere deorsum feruntur fulmina ignea.*

Maffe. de rebus Iapo nicis lib. 2. Ep. Nũnes. Quod mun dus sit, &c.

Ita nefarios coitus Deus execrans Syriacam illam Pentapolim in cinerem redegit. mirando supplicio rabidos patratores demoliens. nam more fluentis fluminis indefinenter flammas deorsum ferri magno impetu voluit. quo incendio campestria, animalia, & homines demolitus est. perpetuisque in cineribus eam obruens, perspicuum argumentum dedit sequentibus vindictæ diuinæ. Quod etsi negari possit hoc contigisse diuino miraculo. tamen cum plerumque Deus operetur coagentibus secundis causis earum tunc summopere vi-

res

res auger, vt perficiat deliberata, cum proprijs viribus edere talia nequeant. fortasse tunc talis erat aeris dispositio, vt succedendi de facili posset, accensa fuit tamen diuinitus acriter supra naturæ vires. ideo ait Sacra scriptura, *Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram Sulphur, & ignem à Domino de cælo.* Gene.c.19.

Argumentum à simili fit hoc. Scimus ligni tactu amaras aquas dulcoratas fuisse à Santo Moyse. quod in commendationem artis medicæ refertur ab Ecclesiastico. qua ratione patet, aliqualem virtutem tali ligno inhærere; etenim si tota ex diuina virtute esset, nulla esset talis commendatio. Itaetiã patet in lethali cibo iam ingesto à prophetis. Eliseus illum farina corripuit. licet hoc patratum non fuerit citra miraculum, fuit tamen farina aliquale medicamentum contra colochinditas, vt sunt omnia lenta, & glutinosa, & inter cœtera amylum & farina ex tritico. Quando etiam septies In Iordane Naaman Syrus descendit ex mandato Elisei, & mundata est caro eius à sordibus lepræ, summopere illarum aquarum vires auctae sunt a Deo supra naturam: nam etsi illarum aquarum vsus, & rapidarum maximè, eluat scabiem cutis, & etiam lepræ; cum sua humiditate, frigore, & naturali dulcedine, temperet salsuginem pituitæ, aut vstam malinconiam, aut aciditatem bilis atræ, tamen Naaman nec tam celeri, nec tam celebri beneficio mundari posset ab aquis, quarum impares erant vires morbo, qui tam diutius inerat, & grauiter. De ijs preclarè disserit Vallesius de sacra Philosophia. Ita fortasse in maxima siccitate aeris, aucta virtute ignis supra naturam, dispositam insequens materiam descendit ignis vsque ad illas nefarias ciuitates, quas absumpsit diuino instante mandato, & ministerio Angelorum. Exod.c.15. Eccle.c.38. Reg.4.c.4. Reg.4.c.5.

Nec solum hæc subiecta orbibus corpora putrescunt, sed etiam illa, quæ his dominãtur, sunt corruptioni obnoxia. quod sacrorum voluminum oracula denotare videntur. licet discors interpretatio obstet, quo minus ita liberè fari possimus. cum non nullis ex grauissimis auctoribus videatur, innouari quidem illa corpora cœlestia in futura orbis constitutione, non quidem secundum substantiam, sed secundum motum, qui tunc omnino cessabit, omni abolita generatione in posterum: ideoque non informanti forma sunt prædita, sed assistente. ne perenniter quietura corpora essent exornata otiosis formis. Sed oppositam sententiam libentius sequor. cũ apertius huic faueant sacræ literæ. & naturalis ratio. Etenim ait Dauid, *Opera manuũ tuarum sunt cæli, & ipsi peribunt.* & Ecclesiasticus, *Quid lucidius sole? & ipse peribit.* nec dici potest perire, quia 10 Psalm.101. Eccl. c.17.

Digitized by Google

Isai.c.51. Iob. c.14. Apoc.c.21. eius desinit motus, cū de lumine loquatur solis. & Isaias, *Cœlum vt fumus deficiet.* & Iob, *Non resurget homo, donec atteratur cœlum.* & Ioannes ait, *Vidi cœlum nouum, & terram nouam.* & tamen cœlum nouum dici nequit, si tantum erit cessatio motus. quare tunc aut noua productione erit cœlum nouum, & terra noua; aut eodem fato quo elementa, ipsa quoque corpora cœlestia peribunt, & innouabuntur.

Interim secundum partes corrumpuntur, & generantur. & si harum rerum intuitus nobis denegetur ob maximam distantiam. vel fortasse quia raro tales motus illis accidant: cum superiora illa corpora sint veluti ex ære fusa, vt testatur Iob. tamen quandoque ex nouis stellarum apparitionibus demonstrarunt Astrologi, cometas aliquas produci in ipsis corporibus cœlestibus. qua ratione statuerunt esse corruptibilia, vt Augustinus refert. hoc idem præstitit doctissimus Tico. & Varroni placuit, Veneris stellam mutauisse colorem, cursum, magnitudinem, & figuram. & Plinius de Hiparco scribens ait, *Aliam testatur in suo tempore ortam esse stellam. quæ de causa hoc sæpius fieri arbitratus est.* & re uera post illa tempora multæ apparuere, quæ euanuerunt rursus. ex quo multorum animis insedit, cometas fuisse. quare intulerunt, corpora illa non esse corruptionis expertia.

Iob.c.37. De Genesi ad lit. c.10. Plin.26. c.6.

Ideo verè docuit Plato, *Quicquid genitum est, necessario dissoluetur.* & Aristoteles, *Quicquid est in potentia ad esse, est in potentia ad non esse.* & alibi, *Cuncta quæ à natura, aut artefiunt habent materiam, possibile est enim esse, & non esse vnumquodque hoc autem cuique materia.* & licet multis tales auctoritates non officiant, cum velint corpora illa constare ex materia actu, ꝙ si esset, satis esset futilis illa primaria diuisio entis vel potētia vel actus. At qui cœlo informātē formā inserūt, cogūtur manus dare. nā si aliꝙ est possibile ad esse est possibile ad nō esse. Nec tota potētialitas materiæ expleri potest, cū nec ꝙ nostrā immortalē aīam illi fiat satis. Vnde cōcludebat Auerroes, *Omne compositum est nouum, & possibile.* & Cicero, *Nullum corpus est sempiternum.* Igitur verè *Vanitati subiecta est creatura. à qua liberabitur in libertatem filiorum Dei.* quo circa satis probabiliter cum Lucano dicere possumus,

In Thimeo. Metamo.9. tex 17. Metamo.7. tex.22. Metam.12. tex.39. Disp.3. in Alga.fol.19 De Natura Deorum.3. Rom.c.8. De Bello Ciuili.7. 11.

Communis mundo superest rogus ossibus astra.
Mistturus.

Quod si simplicia corpora corrumpi, & extingui necesse est. frequentius hoc euenire mixtis oportet. cum compositio cogat componentia operari nō quidem omnino secundum suā naturam, sed ancillari præstantiori formæ. quare talia violenta quodammodo retinentur compage, idcirco quia vt pedissequæ famulantur, hinc reluctantur perenniter, æquo animo non feren-

Digitized by Google

ſerentes ſeruitutem. qua ratione mixta non ſunt perennis vitæ ſed ſenio conficiuntur & morte. Quod Sophocles ait,

Vnico Deo nunquam ſenectus,
Nec atra imminet mors, Sophocles.
Sed alia omnia miſcet ætas.

Mixtorum igitur diſſolutio, reuocatio eſt partium ad ſuas natiuas ſedes. quod ſi principijs ineſt corruptibilitas à natura, multo magis inſequetur compoſita. licet aliqua labantur obſcuris detrimentis: & eò vſque, vt non niſi poſterorum aetas talia collabi animaduertat, quæ priori ætati perennia videbantur. Itaque apparet, quicquid natura, aut arte gignitur, corrumpi. idcirco in rebus genitis nihil eſt firmum, ſed omnia neceſſario mutationibus, & interitibus ſunt obnoxia

Ita magnificentiſſima Romana ædificia non vno euerſa fato, ſuos tm oſtentant cineres, nam etſi illa nec igne, nec gladio dirui poſſe videbantur, vetuſtati cedere coacta, exeſa ſpirant inſignia ſui ſplendoris. Admirandæ etiam illæ Ægyptiorum Pyramides, (quarum ſuperbia longè ſuperat Romana monumenta,) fere dirutæ ſunt. earum maxima tercentum, & viginti paſſus per latera habet, gradus vero ducentos, & quinquaginta. & tamen moles iſta, qua parte Nilum ſpectat, ferè tota diſſipata eſt. cum ſeptemtrionales venti deferendo humiditatem ex Nilo, illam diſſipauerint. vt Bellonius refert. & Pauſanias teſtatur, *Omnium quas nunquam ſol aſpexit vrbiũ Maximæ Niniuæ, præter muros nihil reliqui ſuo tempore habere.* ita Tiro ab Alexandro diruta eſt. A Scipione minore Cartago. ab eodem Numantia. A Mummio Chorintus. Babylon à Perſis. à Græcis Troia. vnde Virgilius, 42 In ſuo Itin. lib. 2. c. 43. In Archad.

Ceciditque ſuperbum Aened. l. 2.
Illum, & omnis humo fumat Neptunia Troia.

Ita orbis terrarum domina Roma primo à Gallis direpta fuit, poſtea à Nerone penè abſumpta incendio, rurſus à Goto Totila diruta, tandem Alarici Regis ira incenſa. Inhumanis itaque nihil eſt immobile. quo circa omnia agitantur impulſibus, vt tandem debilitata corruant, & intereant.

Tabida conſumit ferrum, lapideſque vetuſtas. Ouid. de Pont. 4. 13
Nullaque res maius tempore robur habet.

Hanc conſtantiſſimam vniuerſi legem ſequuntur Imperia, in quibus fieri mutationes in melius, deinde in deterius propendere, & tandem extingui certum eſt. vt ex illorum ruinis noui dominatus emergant. Quamobrem ex Aſſyriorum excidio, Medorum emerſit Regnum, quo labante ſurrexit Perſicum, ex deuicto Perſico creuit Græcorum. Quorum Regnum diuiſionibus infirmatum Romano Imperio famulari coactum

Digitized by Google

fuit. & huius quidem multa sunt imbecillia, & detruncata membra.

Patet omnium Regnorum temporalium conditionem esse, vt exacto tempore corruant. & solam Christi, summorumque Pontificum sedem esse perennem, deprehenduntur illa vitae periodis claudi. ideo senio confecta languent prius, deinde extinguntur: & veluti somniorum spectra euanescunt ab oculis mortalium. sunt quidem illa inter se diuersa amplitudine imperij diuitiarum mole, armorū viribus; tamen omnia prius nauis more secundis ventis agitata fuerunt, sed tandem tempestatibus quassata, veluti à marinis fluctibus fuerunt absorta. etsi quandoque ex reliquijs noua repubescunt Regna, etiam eodem extinguntur fato; quasi arbores suis statis temporibus frondent, quem deinde amittunt virorem, vt rursus repullulent, & tandem omni viriditate extincta in cineres rediguntur. *Abeunt enim omnia vnde orta sunt*, dicebat Cato Maior.

14 Tim. 1. c. 6. Verè itaque dicebat Paulus, *Solus Deus habet immortalitatem.* cum illam sibi vendicet natura, non alterius dono. nam etsi immixtis spiritibus, animabusque nostris sit impartitus eam; tamen ab illo ad nihilum redigi possumus, vt contra Pelagianos docuit D. Hieronymus. & Stagirita docuit, *Nullam creaturam satis instructam esse ad salutem posse, quae citra Dei praesidium suae ipsa demum tutelae permissa sit.* Quamobrem hanc immortalitatem Plato ascripsit diuinae voluntati, vt retulit Augustinus. cuius hanc attulit rationem, quoniam immortalitas est immutabilitas, quam habere nulla creatura potest. qua de causa Gregorius referens D. Pauli verba, pro immortalitate substituit immutabilitatem. cum nostro intelligēdi more, haec videatur illius causa. Igitur verè ait Dauid, *Apud te est fons vitae.* cum ex se ita viuat, vt nullo possit deleri interitu: cœteris que impartiatur esse, & viuere perenni tutela, quę si aliquantulum feriaretur ab opere, omnia abirent in nihilū. Ita quae sensibus sunt nota, & exposita, ingruente senectute intercunt. etsi interim labuntur in diem. quarum corruptela nouae fiant rerum productiones; usque ad illud tempus.

Contra Pelag. 2. De Mundo c. de Deo. De Ciu. 22. cap. 26. De Trin. 1. cap. 1. Moral. 12. cap. 17. Psalm. 35.

Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Metamo. 1.

Quamobrem veluti fortunae munera, mendacia fortunae vocantur à Seneca. ita quodammodo naturae vocanda sunt. cum omnium soluta compage, dies extrema coget totum orbem in puluerem, & in cinerem abire. ideoque certo certius est, haerens labanti necesse esse ruere. Quod si moerorum causae, sepius repetitae memoria, efferant animum; certè harum rerum contemplationes animi omnes amaritudines lenire debent,

Seneca Epist. 77.

Digitized by Google

bent, cum omnium externorum pariat contemptum. & ita sequemur prudentiam incantatricem prauorum affectuum, à quorum vanis stimulis imprudenter trudimur ad infœlices dolores; exagitati ab indoctis erroribus. nam intima spectata conditione mundi (est hæc cogitatio optima magistra vitae præsentis, & æternæ duxtrix) desideria harum rerum arcebimus, & superabimus omnino.

Decet omnino Sacerdotes abstinere ab ambitione.

Caput XXXVI.

LAbentem itaque mundum sequi nulla ratione debemus; cum velociori lapsu properet ille, quàm quod nos pertinaci acceleratione insequi possimus. idcirco etsi ad nos aduolare videatur de repente illusis possessoribus rursus auolat, illudens nos præstigiosa apparitione. ita diuitiæ, gloria, magistratus, popularis plausus, regnum, primaria mundi oblectamenta, iniectis laqueis in præcipuos nostros sensus, vt auditū, & visum (alterum capientes magnificentiæ plausu, alterum obsequentium satellitio) suaui incantatione labefactando mētis vires, nos propugnatores efficiunt, & assecias mendacis mundi. Qua de causa ex nostris cordibus, quasi ex machinis, de repente alij exiliunt Dij, vt obliuioni tradatur vnicus ille, & sempiternus Deus. in cuius erga nos conciliāda beneuolentia omnis nostræ vitæ labor desudare debet. subministrante etenim nobis mundo informem materiam nostrarum concupiscentiarum, nos veluti statuarij ambitione, auaritia, vel superbia, hos nobis Deos effingimus, in quorum cultu pergimus anhelantes ita venerabundè, vt quæ æterno Deo debetur vigilantia, & exquisita seruitus, quo ad fieri possit, his talia simulacra colamus. tantum illis non construimus fana, aut altaria, nam de cœtero omni ritu, assidua seruitute, indefesso studio, miris modis nos metipsos sacrificantes, illis offerimus labores, corpora, & animam. & ita pensum soluentes nostæ deditæ seruitutis, quæ finximus impiè, adoramus pertinaciter.

In cuius impietatis errore non solum stultitiæ arguendi sumus, (cum paria largiamur impar ibus) sed imprudentiæ, cum maximè hoc nobis obsit ob delatam contumeliā supremo Regi, cui soli talia deferenda erant obsequia. cum illa veneratio, quæ rerum conditori debetur, insaniens homo suis imagunculis deferant honorum, magistratuum, similiumque.

etsi

Digitized by Google

etsi quis hæc fictitia numina domi non habet, cursitat in aliorum palatijs adoraturus ea. Quare hi, vero Deo deserto, confugiunt ad hostes, pro quibus arma sumentes apertè bellum inferunt innocentiæ vitæ. Nam tales cupiditate correpti, veluti à magnete, trahuntur ab incorruptibi bono ad corruptibile bonum. cui omnino se dicant, & dedicant; sperantes insipienter fœlicitatem, quam solummodo per virtutes, & post funera sperare licet.

Quod si cuilibet lethale est auersis oculis à cœlesti Patre venerari sensibus obuia, (neque enim honestum esse potest coram primario Rege in eundem delinquere) quanto magis
2 Sacerdotibus ciuibus cœlestis mundi, internuntijs Dei & hominum, magnatibus regni Dei? Horum certè maior est dignitas, quàm ꝙ describi possit. sunt enim magis familiares Deo præ cæteris. istis nãque propitiatoribus, vel verius mediatoribus Deus hominũ errata cõdonat; cũ horũ manibus, ꝓcibusq; populorum suscipiat vota. Quapropter ex rebus secularibus ministerio, & munere, migrarunt ad immortalis Dei visibile templum. quod si ꝓherearum, sanctarumque rerum contemplatores effecti, rursus ad mundum deflexerint mentis obtutum, grauius præ cæteris delinquent Dei desertis castris. nam.

Tibul. 2. Eleg. 1.
Casta placent superis, pura cum mente venite.
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Num. c. 19. 3 Qua ratione Dei præcepto cautum erat, si sacerdotem expiari contigisset, oporteret hoc fieri aqua, cinere, & hysopo antequam offerret victimas. Ad purgandam animam à sordibus viriorum maximè conducit reminisci nostrorum principiorum. constamus etenim potissimè ex aqua, & terra, in quibus nos resoluturos esse indubiè nouimus, transactis quibusdam temporum interstitijs

Oui. Fast. 6.
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.
Et fugiunt fræno non remorante dies.

nam talis reminiscentia arrogantiã adimit ex animo, & superbiam. omnis ambitionis causam idcirco nemo tumido, aut elato animo ad altare accedet, talia penticulatè meditans. quin potius Dei formidans Maiestatem, suamq; verens imbecillitatem, quantum vis cæteris fortunatior, vera æstimatione reprimens elatos spiritus, cauebit ab insatiabili ambitione. Quo-
Psalm. 48. *niam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* ita nouimus Deum ijs vitijs infensum reconciliari hominibus per veram humilitatem, quorum deinde amanter suscipit sacrificia.

Nam etsi nullius egeat Deus, postulat tamen per suam erga nos

Digitized by Google

ga nos munificientiam sibi offerri vota, vt per studium diuini cultus, & gratiarum actionis, ab omni mundemur sordè. abstergēte illo nostras maculas quauis de causa ascitas, vt suis repleamur donis. Quamobrem ad nostram vtilitatem secundò dirigitur cultus, & pietas in Deum, cum primo Dei imperiū esse beneficium confiteamur. hinc vt sacra facere incotaminata mente possimus, miserrimæ nostræ conditionis humanæ, quàm sæpissime debemus reminisci. cum nullatenus possimus extrema deuitare funera. ita Claudianus,

Sub tua purpurei venient vestigia Reges De Rap. l. 2
Deposito luxu, turba cum paupere mixti:
Omnia mors æquat.

Cum se maximè cognoscit homo, maximè se despicit, vt eū. Qui De somnijs
verè est, cognoscat, dicebat Philo. & veluti in pura serenitate constitutus, se ipsum quasi tenebras horret. tunc appetere desierimus honores, & dignitates, quas vulgus appetit immortalitatis immemor, & veluti eliminata idolatria vero Dei cultui dantes operā, existimabimus humilitatem augustiorem esse omni sceptro, & aptius vehiculum ad properādum ad patriam.

Huius rei contemplatione nitescet sacerdotis anima traducitur tunc ab amore ad nauseam caducarum rerum. totoque mentis conamine laborabit ne à suo degeneret munere: cum totius mundi apud Deum sequestris fungatur officio. Quare satagebit inculpabiliter viuere ab initio ad finem vsque vitæ. In quo sancto opere primitus morum emendationem instituens, deinde profectum, Deum propitium his reddere poterit, pro quorum inuigilat salute. istorum Deus non auersans patrocinium, sed postulatis occurrens, larga manu effundit dona. Quapropter semper impolluti debent esse sacerdotes. 4
qua ratione sanciuerat Moyses. ne cadauera tangerent. vt Num. c. 19.
semper parati esse possent vota, & sacra facere. ne aliquod impedimentum esse posset in diuinis ministerijs, & muneribus.

Quod si mortale sacerdotis corpus inspici oportebat, ne Leuit. c. 21.
aliquo naturæ vitio esset fœdatum, quanto magis immortalis 5
anima sempiterni Dei imago, & simulacrum? quæ morum in- Deut. c. 15.
tegritas in illo tam accurato victimarum examine significabatur. etenim integras esse oportebat, impollutas, probatas, acri sacerdotis arbitrio, et iudicio. est enim vitium animæ mors, & sempiternus interitus. idcirco *Oportebat sacra ab integris tra-* De bel c. 11
ctari, vt dicebat Ioseph. & abstinere à profanis. *Quicquid au-* Deut. c. 14.
tem mortuum est, ne vescamini ex eo, monebat oraculum.

Itaque nullum admittere debent scelus sacrati Dei templi sena-

senatores, nec aliquid præferre diuinis rebus; cum nullum temporale possit illi æquari, ne dum præferri. quin potius vetabatur ne Pontifex ingrederetur ad aliquam mortuam animam sic erudiens initiatos sacris, omni profano affectu ca-
Leuit.c.21. rere debere, ne sua culpa retardentur diuina negotia. cum eo-
Hebr.c.5. rum quilibet *constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt* dicebat Apostolus. at satis alienum est ab integritate morum non profligare ambitionem, à qua mortales etiam ad idolatriam
Re.3.c.12. (peccatorum maximum) impelli solent. vt in Ieroboamo fuit perspicuum excogitato consilio vitulos erexit aureos, ne populus in vera occupatus religione, Hierusalem ascendens, incesseret illi cupido prioris dominij, ideo exardescens Rex in amore, & custodia Regni, verum Dei abijciens cultum, inuexit sacrilegam impietatem, idolatriæ.

Num.c.25. 6 Qua ratione sacerdotium non nisi pientissimis dare oportet exemplo Phinees, qui conspicatus quosdam *ex* suis ciuibus ruere in externarum mulierum amorem, & amplexum, & ab illis allici ad peregrinos & profanos ritus, zelo percitus diuino, cum à patria lege, & religione illos discedere litatis sacrificijs iniquo ferret animo, nefariæ conspirationis ducem vna cum muliere insidiatrice cœlestis pietatis confodit in conspectu totius populi. Quo absoluto præclaro facinore duplici à Deo est donatus honore, immunitate militiæ, & sacardotio. nam cum propugnatorem se ostendisse diuini cultus fortissimum, dignus fuit immunitate armatæ militiæ. Et etiam domesticæ. quo circa vniuerso generi sacerdotum
Leuit.c.21. præscripsit, vt illarum solum viduarum posset matrimonio frui, quarum viri iam obierant; vt omnis occasio tolleretur contentionis, & zelotypiæ domesticæ. viuis enim prioribus maritis vix effugere poterant suspicionem lancinatricem cordis. Et sacerdotio talis dignitas pietate morum insignitis tribui debet. idcirco qui hac non pollent, arceri debent à munere. Est enim professio seruiendi Deo Parenti omnium op-
Gen.14. timo in sacris faciundis. quod probatorum Regum opus
Gen.25. fuisse constat exemplo Melchisedec. & ante legem ad primogenitum spectabat. & Romani Principes etiam sibi hoc vendicarunt munus. Quamobrem nobis præstaret abstinere ab hoc diuino officio, si obsessum gestamus animum, & maculatum inani honorum ambitione, & auiditate. cum contaminatorum oblationes ingratæ sint Deo. tunc in illius iram incidentes, mortem ex optimo opere nostra prauitate consequimur æternam apud hos Dei spiritus permanere non potest, nisi fuerint ab his affectibus depurati In cuiuscumque animo commoratur Deus, ibidem sensibilium amor inueniri non

potest

Digitized by Google

poteſt: cùm ab illo cœleſti igne abſumantur omnes terrenæ concupiſcentiæ. hinc ſemper pietatem ſequitur tranquillitas, cum harum ſit indiuiſa ſocietas, & contubernium.

Conſtat Moyſem extra popularia caſtra ſuum fixiſſe tentorium (nam caſtra armis, & moleſtijs occupata, quæ ſecum bella trahunt, nequeunt quietem admittere.) vt mente recta, & expedita, ſolis vacaret cœleſtibus tunc animus ibidem permanens animaduertit, Deo excepto, omnia eſſe mendacijs, & vanitatibus referta. hinc ſe amantius inſinuans Deo, grata illi ſacrificia offert: pacatam ducens vitam inter ærumnas huius ſeculi, & portentoſa monſtra iniquitatum. Ideo in vnico ſolum templo ſibi ſacra offeri voluit in veteri teſtamento; vt noſceremus, ſi caſtè, ſi piè, ſimus illi ſacra facturi, oportere diuelli à patria, à conſanguineis, ab amicis. hoc eſt, à vanis, & ſecularibus affectibus: at quanto magis à mortiferis, & lethalibus? à quibus ſæpe ineſcati homines, etiam ſi ſeuerioris vitæ fuerint ſemitas ingreſſi, munus ſacerdotale adulterantes, à recto itinere cœleſtis patriæ declinant ad impura delectabilia. Qua de cauſa præcepit Dominus ſine melle oblationes offeri. denotans voluptates, profanaſque concupiſcentias à nobis eſſe arcendas. nam tales dum animi remittunt intentiones, ſunt in cauſa vt noſtræ labilis naturæ obliuiſcamur. Quod ſi intra templi ſepta nullus exiſtere poterat locus; (cum ſanctitatis locus amænitates non poſtulet, ſed ſeueram religionem) quanto magis viuum Dei templum cuſtodiendum eſt ab omni lenocinio prauarum cupiditatum? ne lupanar efficiatur voluptatum, auaritiæ, vel ambitionis? 7 Exod. c. 33. Deut. c. 12. Leuit. c. 2. Deut. c. 16.

Nam etſi pœnitentiæ beneficio priſtinam Dei beneuolentiam, amicitiamque adipiſci poſſumus; tamen remanentia prioris nequitiæ veſtigia, vel habitus, facilius ad nouum aſſenſum, & lapſum nos pertrahunt. idcirco liberius prioribus erratis inſiſtentes, ſenſim noſtri muneris, & mortalitatis obliuiſcemur. vt non aſſuetæ animæ peccatis ſe ſe facilius ad diuina erigunt, ſequaceſque ſe præbent ſanctarum diſciplinarum. cum nec de prauata conſuetudine laborent, inſuper à Deo per calamitates inſtrui benignè ſuſcipiunt. 8

Itaque niſi impacatum ambitionis vitium ex animo eliminauerimus, nos noſtra ſponte feros affectus efficiemus ferociores. cum amor, et dominatus ſocium reſpuant omnino. ex quo inſidiæ, contentiones, & ſimultates oriuntur. Quare in turbulentiori erimus ſtatu animi, quã qui furenti tempeſtati ſe cõmittũt inſuper acriores cogemur labores ſubire, quã qui per aſperos colles, & inuios ob ãbulant. cũ honorũ itinera abſideãtur ab inuidis, ab ambitioſis, à ſuperbis. In qua honorũ vigilã-

tia remitti consuetum est curam spiritualium rerum, deinde feruescente morbo languescunt vires animæ, & tandem sui met oblita, redditur æternorum contemptrix.

Amice, medicis solum licet fidere vera, ne ægrotas fiat deiectiore animo. sic recrudescens malum deterius se habet. quando causa silentio remittitur morbus. Verum cum de æterna salute agitur, infidi est amici non corripere errantem. subticendo necessaria. est enim munus sinceræ amicitiæ liberè proferre vim morbi ne à falsa spe felicitatis deceptus animus se subtrahat à curatione. unde Plautus;

In Trinum. *Non castigare amicum ob meritam malam noxam, est mala fassus.*

Itaque constanter à me dicenda sunt, & à te audienda salutaria monita. cum aliter profligari non possit immedicabile malum animi ambitio, à qua abrumpitur quandoque ligamen obseruantiæ in ciuem, fidelitatis in amicum, charitatis in parentes, amoris in patriam, & tandem pietatis in Deum. quare exclamat D. Bernardus. *O ambitio*

De Consi. 3. *ambientium crux, quomodo omnes torquet? nihil acrius cruciat, nihil molestius inquietat, nihil apud miseros mortales crebrius negotijs eius.*

9 Ab hac superbiæ filia incipit modo lacerata (cum tot Principum sit subiecta impensis) vastari misera Italia, & propriorum ciuium sanguine fœdari ad pestem, ad pauperiem, ad vastitatem, supersitum. cum libertatis, aut iurium obtentu, alienę inuadantur ditiones. In qua regnandi libidine duo adsunt mala. *Et si sapientis sit à bello abstinere, etiam si graues belli causas habeat,* vt ait Xenophon; *Cum tuta magis, quam pericolosa colit,* vt ait Tacitus. *Ideo prospera fortuna vtentibus ingens est vecordia bellū gerere,* dicit Tucidides. tunc certa pro incertis mutantur, & fortunæ datur occasio luxuriandi, & insaniendi. Primum semina iaciuntur diuturni belli cum potentissimus Hispaniarum Rex non sufferet æquo animo Ianuensem Rempublicam sibi commendatam inuadi.

Xenoph. de bello Græco. Annal. 1. Tucid. l. 2. Herod. l. 9. *Non enim sunt deserendi, quos in protectione suscepimus, dicebat* Herodotus. sed priori libertati (etiam captam) restituet magnorum exercituum, classiumque viribus, quibus resistere nequibunt conspirantes, etenim illorum conspiratio diuturna esse nō potest, cū moribus, cœlo, & religione dissideāt, quarationē belli ex bello serūt sibi, & Regno Italiæ exitiale & tamen ex Augustini sententia, *Nunquam suscipiendum est*

Suet. in Aug. c. 25. *bellum, nisi cum maior emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur.*

10 Secundum morum integritas, & fidei, hæreticorum pol-

luetur

Digitized by Google

luetur corruptelis. quod summopere ab omni Principe cauendum foret. etenim sola, & vera pietas in Deum est domitrix, & moderatrix intrinsecorum animi motuũ in Principem. *Quare illis potissimè incũbit res diuinas curare serio, & ante omnes*, vt docuit Stagirita. nam syncera religione abolita, nec animi sensa, nec verba, nec subditorũ arma aliquando contra Principem cohiberi potuerunt, & exemplo patuit, & ruinis Germaniæ, Galliæ, Angliæ. nam regna hęc primo fidei dissentionibus agitata fuerunt, deinde armorum, ingnium, vastatio numque cum animi poteruiam, & duritiem semper inuehat hæresis. quare illis laudi est felloniæ deturpari scelere. nequeunt illi tali contagione acti quiescere. nam teste Cicerone, *Imbutus superstitione quietus esse non potest*. nec reperiri aliquid post tam capax impietatis, & insolentiæ, quàm bellum. Quod si tales bellum inferunt Deo more gigantum, an uerebuntur in suum Ducẽ insurgere religionis aut libertatis specie? cum illorum quies sit in seditione, pax in tumultu, & pietas in sacrilegijs? Quapropter aliorum acquisitis ditionibus (si tamen contigere potest, cum nihil fœlix sine ope diuina auspicari possit. nam *contra Deum nullæ sunt vires*, vt dicebat Iustinus. ciuili perfidia atterentur Principes in pœnam suæ impietatis, quam ne admitterent, regnorum euersionem renebantur leuius ferre. *Tria sunt Regum munera, exercitum ducere, iudicare, & Deum colere*, dicebat Diogines Pytagoricus. nam Rege Regum irato, quale bonum contingere poterit sontibus? nam per hos *Vidit Deus ingressas gentes sanctuarium suum*, (quod Italia est. ob syncerum cultum, & inculpatum ergà Deum. quem morem sola Hispania sequitur, nam de cætero omnia scatent hæresibus) *de quibus præceperat ne intrarent in Ecclesiam suam*. Neque calamitatis auctoribus curæ fuit, quo piaculo contaminatarum hæresum Dei Ecclesia pollueretur. Quare hos publici odij causas fusi sanguinis, Dei vindicta prosternet acerba, veluti piaculares victimas. cum filij matris hostes admiserint, eorũque gladios in fratrum viscera immerg trueulenter permiserint. Idcirco recidet sanguinis in sanguinum effusores, & atrocitatum causas. nam teste Liuio, *Omnia prospera eueniunt colentibus Deum, aduersa vero spernentibus*.

Poli. *fac. 11.*

De Finib. 1

Iust. lib. 2.

Hie. Lame. cap. 1.

Liui. lib. 5.

Ideo pientissimi Regis Ramiri non solum tegere castra, sed 11
inuadere hostes visus est S. Emilianus in cœlis. qui primo D. Benedicti regulam professus est in Hispanis. cuius adeò fuit salutare præsidium, vt octoginta millia Maurorum fuerint fusa, & deleta. hoc idem apertè præstitit Garsiæ Sancij filio cum pro tuenda, dilatandaque fide contra eosdem pugnaret

Digitized by Google

hostes. quod sæpius factum esse occultè censendum est ex præclarijs victorijs Hispanorum Regum. Quorum vestigia sequens Ferdinandus Catholicus, vt purius fidei sinceritatem in suis tueretur Regnis, expulit Hebræos; parui pendens summopere minui sua vectigalia. in cuius pietatis præmium, eodem Anno Columbo Duce, & Deo largitore, adeptus est penè alterum orbem. Ita Moyses abdicato à se Ægyptiorum regno, cum nepos esset Regis, amore iustitiæ, & generosa magnanimitate, ab omnipotenti Deo melioris gentis assecutus est Ducatum, quæ functura erat vero sacerdotio, & sacrificio. In qua maiorum pietate insistens Philippus Tertius mitissimus Rex, denuo Mauros cœgit abire. ne gens superstitionibus obnoxia castissimam, & sanctissimam macularet Dei legem sciés

Polit. 7. c. 8. *Primarium munus esse Regum curationem diuinarum rerum*, vt asseruit Philosophus. à qua vigilantia cæterarum rerum pendet fœlicitas. Quare Sancti Didaci cœlesti oraculo, (quē ille curauerat in albo ascribi sanctorum summi Pontificis studio) cauit ab insidijs quorundam perfidorum, qui ad necem pium Regem petebant. Et cum communi classico multi Europæ Principes euocati viderentur ad oppugnandum inclytum nostrum Philippum Quartum, & veluti adductum in summo discrimine, vnicoque bellorum impetu omnia eius regna essent euertenda, & diripienda ab hostibus, vbique sese illorum conatibus opponens exercitibus, classibusque, hostes fugauit, hostes vicit, hostes prostrauit. *Si ingenium in bello*

In Catil. *plurimum posse constat*, vt dicebat Sallustius: quanto magis pietas semper, & vbique victrix? *Nihil pietate grauius, nihil*

De Abrah. *magis industrium*, dicebat Philo. etenim vel pro pace, vel pro religione pugnat. *In cæteris in impetu vis est, qui paruæ*

Liui. lib. 12. *inde moræ langueſcunt*, vt vtar Liuij verbis, idcirco temerè aggressum bellum, pari leuitate deseruerunt. At noster Rex inuictum pectus ad certam victoriam gestans, semper conuehit in sua castra hostiles diuitias. quare eodem tempore Gallos ex Italia fugauit. Palatinum Comitem armis superans expulit ex Boemiæ Regno Cæsari perfurtum subtracto. In Brasalia Ollandos insigni victoria fregit. & tandem diutina obsidione ad deditionem compulit insuperabilem Bredà. Ingruentibus bellis noster Rex solius Dei implorans auxilia sine tergiuersatione aggreditur pericula, constanter prosequens Dei causam. Quin etiam suorum militum audacia est plena fiduciæ ob pietatem sui Ducis, animositas est contemptrix mortis, vigilantia honoris cupida, semperque hi præferentes honestam mortem ignominiosæ vitæ, omnia etiam difficillima superant armis. Quo inuincibili apparatu castrorum (pugnante Deo)

Digitized by Google

te Deo) præsentes tumultus bellorum, quasi ludrica armorum certamina euanuere. A Philotro Hispaniarum Rege Apostolorum tempore semper incorrupta mente Catholicam fidem venerati sunt pientissimè hi Reges. in qua insistendo virtute, constantissimè Belgas, cæterosque desertores sanctæ fidei armis insequuti sunt semper Philippus II. III. & IV. nec illos in suis prouincijs quietè viuere admiserunt: licet immensos offerrent redditus. tamen nec quidem rebellibus armis pacem extorquere potuerunt. Nam hi omnes hæreditaria pietate irrequietè inuaserunt hostes Romanæ fidei. præcipuum hoc munus sibi vtile, & decus esse consentes. Quo circa consentaneum est diuinæ munificentiæ, vt horum Regna, ditionesque tueatur, & amplificet summopere. Quod si tribueretur impijs, cogeretur christiana pietas, & iustitia, exulare ab orbe. cum semper infœlix nequitia imitatores habeat. quid si vigeat, floreatque? Quare Antigonus Amico monenti iustitiam respondit, *ò Amice insanus es tu, qui mibi de iustitia loqueris, dum me vides alienas vrbes appetere.* Faber ad Rom. c. 4. Plu. de Fur. Alexan.

Ergo sacerdotibus præstat, (vt intermissa repetamus) subesse potius, quàm præesse. ita se facilius componunt ad iter cœlestis patriæ, cuius iam sunt acrispti ciues. cum vt ait Seneca,

Non est ad astra mollis è terris via. In Hercul. Furen.

nam etsi nihil lœtius, & optabilius appareat ipso munere regendi animas, tamen nihil est periculosius. cum hi, qui cæteris ducatum præstant ad rectum cœli iter, illud exemplo comitibus demonstrare cogantur. quare hi, qui similibus extolluntur muneribus, vrgentur grauioribus curis. cum non modo sit munus, sed etiam onus. Qua ratione non nomine honoris hoc appellat Apostolus, sed operis. dicens, *Bonum opus desiderat.* idcirco, vt dicebat ibidem Theodoretus, *Non cupiditas damnatur sed ambitio.* ratione attulit Gaetanus, *Ipsũ super intendere est bonum opus, sed appetitus gloriæ, & laudis, non vacat à peccato.* Itaque cum in illa præfectura non sit quærendum præesse, sed prodesse; non superbire, sed ministrare. (quæ animi nostri sensa facillimè corrumpunt, cum natura simus elati.) periculosè talis quæritur dignitas. hinc ad sui perniciem præsunt, qui non operi vacant, vt prosint. hos Dominus cum dignitatibus alienat, allidit in infernali barathro. Ad Thi. 1. cap. 3. Gaet ibid.

Qua propter qui in spirituali vitâ quippiam profecere, hi dignitates non optant. imò se celant, non præ pudore illicitarum rerum, sed ne similium alliciantur obiectis. nam est efficax magis sensus ad euertendam rationem, quoties ad præsentiam

sentiam reifit blandidior motus in mentem. quin potius ambitiosorum effugiunt cœtus, ne saltem verbis stimulentur ad talem concupiscentiam. imò vili habitu, humili gestu, miti voce, victus parsimonia, ostendunt se talia fugere. licet celsissimis montibus se sublimiores efficiant veris virtutibus, quas congerunt in diem, vt illarum vegetati fructibus alacrius currant semitas mandatorum Dei.

Si à Sacerdotibus Veteris testamenti piè sacra fieri, diuinis sanctionibus erat consentaneum, (vt diximus) quanto magis Noui Testamenti? *Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria*, vt dicebat Apostolus. Participes effecti Sacerdotio Christi, quo nō lepra mundatos iudicamus, sed verè eluimus animæ sordes. non irrationabilia animalia admouemus aris, sed vnicum Dei filium immortali Deo offerimus ad salutem omnium. illius veri sacrificij eruenti recolentes memoriam, per quod accessus datur hominibus ad cœlestem Patrem. in quo munere diuinis donis sancta fœcundatur Ecclesia. & exules æthereæ patriæ pabuli suauitate recreantur in hac lachrymabili peregrinatione.

Cho. 2. c. 3.

14

Cum simus itaque dispensatores tantorum Mysteriorum, præcauere debemus omnino pericula, quæ sub ijs latent gradibus spiritualium magistratuum, ne aliorum suscepta cura, nos metipsos deseramus in peccatorum cœno ab ambitione exoculati. Quare Philo disputans, Cur ligatis pedibus Isaac ab Abrahamo offertur Deo? ait, *Quia destinatus Deo nihil calcare, aut pedibus attingere debet.* quasi motu inferioris animæ non amplecti terrena. quod superstitiosè obseruant Iapones. Nam si primarius Antistitum pedibus attigerit humum, à gradu deijcitur honoris. vt Matteus refert. aliam attulit rationem Philo, *Quia tunc videt naturam esse instabilem, cum Dei firmitatem sit intuitus.*

Quod Deus sit immu.

De rebus Iapo. lib. 5. Epist. Frois

Ideo cum legatione fungamur pro Christo Domino, austeriori continentia compescendus est animus ab ambitione. ne hac contagione terram pro cœlo amplectamur: & paulatim amittendo gustum cœlestium, desinamus deliciari in sanctis operibus diuini cultus. Ex quibus exprimi solet suauissimus potus, quo obliuio inducitur, & nausea caducarum rerum. Quare talium vita sibi suauis est, cæteris vero eorum consuetudo grata, & morum integritas conspicua omnibus. enim uero vt olim salutare perfugium erant ciuitates leuitarum, sic modo sunt exempla sacerdotum, à quibus tradimur ad detestationem scelerum, vt æternæ mortis effugiamus damna.

Quamobrem veluti in tanta maris latitudine sola sydera nautis

Digitized by Google

nantis vias aperiunt itinerum; sic in tanta pestifera lenitate ambitionis, sola pietas rectum iter ostendens cœli, infallibili semita nos deducit ad patriam. cum mundana nos ad infernales syrtes adigant, leni quidem, sed exitiali aura. Igitur solum summumq; Principem Deum totis animæ viribus veneremur, cum in Academijs christianarum perfectionum didicerimus contemptim habere caduca. *Nam quæ videntur, sùt temporalia, quæ autem non videntur, æterna sunt*, vt monuit Apostolus. Cho.2.c.4.

Aduersa nostra non sunt adeò acerba si comparatè illa æstimemus.

Caput XXXVII.

SEd adhuc tantarum rationum fulminibus immobilis est moles tuæ mœstitiæ, & omnino vis ad calcem vsque dolorum effuso cursu lachrymabundè percurrere; vt cœteros non latens pertinacia mœrorís, argumento sit maximæ calamitatis. Quæso te Amice, ne molestiarum causas attollas, aut exageres. Nam cum illæ apparuerint conflatæ per imprudentiam, ad commiserationem non excitabunt amicos, sed ad risum. Ita nos deridere solemus paruulos larvis territos, quas cum contrectauerint discusso timore accipiunt iocosè. Ita certè si ambitionem fugabis ex animo, comperies vanissima honoris larua te fuisse perculsum, & adductum ad lachrymas. nec re vera malis vrgeri, sed decipi proprio discursu. cum ad bonam frugem reducere debes animi passiones, & compescere; veluti ab hero minitanti plagas in officio continentur serui. ita cœterorum censuram effugies, & correptionem.

Equidem nihil est loquacius calamitósis, mœrore indefesse 1
suppeditante querimonias, quibus nunquam sibi faciunt satis; cum nunquam illos deserat lachrymosa cordis lancinatio, Quo circa sæpe aliorum commiserationibus ipsi suas integrât lachrymas, quasi recrudescente vulnere. Quod ita Ouidius expressit.

Et nunquam quæruli causa doloris abest. De Trist. 3. Eleg. 8.

at cum compererint lethalia non fuisse fortunæ vulnera, sed ludrica, nihil illis lætius esse debet. sic gladijs confossi hilarescunt, cum nouerint medicorum sententia, nullum vitæ periculum imminere. Quanto magis cum senties per abdicationem

Digitized by Google

nem magistratus, tibi non illatas fuisse molestias, sed ablatas? non tempestatibus expositum, sed ereptum? & sub velamine infortunij inductum ad quietem? idcirco non abdicatio vocanda est magistratus, sed laboris, sed periculorum. affectus itaque inordinatus te decepit. quare non emersisse ex malis censes, sed incurrisse.

Non est aliquod onus grauius imminens animæ, quàm alienæ salutis custodia. nam si crimen est medicis, saluti non prospexisse ægrotantis, quanto magis neglexisse creditarum ouiũ incolumitatem? quod in tali munere sæpe contingit, ne in illarum incurramus odia. & tunc non cohibens adauget errantium temeritatem facultate indulta transgressionum per conniuentiam. quæ non minus vni, quàm alteri lethalis est, vt dicebamus cap. 18. Quod si illas ad inculpatos mores adducere quis attentet, certè inuidiam non effugiet. nam veluti ex morum grauitate oritur maiestas, & ex maiestate reuerentia, ita ex potentia timor, & ex animaduersione odium. Quod si Dei castigationes homines ægreferunt, certè acrius ferent Ducum. tumultuabuntur itaque sæpissimè contra inuisam potentiam, quæ quandoque (vt cæterorum seruetur incolumitas) ægrè descendit ad alicuius correctionem. semper tamen ira recidit in iustitiæ ministros, etiam si leniter plexerint fontes.

Adde quod tales nostræ spirituales curæ nunquam feriantur à metu. cum ab vniuerso genere passionum oriri scandala, in quibus semper Regentis culpatur saltem incuria. quæ delicta etsi fiant sine ipsius errore, non tamen sine eius dolore, & quandoque nota. cum ab iniquis casus aduersi tribui soleant ducibus, secundi vero fortunæ. quapropter vitæ innocentia hos non immunes efficit à reprehensionibus, ad quas vix satis apertum os habent dicaces, & tunc quicquid deliquerint ciues, Ducibus imputant, & maximè cum seuera censura non arguantur crimina.

Ergo gliscente ambitione, quam tempus, & ætas, & ratio hebetare debuerant, cæcutiens mens iudicat acerbissimum fuisse malum magistratus abdicationem. quod assiduè animũ vexans, ad aliquod graue malum te adiget. Ita Sisigambis Darij mater, cum post filij funus Alexandri mortem audisset, Curt. lib. 10. sui, suorumque captiuitatem, fratrumque stragem, memoriæ reuocans, succumbensque dolori, auersans lucem, & cibum, quinta die postquam mori constituit, extincta est. qua animi pertinacia omnem abiecit spem regressus mitioris fortunæ.

Quod si nec apertissimis rationibus manus dare constituit tuus pertinax mœror: saltem ab exemplo illum compesce cum

Digitized by Google

cum nulli desint domesticæ calamitates. nam vt ait Seneca;

Est miser nemo, nisi comparatus. In Troad. 2

Ita doloris mole oppressum animum erigere poteris; cum tua damna cæteris collata sint ludrica. ex quorum indicibili numero pauca ad exemplar producamus. Valens à Gotis fusus, cum se in quodam tuguriolo abdidisset, ab illis est absumptus flammis. Zeno comitiali morbo correptus ab Ariadna vxore viuus sepultus est. Basiliscus per vim vna cum vxore, & filijs, fame interire compulsus fuit. Heracleoni præcisus fuit nasus, Martinæ vxori abscisa fuit lingua: & sic detruncati membris, priuati imperio, sunt in exilium acti. Constans à suo seruo in domestico balneo necatus obijt. Philippus à Senatoribus captus imperio fuit, & luminibus. vt refert Pomponius Lætus. Hanc aleam multi Romanorum Ducum subiere, vt vberior esset lachrymarum profusio in tanta acerbitate fortunæ. Quæ veluti iuuenculus nouarum rerum cupidissimus, & solutus in omnem licentiam gaudet mortalium conditiones miscere, euertere, euehere, conculcare, incertissimo flatu huc atque illuc agitare, improuisoque volatu fœlices deserere, & rursus elisos calamitatibus erigere. ergo verè ait Seneca,

Nãt. 2. Sueuiæ c. 27.

Cedre. in Compend. Hist. Proco Vand. lib. 1.

Quemcumque miserum videris hominem scias. In Hercul. Furen.

Quod etsi multis iure talia accidisse constat ob immanitates scelerũ, tũ fortunę libido ostendendæ suæ libertatis gratia, quandoque immerentes, & innocentes inuasit. vt hoc patet exemplo.

Tiberius puellulus à sene Tiberio imperij successor destinatus vna cum Caio, vix miserus adolescentiam attingens, ne per ætatem particeps foret imperij, extincto Tiberio, coactus fuit à sæuo collega sui fieri homicida. in quo scelere hoc solum nefas censuit Caius, Imperatorum posteros alienis necari manibus; venerationem nobilitatis simulans in illa innocentis sanguinis effusione. ideoque puer scisscitabatur ab astantibus centurioribus, qua in parte sui corporis lethale vulnus posset infligere? quo impetrato, tremula manu Sica sibi infœlicem abrupit vitam. sic patruelem suum, consortem imperij, propinquiorem testatori, & cariorem, innocentem iuuenem, Caij immanitas regnandi euertit ab imperio, & à luce.

Philo de legat. ad Caium.

Quod si fortasse te tædeat his vrgeri exemplis, cum maximopere absumus ab horum magnatum gradu, à quorum infortunijs maximopere consopiri debent nostri luctus eorum spectata calamitate. cum atrociores casus in illos sæuierint. hoc miserabiliori exemplo tuam quæso abijce mœstitiam.

Mitridatis mandato scelesto vnica die octoginta millia Romanorum innocentium per omne suum regnum commoran-

Patul. Aquil. lib. 5.

Digitized by Google

tium interfecta sunt. cum nihil ab ipsis patratum fuisset hostile; sed crudelis Mitridates voluit hoc initium esse belli contra Romanos eius. In tanto interfectorum numero etiam sapientes affuisse, illustres, probos, opulentos, arbitrandum est, quos omnes Barbarus Rex vita priuauit, & bonis. *Hem nos humiculi indignamur, si quis nostrum interijt, aut occisus est.* Qualis quæso mœror erat occidendorum; cum nulla culpa dabantur ad necem? etiam occidentium, cum cogerentur amicos prodere, aut hospites, ni vellent simili mulctari pœna. nec quemquam aut dignitas, aut ætas immunem præstitit ab hac suprema miseria. Ab hoste hostilia pati assuetudine viluit, at talia à proprio substinere Rege, est prorsus intolerabile. Idem Mitridates quarumdam suarum ciuitatum nobilissimos principes numero mille sexcentos interfici mandauit, vt eorum potiretur bonis, & grauissimis belli satisfaceret expensis. hoc idem contigisset reliquis ciuitatibus, nisi excluso præsidio rebellassent. & Valerius de Sylla ait, *Nec contentus in eos sæuire, qui armis à se dissenserant, sed etiam quieti animi ciues, propter pecuniæ magnitudinem per nomenclatorem conquisitos, proscriptorum numero adiecit.* Idcirco perite ait Polibius, *Historiam esse disciplinam, & exercitationem ad res ciuiles.* etiam ad res morales possumus addere. nam harum rerum libri, ex testimonio Alphonsi Regis Siciliæ, sunt optimi consiliarij. etenim si quis aliena spectauerit mala, secum benignius egisse fortunam animaduertens, lætam vitam ducet.

Scrui. Cice. lib. 4.

Paulus ibid

Vale. 9. c. 2.

Polib. lib. 1.

Quod præsertim fit in lectione ciuilium bellorum, quorum nihil est funestius. tunc proscriptiones fiunt innocentium ob diuitias; cruciatus illustrium ob æmulationem, & inuidiam; vastæ vrbes ob cædem, & fugam; & pauperies ciuium ob prædas; & milites nec à profanis, nec à sacris abstinent. ideo dicebat Brutus, Ciuile bellum est deterius siue tyrannide, siue iniusto imperio; cum semper illi sit annexa quædam feritas, & beluina sæuitia. cuius subinferamus domesticum exemplũ.

3

Apud Plut.

In bello ciuili funesto, quod inter Marium, & Syllam ob intemperantiam ambitionis conflatũ fuit, multoties vidit Roma hostiliter, & ex aduerso concurrere suos ciues sub eisdem vexillis.

Luca. lib. 7.

Videre parentes frontibus aduersis, fraternaque cominus arma.
Cognataque acies.

Sub quibus cæcidere vario prœlio centum quinquaginta millia sine innumeris Italiæ populis. in qua miserrima concertatione prius se fœdauit Marius ciuili sanguine, deinde filius.

De Ciui. 3. cap. 28.

Nam præter cædes latè diffusas, obsesso senatu, tanquam de carcere

Digitized by Google

carcere producebat senatores ad gladium, ait Augustus. Deinde Syllæ ira vastas strages edidit Marianorum, etiam aduersus mulieres, quasi parum satiatus virorum cædibus. cui irascens Catulus dixit, *Cum quibus tandem viuemus, si in bello armatos, & in pace inermes occidimus?* tandem Dictatoris nomine insigniri voluit, vt velatione primariæ dignitatis,& veneratione armaretur ad superstitum perniciem. de quo loquens Cicero sic ait, *Hic tantum potuit, vt nemo illo inuito nec bona, nec patriam, nec vitam, retinere posset, tanti animi habuit ad audaciam, vt dicere in concione non dubitaret, bona Romanorum ciuium cum venderet, se prædam suam vendere*. Paul. Aqui. lib. 5. Quinta in Verrem.

In quo bello ciues in ciues sæuierũt quasi in prœlio captos. *etsi in ciuilibus bellis capti in prædam non vertantur*, vt dicebat Tacitus. eorumque bonorum prædas egere iure belli. quin potius subtracta preciosiori viliorem consumpserunt flammis; vt nihil miseris superesset bonorum. quæ paupertas etsi grauis est à quacumque inferatur causa, grauissima tamen est, quando infertur à ciuibus. idcireo si alicuius militis, aut fortunæ clementia, effugissent aliqui mortem, cogebantur stipem mendicare, aut se dedere etiam vilissimis occupationibus vt ex quæstu traducerẽt vitam. qua de causa in vnica die multi in contemptum venerunt, qui erant spectabiles gradibus, honoribus, opibusque. Hist. 2.

Leuior tamen erat paupertas ipsa læsione corporea,& morte, quam pauci declinabant in illo incursu ciuilis belli. In quo direptis domibus integræ familiæ, mariti cum vxoribus, paruuli cum parentibus, mulieres commixtæ viris, in medio necabantur foro. nec senum ætas obseruabatur, aut dignitas, nec innocentia infantum, aut mulierum pudicitia; sed eorum cadauera triste, & horrendum spectaculum præbebant; cum quouis genere mortis videbantur extincta. etenim tunc quosdam erat videre fune iniecto vinctos, pede, aut collo crudeliter trahi. quibus insultabant trahentes calcibus, baculis, lapidibus, donec lacerata cute sanguis omnis, & vita efflueret; aut carnibus, & neruis dissolutis, sparsim membra perirent. alios gladijs concisos exhalare animas. alios capite truncatos. quosdam semiustulatos adhuc palpitare. alios leuioribus, sed diuturnioribus necari fustibus, vt geminata calamitate perirent. *Certè in ijs ciuilibus discordijs, cum etiam singulorum valeat audacia*, vt ait Tacitus, omnia genera exercentur crudelitatum, rapinarum, & libidinum. Hist. 3.

Interfecto Vitellio (ait Tacitus) *Armati per vrbem victores implacabili odio victos consectabantur. plenæ cædibus* Hist. 4.

Digitized by Google

via, cruenta fora, templaque, passim trucidatis, vt quemque
Epistolarū 4. Epist. 9. *sors obtulerat.* quare dicebat Cicero, *Omnia sunt in bellis ciuilibus misera, sed nihil miserius ipsa victoria.* etenim vt asse
Hist. 1. ruit Tacitus, *Aut perire necesse est, aut quod æquè apud bonos miserum est, occidere.* tunc scelerato animo scelera non com-
Annal. 1. mittere, apud victores scelus est. hinc dicebat iste. *Arma ciuilia neque parari, neque haberi per bonas artes posse.* tunc victos miseria sequitur, victores inhumanitas, & militum arbitrio omnia fiunt impudenter, & crudeliter patrantur.

4 Patet itaque crudeliores esse ciues in ciues ipsis hostibus. nā si istorum conferantur bella, apparet hostium bella plena esse clementijs. nam satis est istis prostrauisse hostem, quem redimi etiam sinunt siue miseratione, siue auaritia. etiam patiuntur parentālia solui. quin potius hostes quandoque hostium
Paul. Aqui. lib. 6. miserati contulere auxilia, vt præstitit Lucullus. eius etenim celeri occursu extinctus est ignis, quem Seleucus, & Leucares in nobilissimas Ponti ciuitates accenderant Sinopen, & Amisson, quibus præerant præsidij causa, vt expilatas, & exustas Romanis relinquerent. Quamobrem vnde ciuitates erant seruandæ, inde euersæ fuere, & vnde erant dispergendæ, fuere seruatæ. cum itaque sic efferatur ciuis in ciuem, satis utilius est hostem accipere, quàm talem ciuem. hoc bellum *execrabile*
Philip. 12. vocat Homerus, & qui ciuile capit ferrum, *Nefarium* & Cicero censet, *Hunc ex numero hominum, & finibus humanæ naturæ exterminandum.*

5 Anno septimo Claudij, (vt insistamus in proposito argumento) procurante Cumano Iudæam in Hierosolymis tam a-
Paul. Aqui. lib. 8. trox seditio orta est in diebus Azimorum, vt in portarum exitu, populo coaceruato, triginta millia Iudæorum cæde, & compressione deleta referuntur. Quid funestius in hostili inuasione accidere poterat? certè nullam domum tunc caruisse luctu, & lachrymis putandum est. nec paucula doloris occasio erat, consolatore carere. qui conlachrymans, (quasi persoluto funere) posset citius ad calcem luctus deducere plorantes,

Quod si nec ista tam lugubria tuas sistunt lachrymas Iudricas, & pueriles singultus, referam quod Fidenatibus acci-
Tac. Ann. 4. dit Anno duodecimo Tiberij. Populo spectante munus gladiatorum, collapsa cauea Amphitheatri, plusquam quinquaginta millia hominum occidit, sepelijt, & occultauit ruinis. quos solum lachrymis honestare potuit calamitosa ciuitas, non feretro, non sepulchro. Huius quæso quantæ fuerunt lachrymæ? quàm amaræ? nam cum effusè curreret ad tam luctuosum funus, oppressos suos ciues sensit, non vidit. imò vidit pro-

pecta-

Digitized by Google

ſpectaculis, lachrymas; pro riſu, luctum; pro feſtiuis ciuibus, ruina obrutos. Et quotis ciuitatibus accidit, vt nec ſuorum ciuum lachrymis potuerint honeſtari, cum vna ſimul perierint? quamobrem ſolum extraneis factæ ſunt illæ miſeriarum ſpectaculum, & actruus calamitatum, cum vnica ruina ciues & ciuitas perierint, vnicoque infortunio perijt amor patriæ in ciues, & ciuium in patriam. Ita ſuis ruinis duodecim ſimul ciuitates periere in Aſia ſub Tiberio.

Sed reuertamur ad funera per ambitionem parta. vt cum illis tuas poſſis mœſtitias conferre. Attila Hunnorum Rex cũ implacabili auiditate occidentale Imperium ambiret, in campis Catalaunicis cum Ætio Imperatoris Duce, & Theodorico Viſigotorum Rege decertauit tanta animi contione, vt nemo auersè ex ſuis, ſed nec quidem ex noſtris, vulnus acceperit, in quo prælio tantum ſanguinis effuſum fuiſſe conſtat, vt ibidem labens riuulus, immodico auctus cruore, occiſorum deferret cadauera. ferunt enim occiſorum numerum fuiſſe centum, & octoginta millia. Intuere quæſo, Amice, libidinem regnandi vitæ ſedem ſanguinem effeciſſe mortuorum feretrũ, in quo ipſe quoque Theodoricus victor accubuit. cum plerumque ipſa mors lætarum rerum inuida, obtruncat lætantes in ipſo lætarum rerum ingreſſu. 6 Abbes Viſperg. Paul. Did. lib. 15.

Nõ eſt cur verear in tãta ſtrage tuas lachrymas veluti attonitas ſtetiſſe. cum vix poſt hominum memoriam ſimile prœliũ reperias. At quid ſimile tibi accidit in abdicatione magiſtratus? Marcus Pietorius eõ quod ad ſupplicium cuiuſdam exanimis ceciderat, nouus punitor miſericordiæ Sylla, ibidem interfici mandauit. ſcelus arbitrans, iniquo animo ferre ſcelera. Certè nec acerbitates ſenſiſti paupertatis, nec vulnerum dolores, nec exilij incommoda, nec libertatis naufragium, nec mortis terrorem, cur ergo tuos ſcenicos dolores ita proſequeris luctuosè? tua itaque mala leuia dum moleſtè fers, magnopere cumulas. deſine indoleſcere. nam ſi eam dignitatem non cogebaris deſerere præcoci morte, ſaltem cõſectus ſenio, opus erat à te illam abdicare vltrò. Vale. g. c. 2.

Nullum eſt genus hominum, in quod non ſæuiat fortuna, & malitia. ideo Socrates compulſus venenum hauſit, Cato ferrũ, Rutilius exilium, Regulus mortem, Filius iunior Perſei Regis Macedoniæ pauperiem. nam victo patre, & in vinculis extincto, ad tolerandam inopiam Romæ faber ærarius factus eſt. in quo ſeneſcens vili opere diem ſuum obijt. ita illi fortuna pro ſceptro malleum commutauit, pro regia ferrariã officinam, pro delicijs laborem, pro ſummis opulentijs extremam pauperiem. Ergo tui te fallit amor, Amice, cũm non Paul. Aqui. lib. 4.

ſis in

sis in albo fœliciſsimorum aſcriptus; & in ea tempora incideris in quibus inſolentius inualeſcens malitia nemo poteſt eius effugere aculeos.

Nauclerus ſe infortunatum experiens, viuendi morem commutans, quieſcit. athleta victorię impotens, ab incœpta deſiſtit pugna. medicus ſalutis deſperans, deſerit ægrotum. obſidens ſoluit obſidionem, ſi obſeſſum cernit eſſe inuincibilem.

7 & nos quoque fugientem indeſeſsé fortunam, conſtanter deſeramus proſequi. cum labantem firmare non poſſimus, nec retinere abeuntem, ſed nec erigere lapſam, Appoſitè Demonax philoſophus cuidam inconſolabiter deplorati filium ſpopondit, ſe eius filium reuocaturum ad vitam, ſi inter mortales ſolum tres expertes omnis moleſtiæ inueniſſet. at cum ille circumtuliſſet mentem, & oculos, nec inueniſſet eos, tunc Demonax ait, Cur igitur vt inſuetum deploras, quod cuique noſtrum adiacet?

Eraſ. in Apophe. 8.

8 Solon quoque mœrentem grauiter amicum perduxit ad arcem, iuſſitque per omnes ędificiorum partes oculos circumducere. deinde dixit, Cogita quàm multi fuerunt luctus, & lachrymæ ſub his tectis, & quàm multæ futuræ ſunt, & hodie verſantur, & deſine tua mala vt grauiſſima proſequi lamentis. nam ſi omnium infortunia in vnum eſſent congeſta, ſua quis potius vellet, quàm ex aceruo portionem deſumere. quare peritè concludebat Valerius, *Fœlicitatis humanæ appellationem rogus conſumat.* Nam veluti quantauis munditia præparentur cibaria, ingeſta tamen in excrementa deſinunt; ita fœlicitates omnes temporaneæ in labantis ęui curſu abeunt in miſerias. Sola animi bona vt accedunt pura, ita aſſiduè permanent lœta. quo circa potius illa ſunt blanda, quàm benefica, iſta vero ſeuera, ſed ſemper vtilia.

Vale. 7. c. 2.

9 Si in ſublimi regione ętherea eſſemus elati cōpendio quodā in nautis mortalium omnium conſpiceremus labores, & dolores. Intueremur enim quoſdam pauitando minaces vndas, à mari ſe ſubducere properа, & celeri remigatione. Quoſdam vero ſe veſtibus denudare, vt ſi opus ſit, natando mortem effugiēt. Alios duplicibus anchorarijs ſartis obniti irato pelago, ne vi vndarum ad terram delati, naufragio pereant. Alios ſoluentes à littore (nec ſine lachrymis) deſerere domeſticæ adminiſtrationis ſociam, & amatos filios. Alios nuncupatis votis formidoloſè aggredi extraneas nauigationes. Quoſdam pyratarum occurſu merces, & libertatem amittere. Alios manere in ſalo, donec aduentantibus tenebris poſſint (ſuas repetentes domus) tegere ſilentio infœlicem regreſſum. Non nullos ſuas tradere merces voracibus vndis, à quibus (non dum expleta ingluuie) deuo-

Digitized by Google

deuorantur & ipsi. imò quibusdam sic perijsse profuisset, ne grauioribus malis opprimerentur. vt hoc exemplo patet.

Emanuel Sosa præfectus Diensis arcis, suo peracto munere, vna cum vxore, & filijs rostratam ascendens nauim diuitijs plenam, & mercibus. Vlysiponem petens, circa promontorium Bonæ spei cum vi tempestatum desperasset vltra progredi posse, regredi constituit, sed ventis ex aduerso concutientibus, sæuiente durius oceano, scopulis multoties illisa nauis, adeo fracta est, vt ne celocem quidem ex ea componere potuerit. in quo naufragio omnibus amissis bonis, etiam centum homines periere. reliqui vero quingenti se se ad iter componunt. quibus graue erat in stabili solo vestigia ponere, & gestare ætate, & sexu imbecilles, alimentorumque conflictari inopia. adeò vt bestiarum cadauera illis delitiæ forent. aquarumque potum magno pretio cogebantur redimere. nô nunquam etiam impetu latronum perimebantur. ex quibus periculis, & summis laboribus, solũ centum viginti euaserant quinto mense. nam cœteri fame, frigore, lassitudine, febribus, dentibus ferarum obierant. tandem deuenere ad quendam Regẽ assuetum rapinis, qui primo misericordiam simulans erga naufragos, deinde timorem, eos arma deponere suasit. à quorum denutati præsidio, statim senserunt Regis perfidiam. quare ad nuditatem vsque spoliati sunt. At Ducis mulier honestatis memor, se è vestigio texit arenis, inconsolabiliter nuditatem defluens, hinc inde duos retinens natos. Sosa paterno stimulatus amore proximum nemus adiens, quem potuit, attulit cibum. in quo regressu vnum ex filijs mortuum reperit, alterum gemebundum. denuo simili incumbens muneri, virum mulierem, & alterum filium fato functos reperit quos incredibili humauit dolore cœteris complorantibus. iterumque siluam adiens, nusquam comparuit. creditur à feris laniatum. in tanto naufragorum numero tantum sex, & viginti patriam tenuere.

Equidem, Amice, si animi sensum rationi, & exemplis accommodes, tuum infortunium non miserabile, sed ridiculum tibi videbitur. & ita in animum debes inducere. nam affectus nostri tam pacis, quàm belli tempore, materiam exercitij habent. qua assumpta prudentia desines agitari mœstitijs. nam si has proterua voluntate sequi deliberasti, sola morte eas delebis, & euertes.

10 Maff. de rebus Indicij lib. 16.

In quo-

Digitized by Google

In quouis malo semper Deo gratiarum actiones sũt referendæ. Caput XXXVIII.

REcensitis aliorum durioribus aduersitatibus, tuas animi molestias consopiuisse arbitror. sic quies succedit ægro animo, cum ab eo quis dispescuerit inscitiam. sic solatur decumbens ex vlcere educta sanie. Nam constitit, aliorum comparatione tuam aduersitatem planè ludricam, vel scenicam fuisse. quam tamen per imprudentiam vt grauissimam accipiens, diu iactatus es animo. quare verè ait Seneca, *Non minoribus animi morbis laboramus, quàm corporis.* De Ira li. 2.

Perspicua res erit hoc argumento. si non dissimili necessitate cogimur fortunæ mala substinere, & naturæ, cur naturã amando, in fortunam vibramus omnia conuitiorum tela, & dira? perpetuo insequentes execrationibus, & maledictis? Natura etsi miseram solum nostris puerilibus annis per ignorantiam concedit (experturis acerba) dulciter frui luce; hinc videas pueros ludere in domestico luctu, & lœtari in captiuitate externarum rerum aspectu: tamen ante lucis intuitum dolorificis, & quandoque lethalibus afficit sensationibus, vt non magis efferamur ad vitam, quàm ad libitinam, & ad funera; ne deliciarum simus causa parentibus, sed lachrymarũ; quod quidam parens sic expressit in Nati sepulchro.

Liquisti gemitum miseræ lachrymasque parenti,
Pro quibus infœlix hunc tibi dat tumulum.

Si insaniens fortuna nostra omnia deturbauerit bona, spe tamen subleuat sui fœlicioris regressus, qua mortales nutrit, etiam in summis malis. hinc quandoque cum de nobis actum esse videatur, benigno recursu reuocat miseros ad digniorem statum; vt nunquam deseramus spei anchoram, in quouis luctuoso naufragio. At natura sæuior nouerca potius, quàm benigna parens, sua nobis confert dona, sed dura mercede. non modo quia inclementijs elementorum nos exponit inermes, successiuè ægritudinibus agitans, imò infortunijs, teste Horatio.

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum. De Arte Pœ.
Naturæ sequitur semina quisque suæ. Catullus.

Vt dilucidè ostendit Ioannes Baptista à Porta in cœlesti phytognomia. Quin potius veluti terribilis hera nobis semper minatur mortem, qua non partem bonorum surripit, sed totum, ablegans ad cineres, ad vermes, ad sepulchri caueam, omni

Digitized by Google

omni abſciſſa ſpe regreſſus ad priorem vitam. Quorum omnium partem ſibi arrogans fortuna, non eſt vellicanda illis probroſis nominibus, quod ſit viribus inſaniens, oculis capta, & muliebris impudentiæ, cum ſatis iuſtius de Natura conqueri poſſimus: etenim citius & acrius per morbos, per mortem euertit funditus cuncta mortalium.

Nec ſolum hac ratione hominis comperitur inſcitia, ſed euidentiori. Siluæ quandoque denudantur vmbris, quandoque reddeunt iſtæ, ſtatuto à natura tempore. Æſtiui caloris ardore decoquuntur ſegetes, quibus reſectis vbertas ſuccedit pomorum, cui ſubſequuntur canæ brumæ, poſtea temperatus veris calor. Qua rerum viciſſitudine conſtat annus. Sic fortunarum commutatione inſtabilis fieri à Deo oportebat humanarum rerum ordo, cui nihil vtilius ipſa inſtabilitate; cum peregrinũ ſe tunc homo agnoſcat mundi, non ciuem. Quapropter ſucceſſiuas rerum conditiones eſſe voluit Auriga orbis. idcirco ſicuti nihil ex ijs quæ producuntur ex terra, inuenitur aduerſum corporibus cęleſtibus: ita quæ contingunt homini aduerſa eſſe nequeũt ordinibus Diuinis. Quæ ratio cum plurimum habeat virium ad compeſcendum ſaltitantes paſſiones, ſæpiuſculè eſt inculcanda memoriæ; vt ſolent medici applicare pharmacha, à quibus ægrotorum mitigatur dolor. 2

Prima cauſarum omnes cauſas continens tam naturales, quam agentes liberè; omnes ipſe ad agendum admouens, nihil poteſt reſpectu ipſius euenire fortuitu, & per accidẽs, hinc omne quod accidit (excepto malo culpæ in quantum huiuſmodi eſt) eſt ab ipſo prouiſum, & intentum. Quare non cæcutienti oculo, aut impudenti temeritate, ſed ſagaciſſimo ſecundarum cauſarum miniſterio perficiuntur Diuinæ voluntatis cõſtituta infallibiliter. Quæ cum prorſum nos lateant, dũ efferuntur in lucem, in admirationem inducunt, & quandoque ad iram ſi fuerint ingrata. attamen,

Iuſtitiæ rectique dator, qui cuncta gubernat. Sil. de Bel. Puni. 6.

Liuore carens, et inuidia, omnia fortuita iuſtiſſimè impertitur hominibus. Hanc impollutam prouidentiam ignorans vulgus, fortunã appellat. inſuper fœdat conuitijs. cum ſumma ſit veneratione ſuſcipienda. ſic quibuſdam viſum ait Arifto: *Fortunã cauſam eſſe in manifeſtam nobis, tanquam Diuinum Numen exiſtens, & fœlicius.* Phi. 2. tex. 47.

Eſt enim æterna Dei ordinatio rerum omnium, in lucem efferens ordinatos euentus per determinatas cauſas, quæ tamen ex intento non concauſant. Harum inopinatos effectus mortales admirantes, fortunam finxerunt. idcirco dicebat Cicero, *Ignoratio rerum, atque cauſarum fortunæ nomen induxit*, & Iuuenalis. 3 De Amici.

Digitized by Google

Saty. c. 10. *Nos facimus fortunã Deam, cœloque locamus.*

Attamen solum est causa per accidens in ijs, quæ ob aliquem finem ex electione operantur: ita docebat Philosophus. tamen respectu Dei, nihil potest euenire fortuitu. Quare licet respectu naturarum per accidens fuerit Ionas deglutitus à Cetu, intentus tamen erat talis effectus à Deo. *Ideo præparauit piscem grandem, vt deglutiret Ionam.*

Phi. 2. c. 6. 4

Ionas c. 2.

De Trini. 3. cap. 4. Quamobrem sapienter ait Augustinus, *Nihil in ista totius creaturæ amplissima, immensaque Republica est, quod non de interiori, atque intelligibili aula summi Imperatoris, aut iudicari, aut permitti credatur.* & alibi: *Quicquid casu fit, temerè fit, quicquid temerè fit, sine prudentia fit, sed nihil extra diuinæ prouidentiæ regulam accidit.* Huius rei ratio est, Si aliquid contingeret sine Dei prouidentia, certè huius esset causa per accidens, ideo ad superiorem causam reducendus esset effectus ille. tunc Deus non esset in causando primus, sed dependens à prima illa causarum. quod prorsus est alienum à natura Diuina. Etenim ipsa mens omnia ordinans, dirigens, immotaque manens, primis consilijs non supponit aliquid nouum deliberatum. cum solum humana mutetur ob mutabilitatem naturæ, & inconstantiam negotiorum. Hac vrgentissima ratione animi nostri ærumnas summopere compescuntur ob illata mala à fortuna. cum illa sint à deliberatione mentis Diuinæ. nam veluti ordinis partes conspirant ad plasmatoris laudem, & exercitus partes ad victoriam Ducis, & motus corporum cœlestium ostentãt præstantiam Regentis: ita ex disparitate, & inconstantia fortunarum, concentus rerum fit à Deo ad sui gloriam, & ad nostram vtilitatem. Quod itaque sursũ, & deorsum cursitent humanæ fortunæ, nihil mirum, cum omnia pro arbitratu Dei succedant. *Namipse actus, fortunasque hominum indissolubili causarum connexione constringit,* vt docuit Boet. & Ouid.

Lib. 83. quæst. 34.

De Conf. 3. pro. 6.

Ludit in humanis diuina potentia rebus.
Et certùm præfixa breui dat tempora fatum.

De Pot. l. 4.

Quamobrem semper æquum est afflictum & miserum cõpati, & ferre opem, cum retrogrado fortunæ cursu possit felicitatibus mutari ille, & nos eisdem, imò deterioribus affligi malis.

§ Sed ad Fortunam reuertamur insipienter à vulgo adoratam vt Deam. quam impientissima religione coluerunt Præneſtini, & Antiates, cum templum à Romanis consecratum erat trans Tiberim, illiusque sacer dies potissimè ab ijs celebrabatur, qui sine aliqua vanitatis arte. Hanc in sublime volubilis rotæ fastigio sedere, mulieb. habitu amictam, velatis

oculis

oculis finxerunt antiqui, vt cæcitate denotarent imprudentiam eius, sexu impudentiam, & consessu volubilitatem. vnde Cicero. *Non solum ipsa Fortuna cæca est, sed cæcos etiam, plerumque efficit cæcos, quos amplexa est.* & Seneca dicebat, De Amicit.

Crede obsequenti parcius, leuis est Dea. In Octauia

Salubriter ita hanc effinxerunt sapientes, ratione deducta à simili. Obtusis ingenio sacræ literæ Deum minacem describunt, indignabundum, iratè sumentem supplicia; vt territi à sceleribus abstineant, cum Deum capessere non possint nisi humano more. & in sacris literis sit propositum prodesse lectutis, at fœliciora ingenia, nihil materiale affigentes Deo, ex his symbolis ad cognitionem diuinorum operum perueniant. & ad hanc rem cum ipsis certò constet, meritis superesse præmium, & pœnã culpis. ad quæ duo omnes adhortationes referuntur legum. Pari ratione sapientes fortunam composuere. cum nouerint mortales summo labore esse cõquisituros sua dona, eorũque priuationem laturos molestissime; ne execrationibus iustissimam Dei distributionẽ impeterent, & in illam insurgerent conuitijs, hoc inane finxerunt idolũ, in quod possent suas effutire blasphemias. nam de cætero eis erat conspicuum, siue eleuet, siue elidat, iustissimam esse Dei voluntatem: Quæ causaliter Fortuna est, vt causaliter Diuina Prouidentia Fatum est. Vnde

Aspiciunt oculis Superi mortalia iustis. Metamorp. lib. 13.

Nam etsi vt Dominus absoluta potestate cui vult dona partitur, pœnas tamen non irrogat nisi ex præscripto punitiuæ iustitiæ. Duabus potentijs, quàm maximè fulget Deus, qua benefacit, & qua mulctat errata. Nam et terrore pœnarũ sistendus erat impetus, & furor delinquentium; & spes faciendæ erat pijs, & certitudo propensissimæ voluntatis diuini Numinis erga ipsos. idcirco duo tantum voluit esse numina. Democritus. Beneficium & Pœnam, vt refert Plinius. hanc nõ irrogat Deus nisi nostra prauitate coactus vtpote alienam à suo paterno amore: in alterum vero semper insistit. Quamobrem nunquam (vt solent homines) auertatur amicum; sed sibi similis manens sine intermissione dona largitur. etiã deterrẽtibus sua sancita. cum pari conditione *Solem suum oriri faciat super bonos, & malos.* licet hos semper minis terrens, aliquando etiam afficiat pœnis. ab illis vero omnem tollens dominationis metum, afficit donis, vt mutuus coalescat amor. Vnde ex postulatis beneficijs à Deo infert Iacob, *Et erit mihi Dominus in Deum.* (nomine Dei beneficentia significatur) Si quæ poposcerat dona Iacob, esset assecutus, experiri contigisset illi, salutarem esse Dei potentiam. non quia hanc in-

7

Plin. 2. c. 7.

Matth. c. 5.

Gene. c. 28.

compertam haberet, sed quia potioribus honestatus donis, notior illi foret beneficētia Dei, à qua perenniter rerū profluens copia, indesinenterque mortales afficiens muneribus, (nec aliquod est magis proprium Deo, quàm benefacere) promouet amorem.

Qua de causa etsi ipse nomine careat ob immensitatem perfectionis, qualiacumq; nomina sua dedit hominibus, vt haberemus ex inuocatione perfugiū ad talem Patrē: & bona spe nutriremur donorū eius. A quo nec in animata deserūtur, nec irrationabilia, sed nec quidē impij, quos ēt corripiēs, obliuisci nō patitur suæ beneficentiæ. Quare nostra infortunia aut præuenit ipse sua misericordia, aut subsequitur. Quo temperamento 8
Psalm. 74. limit nostras miserias. idcirco testatur Dauid, *Calicē esse in manu Domini plenum temperamento*. nam veluti calorifica astra remote à mortalibus locauit, vt agnatam lucem suauius deferrent oculis: ita erga nos sua temperata iustitia vtitur, cū nemo illam nulla ex parte diminutam excipere, & sustinere posset. cum qualiscumque sit mortifera culpa, ob præstantiā summi Regis, in quem delinquitur, seuerissima animaduersione foret plectenda. quare in nullius progreditur iudicium sine reminiscentia suæ misericordiæ, & nostræ miseriæ.

9 Est enim ille fons omnium virtutum, sed præsertim beneficentiæ, quam erga mortales exerit abundē. ideo in quouis fortunarū lapsu laudandus est semper. etiam si innocentia ab iniquitate pessundetur. nam si pecoribus satis abūdē suppeditauit cibaria, certē virtutum nutrimenta non erant deficienda pijs. Quin etiam si puniat, efferendus est actionibus laudum. nam tunc nostri miserans, cogit medicinalibus pressuris appetere pristinam sanitatem. quod beneficium porrigit etiam inexpectatum imò nec quidē desideratū. sciens nos cæcutire in ueri boni cognitione. Quo circa excubat ille vt succurrat ægrotis precesque nostras non expectans, quandoque compellit deglutire pharmaca; cum per malitiam, vel per ignorantiam labimur.

Bonarum rerum Deus est causa, quia summē bonus, quia potius earum est munificentissimus largitor. qua ratione omne genus afflictionis salutare est. Nā per illud quasi adhibitis alis superiora petere cogit pios; cum quandoque languescant sensibilium blanditijs: aut saltem contundit affectus, à quibus culpabiles effici poterant: aut tandem curat latentes animarum morbos. nam nos instruens ad emendationem, trudit ad amorem Dei, cæteris posthabitis. cum erecta anima calamitatum flagello, gemebunda morum reformationem meditans, ad Deum deducitur veluti ad amantissimum Patrem:

Ergo

Digitized by Google

Ergo nihil magis creaturam decet, quàm actiones gratiarum Deo referre in quauis iactatione, vel euersione bono rũ. vnde ait Dauid, *Tota die replebitur os meum laude.* quod explicans D. Augustinus ait, *Sine intermissione, quia in prosperis consolaris, & in inaduersis corrigeris.* quo circa dicebat ille, *Emendanti patri, & flagellanti, & disciplinam danti, gratiarum actiones sunt referendæ.* Sapientes in aduersis gratias referunt Deo. etenim tunc maximè efferendus est laudibus, cũ vel nostras promoueat virtutes, vel vitia deleat. Nec Agar ad heritem domum reuersa esset vltro profuga, nisi monente Angelo. ita et nos ad desertam voluntarie prolicitatem non redibimus, nisi occurrente iustitia. Ergo semper nos amat, siue afficiat muneribus, siue supplicijs. Plorat infans nuper in lucem editus, cum repente in aerem frigidum, & inassuetum producitur: attamen lœtari oporteret potius effectus homo, mundi ciuis, spectator luminum contemplator orbis; plorat tamen insipiens infantulus deserto loco calidissimi vteri. sic qui fortunæ bonis priuantur, imprudenter dolent se esse liberos ab assueto carcere. cum his fractis compedibus, non tantum iter ingredi possint, quo oi bom percurrant, sed cœlum. Quare pij similibus inuasi malis ridentes ruminãteq; Dei beneficia, illi referunt gratias. cũ animo humiles sint hostes ingratitudinis. Ita quoque sedat Dei cultor grauissimum animæ malum impatientiam, qua ablegata appropinquans Deo, se sentiet non esse sicut heri, & nudius tertius aduersitatum impatientem, sed paratum ad actiones gratiarum. cum sui sit muneris patienter ferre, insuper & referre gratias. etsi

Psalm 70.

In psal. 19.

Gene. c. 16.

10

Nunquàm illi possimus gratiam referre, vt meritus est de nobis. Plaut. in Mastell.

Hinc à Deo sancitur à vespera vsque ad mane accendenda esse luminaria in sacro cũ delebro. quia à Deo non solum beneficijs efficimur in vigilia acceptis lœtis, pro quibus sacra fiunt, sed etiam vastantibus calamitatum tenebris. & tunc acrius seruari egẽtes, propẽsius sunt agendæ gratiæ. ita erga nos illius conciliamus validiora auxilia.

Exod. c. 27. 21

Nam cum Fata volunt bina venena iuuant. Ausu. in Epigram. 12

Igitur pereniter ille gratiarum actiones perfundamus. cũ didicerimus per aduersa potiora nobis dona impartiri à Deo, nec aliam permutationem cum optare, quàm integritatem morum. & hoc idem; non in laudati Dei beneficium cedit, sed nostri, licet nõ nostra offerimus bona, sed sua. vt ex Moyse refert Philo, *Dona mea, munera mea, sacrificia mea, seruabitis mihi.* ita munificum Deum sursmet donis deuincientes, prece cogimus, vt cumulatius ad nos sua transmittat munera.

Quod Deus sit immo.

nera. Quamobrem per ipsammet gratiarum actionem certo speramus lœtanter laturos aduersa. nam si bona tribuere hominibus nouit, consueuitque Pater noster cœlestis, pro indubitato statuendum est, salubriora tribuere pijs, qui voluntate, & charitate illi referunt gratias in lœtis, & mœstis occursibus rerum. *Ergo verè nihil animo melius gerimus, aut ore proferimus, aut explicamus calamo, quàm Deo gratias. nec aliquid dici potest breuius, aut audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius,* vt ait Augustinus.

Iu. Epist. 8. ad Marcel.

Aduersis lætè occurrendum est.

Caput XXXIX.

IGitur occurramus aduersis, molestisque fortunis non illa animi duritie, quæ ex peruicacia oritur, (cuius stimulis agitatus Alexander, solus in vrbem hostibus plenam præcipiti saltu semetipsum immisit magis ad temeritatis famam, quàm gloriæ, à quibus pene confectus fuit vulneribus, vt Curtius retulit.) sed illa animi firmitudine, quæ pietatis est germen. istius enim comes est spes diuini subsidij, quæ vltro prouocantem aggredientur, indubiè scientes tolerantiam deuincere improbitatem, hinc Salomon asserit, *Meliorem esse patientia viro forti.* Nos vltra vires impelli non patitur noster cœlestis Dux, sed per latera nostros inuadentes confodiens, nos illos conscisse videmus. Nam etsi quandoque vt fœuiant, vt plagis afficiant, permittit, vt inferant etiam mortem; semper tamen belli victoria Dei subsequitur præsidium, quo fulti clamitant pij, *Omnia possumus in eo, qui nos confortat,* siue ad tolerantiam sit certamen, siue ad naufragium vitæ. quamobrem in prouocatores insiliunt sancto Dei substentaculo fulti, quo nihil robustius, & acrius ad belligerandum.

Curt. lib. 9.

Pron. c. 16.

1

Philip. c. 4.

2 Substentaculum hoc fides est, qua ipsis rata, certeque fiunt ea, quæ salutis Dei constant testimonio. quare ea, quæ omnino nostros sensus latent, constanti expectatione complectitur: cum Deus sit omnis mendacij osor, & vindex. Hæc situs oculorum munere fungens, certo ea representat animæ, quæ sunt obuentura pijs, idcirco Mortis matrem eam appellat Beatus Maximus. Quis iacturam bonorum ita libenter ferret, imò offerret profusa liberalitate totum sanguinem, & vitam, cum tueri hæc omnia posset paruula thuris oblatione, nisi stabili fide crederemus, se ea ex Dei liberalitate re-

con-

Digitized by Google

consequuturã, quę mentis nostræ excedentes captum, sperari possũt, amari possũt, sed animo capi nõ possũt: ne velut Regũ regna determinatis præcludãtur angustijs ita & dona; at Dei regna sũt interminata, sic & immensa sũt dona. Ea quæ sola spe arcẽtur mœrores, quanta vis erit delitiarũ illarũ? cũ fides comperta habeat, quanto magis lacerati, conculcatique fuerint religionis cultores, eo magis potiora dona ipsis reseruari à supremo Monarcha, qui perennium fontium more fluenta gratiarum retinere nescius, gaudet summopere ea effundere erga pios.

Quamobrem non vnius, aut paucorum prædicatione voluit mũdi tenebras dispellere, cum posset (nam Niniuitę vnius prædicatione prophetæ veram susceperunt pœnitentiam) sed multorum; vt hanc necessariam virtutem multis impatiens, multi sanguinis copia cogeret mundi superstitionem Christo subiicere cultum: & ita multos ad æternas admitteret epulas. Pij illi viri ferocientem mundum acerbis iniurijs, vicerunt salubribus beneficijs, mitti innocentia, & odore sanctitatis, quibus vinculis abduxere ab auitis impietatibus. etsi interim cũ inter infensos habitarent populos, & alienissimi, fame, sitj, nuditate, plagisque fuerint confecti. Qua tolerantia de hostibus triumpharunt magnificè. Etenim cum (munitis castris) statuerant inuicta deliberatione pro Domini Iesu gloria suam effundere vitam, nullum exhorruerũt periculum nec sanguinis, nec vitæ. & tunc maximè cum gentilium furor vulneribus, & cædibus sæuiebat. speciosum lucrum existimantes se subscribere sãguineo charactere assertis Regis sui. Ad hoc virtutum fastigium sancti Martyres ascenderunt Dei beneficentia. nam præ cæteris immane subsistentiæ bellum, gloriam super omnes creaturas attulerunt Deo. quare omnes triumphantes alijs de causis superarunt sancti Martyres numero, & virtutis præstantia.

Nam etsi quodcunque in lucem editum sui Plasmatoris Dei imaginem referens, decanter laudes, (extollunt enim omnia bonitatem opificis, cuius sunt participia; potentiam, qua sunt formata; & sapientiam, qua fine sunt absoluta) tamen hoc sui nimopere elucet in beatis spiritibus, qui Dei fruuntur aspectu, & in hominibus æstu diuini amoris succensis. Quem vt in exercitum ingiter fouerent, cæteris abiectis curis summa contentione, assiduo pabulo sanctarum operationum nutrierunt.

Nam etsi omnia auctoris excellentiam referunt existendi actu, multo magis sit hoc operationibus cum eius sint fines & inter has summopere hoc illæ præstant, quæ oriuntur non ex

naturæ viribus, sed Dei dono, quod Angelicæ menti est tributum, & homini. idcirco inter omnia, duo ista rerum generaprælarius primarij plasmatoris præstantiam præostentant, ad laudem bonitatis, potentiæ, & sapientiæ Dei. etenim *Omnia propter semetipsum operatus est Deus.*

Prou. c. 16.

Quo circa non paucorum Angelorum ministerio sibi famulatum præstari voluit, sed multorum, cum constet millia

4 Daniel. c. 7. millium ministrare ei, & decies centena millia illi assistere. nec paucorum martyrum, ne sua sancta sponsa Ecclesia belligeratura, & deuictura Gentium cæcitatem, exiguo militum Satellitio stipata videretur. cum contra illarum duritiem tanto acrius pugnandum esset, quanto minus disciplinabilitatis inerat; & lucis, ideo labore, & tolerantia de illa erat relatura triumphi. Quod si pro mendacio, & vanitate, (ita interpretatur idolum) tam ingentem passus est esse numerum testiũ, pro sua sponsa & plures, & meliores stare satis erat consentaneum inuictæ vigilantiæ sponsi.

Cui etsi hic inseruiebant gentilitatem abducendo à sacrilegis legibus, cultibusque, tamen ibi sponsum comitaturi erant in albis equis, vestiti byssino albo, & mundo, quando magnificentissimus ille Rex Patris Verbum vestitum veste aspersa sanguine per cœli ampla suum ductaret exercitum, non quidem ad prælium, sed ad triumphum. *Ex cuius ore procedit gladius ex utraq; parte acutus.* Verè verè ex utraq. parte acutus, cum hi sancti triumphatores pro sui Ducis victoria pugnauerunt labore, & tolerantia; excellentia doctrinæ, & vitæ integritate; contemptu propriæ vitæ, & auiditate diuini honoris; voce, & sanguine. quibus primo compulerunt gentes diuinis eloquijs admouere aures, deinde pio corde suscipere cœlestem doctrinam. & ita quam antea insectabantur summa contentione sapientiam, piontissima acceperunt fide: & quandoque adeò constanter, vt in ipso nostræ religionis ingressu sãguine simul, & voce eam profiterẽtur. pugioni alacriter præbentes iugulum, vt omnino esset testatum, plus religioni ab ipsis tribui, quàm sibi.

Apoc. c. 19.

Quod si terrenorum Regum præclara est nota potentiæ, præualidos posse instruere, & ductare exercitus, summopere hoc insigniri decore decebat æthereum Regem. non quod fini timorum vereretur arma, aut populariũ seditiones, cũ omnino sit expers cuiusuis timoris, et summa charitate Ducem complectantur ciues, et se se inuicem, sed illud ad decus, & gloriã spectabat absoluti Regis Dei. Quare horum omnium trophæa sibi vendicans (cum sua vicerint virtute) singulari decore illos honestauit in sua Regia, coram omni senatu,

& ci-

Digitized by Google

& ciuibus. Promiserat namque, *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei Hierusalem, & nomen meum nouum.* ita collocantur sancti Martyres in cœlesti aula, vt insigniora occupãdo loca, appareant esse obsignatiora munera Diuinæ beneficentiæ, nam profusius, & illustrius in his cœlestis emicuit amor. Apoc. c. 3.

Emergit itaque singulari ratione Dei gloria in sanctis Martyribus. cũ in illis diuina munificentia sese effuderit munificentius. inundati illi dono cœlestis charitatis, & fortitudinis, firmato animo in bonum fidei contra timorem mortis omniũ acerbissimum, membratim concidi, à feris discerpi, viscerum lancinatione extingui, aut torreri ignibus, vt leue duxerunt. nec tanta poterat esse irascentis diaboli immanis feritas contra diuinos testes, quanta erat sufferẽdi lenitas tributa à Deo suis commilitonibus. ideo nunquam tam peruicaci studio supplicia contra eos conquisita sunt à dæmonum satellitibus, quin potiora non attulerint illi argumenta mansuetudinis, & tolerantiæ. 5

Deus ipse qui ærumnarum causa erat, erat quoque suauitatum, à quibus deliniti interius, nequibant ab externo affici malo. Qua de causa ait Sacra Scriptura, *Antiochus, & qui cũ eo erant, mirabantur adolescentis animum, quod tanquam nihilum duceret cruciatus.* Sanctus Gines cum crudelissimè esset plagis affectus ob fidei professionem, & exaratus ferreis vncis, facibusque adustus exclamauit, Nunquam ex corde, ex ore, mihi Christum adimere poteritis: pro quo millies pati mihi constitutum est. quod laudibus efferens D. Basilius ait, *O votem glorioſam, qua aer, qui illam excepit, fuit ſanctificatus. quam Angeli audientes extulernnt, diabolicum ſuis copijs vlularunt, quam Deus ſuis digitis in cœlo deſcripſit.* Diuus quoque Cyprianus ad Martyres scribens ait, *Quàm lætus illic affuit Christus? quàm libens in talibus ſeruis ſuis pugnauit, & vicit protector fidei?* sui nominis assertores animauit, exercuit, roborauit, magnificè de illis referre victoriam præstitit. Mach. 2. cap. 7. In Epist. ad Marcel. & conf. Ep. 6.

Quod si ex indefesso gubernationis opere huius mundi nihil aliud assequeretur laudis, quam quod illi tribuitur à sanctis Martyribus, certè ob præstantiam laudis satis esset. cum nobiliorem creaturam omnium visibilium creaturarum cælesti igne à se pellectam deduxerit ad opus excellẽtissimæ charitatis. ita isti Viri egregij Deum præ se amando amissis suis caducis bonis, Dei æternos thesauros nacti sunt. Neque inexhaustus ille fons sanctarum dilectionum patitur à nostro exi-

Digitized by Google

guo amore ſuperari. hinc oblata obſequia recompenſat centies; deinde munerat fœlicitate æterna.

6 Etſi hoc celebre ſit in vnoquoque pio, celebrior tamen eſt in beatis Martyribus, quorum glorioſa certamina ſæpe honeſtauit inſignibus miraculis. nam repente quandoque cicurauit truculenta animalia, cogens ſuis famulari amicis; non nunquam roridum effecit ignem; abſtulitque à ferro ſcindēdi vim; carnificumque manus inefficaces ſuo reddidit muneri.

A quibus miris operibus ſæpe deuicta gentilitas effuſo curſu properauit ad Chriſtum: abiectiſque congenitis erroribus eandorem mentis vero Dei cultu induens, inoffensè poſtea perſeuerauit in ſuſcepta religione. Digna quidem merces paſſionis Domini Ieſu. nam vt hanc gloriam ſuo Patri conciliaret, ad aram vſque crucis aſcendens, *Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ*. quod vitæ inſtitutū iſti inſequendo, adeò fuit gratum Deo, vt multoties iſtorum opera clariſſimis decorauerit miraculis, quod nunquam ſanctis Angelis euenit, à quibus etſi edita ſint miracula, illa tamē non ſignificarunt Angelicam actionem gratam eſſe Deo, ſed miraculo oſtenſum eſt, rem eſſe intentam à Deo. licet beatarū mentium opera nunquam ſint ingrata Deo. Angelicæ mentes circumducendo lumen, immutando ea, quæ ex clementis cōſtant, quæ generantur, efficiunt. At probi homines per ſapiētiam, & per eiuſdem pediſſequam Religionem, Deo primario agente, adminiſtris Angelis, miracula patrant. Ita mortalium amor cœleſtium muneratur à Deo. Sic recte Bozius de Ruinis Gentium lib. 1. cap. 10.

Hebr. c. 5.

7 Nec mirum cum plus gloriæ attulerint Martyres Deo, quā beati Spiritus. etſi iſti plura dona naturæ ſunt aſſecuti; gratiā tamen exiguo labore adepti ſunt, aut fortaſsè nullo. nam liberi à corporea mole, nec ignorantiæ laborantes morbo, aut malo concupiſcentiæ, probè cognito obiecto, à quo mirificè trahebantur, cum omnis boni conditionem complecterentur, ſtatim illud adamarunt, vt omnis boni onuſtum, & fluentem fluuium. à quo amplius excidere non potuerunt, cum nullibi diuertere intellectum poſſent, in quo non inuenirent diminutam rationem boni. Quare hi ſunt veluti pretioſa depoſita, & theſauri diuinarum gratiarum, in quibus effusè ſua contulit dona creator. vt ſummopere in his diuina beneficentia foret illuſtris.

Verum Sancti Martyres cum nomen dediſſent militiæ Chriſti, non modo ætate conſtantes, ſed impuberes, & tenellæ iuuenculæ, nullo territæ cruciatu, ſola fide auſæ ſunt, clypeo obtectæ

Digitized by Google

obtectæ ſpei) non ſolum ſubſtinere, ſed inuadere tyrannorum acies: ad hanc defendentes luctam crucis ſigno munitæ. Ex eorum corde Dei erumpens, & exiliens amor, illas coegit hoſtem in arenam laceſſere: abdicato omni affectu dulcis patriæ, ſuorumque, luciſque.

Idcirco ſemper hæ copiam pugnandi fecerunt hoſtibus ſanctæ fidei. At quando tyranni expediebant ſecures, vt earum amputatis ceruicibus ſanguinum educerent fluenta, eas martyrij cupiditate flagrare cernebant. nam ad hanc luctam firmauerant animum Dei amore, & ſpe retributionis æternæ. & ita hoſtium ſæuitas athletarum Chriſti pateſaciens conſtantiã, non minus illis contulit, quam lapis lydius auro. cum ab hoc figmento fragili, ægro ignorantiæ, & concupiſcentiæ morbo, dæmonum fuerint contuſæ vires diſſipato imperio. nam toties hi profligati, ex noſtro penitus abierunt orbe, idolatria extincta, & funditus euerſa.

Ergo iurè Dei delitias cum hominibus eſſe ſacra teſtata ſunt oracula. cum paulatim dimicando cum hoſte maligno, adeò hominis peritia bellica creuerit, vt aliquando victoribus euaſerit formidabilis. Proſtrauerat olim dæmon primogenitam matrem imbecillo mendacio, futili ſuaſione euerterat Adam, ambos penè obliuione iuſſionis Diuinæ confoderat; quæ, & alia, cum argumenta eſsent fragilitatis, labilitatis, & incogitantiæ humanæ, pœnituit Deum hominem feciſſe. At vero ſubinde vires colligens miſer homo, & exerens, congreſſionũ cum hoſte peritior aſſiduitate effectus, nec eius ſcenicas rationes veritus eſt, nec ſenſuum ſtimulos. Quare bellum geſsit non paruo temporis interuallo, ſed per plures annos, per totum vitæ ſpatium. in quo multi (Deo adiutore) commutauerunt labilem naturam in æneam, adeò ſpreuerunt caduca, fragilem in conſtantiſſimam, incogitantem in Dei amore flagrantem. Quapropter horum induſtria, qua non egerunt Sancti Angeli, tummopere delectatus eſt Deus, veluti ſui tyronis ſagacitate magiſter. & vt particeps eſset gloriæ, exemplar eſſe voluit laborum, & tolerantiæ.

Itaque latè fuſequè Chriſtus Dominus ſpatiatus eſt infinitis 8
erectis trophæis de hoſtibus. *Qui pro nobis ſemel mortem vi-* Epiſtolarũ
cit, ſemper vincit in nobis, dicebat D. Cyprianus. Etenim ipſi 2. Epiſt. 6.
Duci debentur illa, ſub cuius auſpicijs miles prœlians vincit.
ita etiam Romani ſtatuerunt referente Valerio. Quamobrem Vale. 2. c. 3.
in illa ſancta Ciuitate Dei paſsim extructi ſunt triumphales
arcus cũm ſuis inſcriptionibus, quæ victricia arma referunt
militum Chriſti, per quos domita Vrbe, & orbe, Deus vicit.
& milites à Deo honeſtari profuſius, quàm quod conſueſcunt 9

Digitized by Google

9 temporales Reges, consentaneum est suæ amplitudini. Hinc si dicere fas est, Beati Spiritus sancta æmulatione inuident sanctis Martyribus. nam cum pro suo Rege talia isti ediderint amoris argumenta, talia nacti sint in cœlis victoriarum argumenta. quorum certè nullum extant Angelorum in illo ampliſſimo regno. Quod si ad decus deseruiunt illa triumphanti Ecclesiæ, certè militanti opem ferunt. cum irrequietum sit bellum inter probitatem, & improbitatem. qua de causa ab improbis affliguntur pij, quorum spectatæ virtutis conditio durior est, quàm incognitæ, vt ad Ciceronem dicebat Brutus. idcirco omnis eorum moeror tollitur, aut saltem lenitur exemplo Martyrum. Quamobrem ait Gregorius Magnus, *Cogitemus tribulationes, & labores eorum, qui nos præcesserunt, & non videbuntur nobis grauia, quæ nos toleramus.* Non dum Christi sitis extincta est, sitiens Patris gloriam, quæ in calamitatibus piorum summopere elucet. hinc gemere coguntur ad finem vsque mundi, & in extremis extrema sufferre tentamenta, vt Dei domus ijs repleatur, qui in sanguine Agni suas terserunt stolas. Quare Isaias Christi glorias animo repetens dicebat, *Pro eò quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur.*

Homil. 35.

Isai. c. 53.

Supremus ille artifex cœlestis aulæ ex viuis, excultisque lapidibus volens eam formare, permisit illos contundi crudelissimè à dolabris, vt ad structuram æterni ædificij conquatrarentur, & locarentur in nobilioribus locis. Quo circa sanctus Ioannes refert, *Dei Ciuitatem habere portas duodecim, & in portis duodecim Angelos, & nomina inscripta duodecim tribuũ Israel. & murum ciuitatis habere fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum.* Qui sola oratione, & prædicatione, adiunctis quibusdam inusitatis, diuinisque operibus, sine populatione agrorum, aut vrbium euersione, vel cæde mortalium, vniuersum orbem Christi subdiderunt imperio. (quod imitari summo labore optarunt martyres) vt ex animarum salute emergeret Dei laus, & gloria. ideo eorum nomina sunt æternitati consecrata. Nam *Qui ad iustitiam erudiunt multos, erũt quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

Apoc. c. 21

Dan. c. 12.

10 Igitur lætanter occurrendum est malis aduersisque rebus. nam his absolutis post occasum vitæ ingens bonum nobis occurret. *Cum sine ferro, & sanguine martyres esse possimus, si patientiam in animo veraciter custodiamus,* vt dicebat Gregorius. Iisdem armis, quibus nostras concupiscentias superamus, euertimus dæmonis imperium, & improborum feritatem, à quibus etsi ad mortem vsque non tradimur, sed impeti-

Homil. 35.

Digitized by Google

petimur insidijs clanculo, si pro Christo hoc pacatè toleraverimus, non vacabimus à martirij præmio. nam in hac tranquillitate Ecclesiæ etsi non cogimur pectoribus tyrannorum recipere gladios, cogimur Christum suam ferentem crucem sequi eodem instituto. non quidem corporeo gressu, sed imitatione charitatis, qua non suam, sed Patris gloriam quærens, pepercit transgressoribus. quin etiam pro illis aduocatum egit. Ab egregia christiana fortitudine tale egreditur opus, quæ non infirmis est constabilita radicibus, nec minus abundat Diuino spiritu, quàm quo sancti redundarunt Martyres. ex eodem enim ea oritur charitatis principio, & eundem finem Deum spectat.

Quapropter non modo cogimur vltionum obliuisci, vt nostra sacrificia aris admota benigno oculo Deus intueatur. sed lætabundè debemus occurrere aduersitatibus, illasque accipere veluti gratissima munera. nam si sapientis est, naturæ necessaria mala æquo animo ferre, quanto magis vtilia, nobis à Deo transmissa? tales sunt meritorum opportunitates. Quod si, vt consuetum est (ob naturæ inconstantiam, & inæqualitatem rerum ad nostram mentem) aliud velimus pubescentes, aliud senescentes, aliud sanescentes, aliud ægrotantes; aliud irati, aliud placati, an non aliud expetierimus Diuinæ voluntati obsequentes, & aliud reluctantes? cum reluctando agitemur furijs, obsequendo vero simus mites. qua ratione lætanter laturi sumus temporalium rerum euersiones omnes. Ita sancti Martyres sua corpora, rimante ferro, lœtè viderunt à proprio sanguine madefieri, vt in sui Ducis insisterent vestigijs.

Illatas itaque miserias mira patientia, & magnanimitate primo sufferre debemus. secundo illas benignè accipere, vt occasiones experiundi, & tandem complecti lœto animo vt eximia munera nostri Ducis, qui nostræ inuigilans saluti, quæstus offert causas. hinc talia nullas ferunt rationes mœrorum, sed lætitiarum multas; cum præstent, vt in vitæ christianæ instituto insistamus vigilanter. quo nihil optabilius. tunc nihil iudicamus aut vtile, aut honestũ, nisi quod iter munit ad ætheream patriam.

Quamobrem, Amice, omnem dolorem præsentium silentio premamus, & solum promamus lætitiam pro oblata saluberrima opportunitate animæ. cum patientiæ alis nostrum triumphum inferremus in cœlis. nam etsi contra nos nõ defatigauerint carnificum manus tyrannorum crudelitate; tamen humiliter tulimus insectantium criminationes, & ex his illata damna. qua animi præstantia,

Quod fuit durum pati, Memi-

Seneca In Hercul. Furen.

Digitized by Google

Meminisse dulce est.

Quod si olim Gymnosophistæ Caucasi montis gelu sua nuda corpora durabant. quandoque ea obijciebant flammis permoti auiditate gloriæ, & dolores contempserint. & superstitiosi Iapones voluntariè sibi mortem inferunt ob cultum erga suos Deos. Alij enim excelsa rupe se dant præcipites, vt Vilela refert. Alij composito specu ad instar dolij, sine cibo & potu, tamdiu ibidem suum inuocant infernale numen, quo usque sacrilegam efflauerint animam. Alij cum ex fugestu de mundi vanitate fuerint concionati, ex corrogatis elœmosynis nauigium emunt, & conscendunt, imposita falce, qua possint spinas pcindere ituri ad suos fictitios Deos, deinde de industria aperto alueo summerguntur spectante populo. quod tanta alacritate perficiunt. ut nouitate spectaculi se obstupuisse idem Vilela testatur. quorum omnium corpora gens illa stupida veneratur sacellis, lampadibus, & supplicationibus. Ioannes Vgo narrat in Narsingæ regno summa reuerentia quoddã Idolum coli, quod stata anni die circumfertur curru ingentis molis, cuius superior pars Idolo tribuitur, inferior occupatur à Regina, et à matronis, quæ iucundissimo concentu diem celebrem efficiunt. moles huius currus vix quatuor elephantorum viribus trahitur. in qua impia lætitia alij cutis partem ferro abscissam offerunt Deo, aliqui vero voluntariè ad certam necem se supponunt rotis. Et idem Vilela refert. Quosdam in certa solennitate in quodam cœnobio sese irrumpentium pedibus prosternere vltro calcandos; & secum præclarè agi arbitrantur, si obtriti intereant. vt sœpe accidit. Tantum valet religionis opinio, & iniquorum Deorum crudelitas contra suos veneratores. Et celtę olim paullo argento, aut aliquot fictilibus vasis conducti, (quæ propinquis darent) supini in scuto iacentes, iugulũ præbebant incidentibus. spectacula similia. Barbarorum non modo in nobis extinguere debent desiderium honorum, sed & vitæ. cum sola illos cupido gloriæ accenderint ad vitæ iacturam, nos vero cœlestis promissio Dei æternæ vitæ.

Vale. 3. c. 3.

Maffe. de rebus Iaponicis lib. 1.

Idem Maff. lib 4.

In suis Nauig. c. 44.

Idem Maff. lib 3.

Possidonius

Quid ergo ab eruditis pectoribus cœlestibus disciplinis substineri non debet aduersi, si barbari vano fausto, & insulsa superstitione sua sponte diem obitus appetant, præcurrant, & occupent horrendis generibus interituum? quatę verè infirmitatem humanam plorans Plutarchus docet, *Nec illam metam habere, nec terminum, nec sui esse compotem, se offerentem modo in superstitionem, & vanitatem; modo in neglectum rerum diuinarum & contemptum.* Idcirco cum nouerimus pulcherrimum esse Dei cultum, hilari animo excipere aduersa quæ so

In Camillo

Digitized by Google

quæso nostros quæstus non excipiamus luctuosè. Nam si gladiatorum munus in theatro inuexerunt Romani, vt fortior esset suorum militum disciplina contra dolorem, vel mortem, & vehementior gloriæ cupido in prœliis, *Ideo sæpe ex nobilissimis domibus multos in arenam descendere talis luxuries coegit*, vt ait Seneca. hinc ituris ad bella talia munera parabantur. *Ne armatos hostes timerent, aut perhorresterent sanguinem*, ait Capitolinus. Aliq; quoque nationes asperitate vitæ, aliæ dissuetudine ab exteris, aliæ seueritate plagarum ciuium animos assuefaciebãt asperitatibus, ut perpetuo sua seruarent regna, cum delicijs soluãtur illa. Quanto magis æquiore animo aduersis obuiam ire debemus, cum istis non paretur nobis diuturnitas in terreno regno à Deo, sed æternitas in cœlestibus regnis. quare etsi miserabile appareat agitari, & perfundari calamitatibus, nihil tamen est salubrius pro christiana disciplina, cui hæreditario iure debetur æthereũ regnum immensum.

Epist. 88.

In vita Maxi. & Balbi.

A prauis passionibus abstinendum.

Caput XXXX.

SVbactis, compositisque prauis passionibus animi libertatem nanciscemur, Amice, etiam ab acribus fortunæ aggressibus. tunc irrequieta nostra cupiditas domita rationi paret. Nã vt Philosophus monuit, *Perturbationes benè dispositæ facile idexequuntur, quod ratio præcipit.* Illorum affectuum dominatio grauem infert seruitutem subiectis, vel potius lethalem: cum sæuo marte non modo vim rationis perturbent, sed cogant ipsas passiones secum digladiari. Regnãte veneris cupiditate (ab hac sumamus exemplum vt passionum notissima) influtes animus turget & ardet se deducere ad amatam, crescenteque concupiscentia absentis torquetur desiderio, & tunc maximè cum rogatam repugnantem senserit. quare pendens ab incerta re lacèratur: & tandem cum venus vim habeat attractoriam, etiam auersantem animum trudit. vt sequatur profanũ vsum sensuum. etenim sicuti facillimè voluptas cœco sensui imponẽs, mentem ad assensum pertrahit: ita assuetudo cogit mentem institutæ seruituti insistere. adepta voluptate etsi videatur desijsse bellum, at tunc maximè incipit, cum furenti concupiscentia reliqua consectetur victor, & dominans sensus. nam propria est eius operatio tenebris suffundere men-

1

Mag. Mor. 2. cap 8.

Digitized by Google

re mẽtem. quo minus nequeat labilium rerum deprehendere insidias,& damna.

2 Animus tunc tomulentus vitio,& obsessus,ruit in præceps, nec solum insanit,sed furit,& irruit,(aprorum more) in sui venantis telum. Et eò vsque tandem progreditur exagitatus furore, vt semetipsum vitio superare attentet, quasi in summa peruersitate summa sit cõstituta felicitas. quo abrupto aggere nihil vltra remanens probi moris,pudore amisso, *Non illecebris solum,sed ipsa infamia gaudet*,vt ait Aristoteles. & Tacitus, *Infamiæ magnitudo apud prodigos nouissima voluptas.* artium errata suis artificibus sunt pudori; at illis sua probra sunt decori; cum infamiæ, quàm modestiæ sint cupidiores. ideo peritè dicebat Augustinus, vt solet in omnibus.

Poli.5.c.11.

Annal.11.

Ethi.c.8. *Peccata quamuis magna, & horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut paruæ esse aut nulla creduntur. vsque adeò, vt non solum occultanda,verum etiam prædicanda diffamandaque videantur.* tunc tanta est vis morbi, vt superet curationes humanas. quod perspicuè Periander ostendit. Hic Conuiuij hilaritate, (tunc se mota grauitate lætitia quæritur) efrænis effectus, & impudens,puerum suum, quo abutebatur, interrogauit,*Num ex se grauidus esset?* quare erubescentes ciues tanta Regis impudentia, in illum impetum fecerunt, vt Aristoteles narrat. & Nero duxit virum in vxorem: & ipse postea à viro virginis specie,vt vxor acceptus est, dicta dote, & conuocato Senatu, adeò se se efferunt mõstruosa vitia, vbi malitiæ iungitur potestas. & Candaules lydorum Rex (cum non satis illi esset, suæ vxoris pulchritudinem vbique efferre laudibus) nullo obductam velo, oculis intuendam obiecit sui sudalis Gygis.quo facto amicum ad adulterium pellexit, & vxorem veluti alterius amori traditam à se alienauit· quâobrem dolo amborum interijt. cuius cædis prætmium, regnum fuit.adeò interno motu inuisa sunt scelera. *Vitia multitudini hamorum sunt similia, quæ cum pendentibus ex ipsis affectibus huc atque illuc moueantur,pluribus interse nodis atque implicationibus connectuntur.*ita Plutarchus. implicantur tunc illa in mutuam perniciem *Vitia in confusionem, & dispersionem adducit Deus, ne coadunata, iunctis nocendi viribus, insuperabile malum afferant*, ait Philo. nam etsi primo probitatis extinguant igniculos; tamen inductis habitibus de primatu cõtendunt.et sic nesciunt erubescere, nec quiescere auctis viribus:veluti venus denuo durius liquata consistit.un, de Ouidius,

Hero. Iust. lib. 1.

De Differ. inter &c.

De Pãt.1. *Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas.*

Semel,& pluries subacta ratione sensus non quiescunt, sed domi-

Digitized by Google

dominio inflati ei dominantur tyrannicè. quocirca ad nouos lapsus illam pertrahunt. quibus hæc misera reluctari non audet quandoque ancillari assueta, & territa dominio, imò pellecta pestifera dulcedine. Quamobrem crescente in diem, consuetudine sæua quadam violentia ad obiecta sensuum fertur. & veluti qui cum bonis viris familiaritatem habent, ex honestissimo illorum conuictu in melius proficiunt moribus; & qui cum malis versantur sibi illorum vitia asciscunt; vnde monebat Seneca, *Nō assideamus morbo laborantibus, ne ipso afflatu inficiamur:* ita ex prauorum cupiditatum colluuie miscellanea prouenit animæ temperatura vitiorum. idcirco efficitur meditatoria, & patratoria criminum officina. nō more meretricum, quibus finem se prostituendi senectus imponit. cum venustate transacta nemo cum illis amatorie congredi appetat. cuius ætatis teneritudo, & venustas emarcescat necesse est. vnde Plautus. De Tranq.

Stulta es tu sanè,
Quæ illum tibi æternum putas fore amicum, & benevolum.
Moneo ego, & deseret ille ætate, & satietate. In Mustell.

At anima, quæ se pluries prostituit constupranda voluptati, iræ, ambitioni, cæterisque diris passionibus, nunquam finem imponens, quo vetustior, eo nequior erit. nam sicuti benè cōpacta corpora exercitationibus robustiora efficiuntur, ita deprauata anima suis similibus occupata studijs, fit deterior. facilè enim consuetudo transit in naturæ similitudinem. cætera hebescunt tempore, vt iuuentus, vires, pulchritudo, sed vitia glisscunt, & repueraſcunt, vt intermissus morbus corpus repetens. Ideo sauciata anima more ferino in vulnerantem irruit, & veluti in corporibus in præceps iactis nullum sui arbitriū est, nec eunt, sed feruntur; sic anima ad vitiandum assueta omnem rationis transgrediens metam, sui compos non est; cum abrepta à praua consuetudine non agit, sed agitur. quod admirans Augustinus dicebat, *Imperat animus, vt moueatur manus, & tanta est facilitas, vt vix à seruitio discernatur imperium, imperat animus animo, & non tamen facit.* Ægritudo animi est, quia non totus assurgit veritate subleuatus, consuetudine grauatus. & Aristoteles docuit, Ita se habere affectus vitiosos ad imperium rationis, vt se habent membra paralitica ad motum. ideo Cretenses cum vellent aliquem dira execratione perstringere, precabantur, vt praua consuetudine delectari posset, ita Valerius refert, sic per speciem pacis nostra interna Respubl. euertitur. *Ex voluntate peruersa facta est libido. & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta* est necessitas, quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis Confess. 8. cap. 9. Ethi. 1. c. vltimo. Vale. 7. c. 2.

Digitized by Google

tenebat me obstrictum dura seruitute: ita Augustinus ibidem.

4 Hinc in concitandis affectibus acres esse possumus, in compescendis vero sumus impares, nam parta victoria procaciores effecti sensus per proteruiam omninò dominari volunt rationi. cum in hoc domestico bello plus sibi vendicēt affectus, quibus iam paruit ratio, quàm ipsa mens. etenim remissis virtutum officiis statim emergit vitiorum audacia, & tyrannis. Gene.c.16. Despicit tunc sensus rationem, veluti Agar Sarram sibi vendicans hærilis tori fastigium; cum ad contubernium voluptatis traxerit dominum nostræ Reipublicæ imperium voluntatis. hinc ex singulis conniuentiis semper oritur maior seruitus Homil.31. In Euang. mentis, quæ deinde malè assueta cogitur famulari suis seruis. *Vsitata culpa obligat mentem, vt nequaquam resurgere possit ad rectitudinem*, dicebat Gregorius.

Profuga mens à statione virtutum, & ab imprudentia occupata, insanabili ex se morbo laborans, nunquam desinet iactari morbo, (nisi ad priora virtutum studia redierit) suis consuetudinibus effecta rationis, & quietis impatiens. vnde Dominus Isai.c.48. in Isaia clamat, *Vtinam attendere tis ad mandata mea, abundaret instar fluminis pax tua.* etenim vt Aristoteles docuit, *Insatiabilis est hominis improbitas.* 5 rationem attulit Pythagoras, referēte Philosopho, quia malum est infiniti, vt bonū est finiti. Quod Poli.2.c.5. Mag. Mor. 2.c.6. apertè minatur Dominus improbis, *Comedetis, & non saturabimini.* Leuit.c.26. cum voraginosa sit ingluuies vitiorum, & inexplebilis fames. nam patrare omnia tunc audet sensus propria libidine, & consuetudinis audacia. Attamen nihil aliud in insipientis anima oritur, quàm vulnus, quàm vlcus. à quibus illa effecta brutalis cogitur ægrotare; deinde extinctis virtutum luminibus miserè interit, violentiis vitiorum enecta. vt huius ferè exēplar in Plutarcho habemus. Iuuencula quædam (cuius venustatem duo iuuenes ardenti prosequebantur amore) ex indulta sibi facultate eligendi, ex his vnum sibi vendicauit tenuioris fortunæ, alterius spreta opulentia, indicta die nuptiarum ex insidiis prosiliens ille, cuius connubia renuerat adolescentula, violenter ad se eam rapere conabatur, ex aduerso ad se electus sponsus. Quorum contentionibus virguncula amantium, sociorumque impetu dirempta interiit. Qui mortis extiterat causa, statim se iugulans, obiit. alter nusquam comparens violento fato se interemisse creditum fuit. Ita cum alicuius vitij se dicauerit obsequio Anima, statim alterius prosiliente cupiditate, lacerata ad interitum deduci, necesse est, & si nunquam uitiorum uoluptates sine ærumnis asequitur. Quo circa semper est molestiis obsita eius uita cum mentis perturbatio sit

Amaro narrat.

partus

Digitized by Google

partus malitiæ, à qua irrequietè mens torquetur rationem deserens. Enimuero ut bella,& calamitates ex ciuium seditionibus oriri solent, ita ex intestina dominatione sensus contra rationem. Quæ licet in malum consentiat,nũquam tamen quietem nanciscitur increpatrice conscientia.quin etiã si hæc quasi emortua non dissentiret, non euaderet perennem conflictationem uitiorum.hinc nullus legislator pœnam statuit improbis, quia quiescant, sed quoties exercent praua cum nouerint illis imperitari non posse quietem, perenniter tumultuantibus uitiis,& irrupentibus affectibus. Nam ueluti una febricula non pars corporis decumbit,sed totum; sic non modo multis, sed etiam vnico vitio tota infirmatur mens,& exagitatur. Itaque cum in tali etiam pace sensus,& rationis in malum, pernicios sit quies, vt salubrius quæsitandum est semper bellum, & irrequieta dissensio eorum.

Apparet itaque ab abstinentia prauarum cupiditatum oriri tranquillitatem,& pacem,& veram felicitatem.quandoquidem multa,& funesta bella à vitijs conflata sunt,quæ aliquando potiorem sanguinis partem ex ciuitatibus pessundarunt, ita vt miserum spectaculum factæ sint superstitibus. Quamobrem ex illis subducendus est animus, vt supra caduca emergens,potiri quodammodo possit cæli colarum tranquillitate. ne cum sit corpore, quasi cancellis, reclusus, adhuc etiam retineatur passionum custodijs,à quibus tanquam à Cerbero assiduis infestetur latratribus. tunc molestis vigilijs succedent horrifica somnia per oblata scelerum simulacra.hinc ei amata 6
silentia noctis non auferunt,sed inferunt molestias;nã aliquantisper sopito labore corporeo cogunt meditari pericula, quæ ex sceleribus ei imminent. Neque mens cogere potest conscietiam,vt sileat,vt conticescat,vt non obijciat crimina, vt desinat in iudicium vocare sontem,ideo dicebat Plautus,

Nihil est miserius, quàm animus hominis conscius. Iu Mustell.

Quamobrem vera quies non est, qũæ fit à diutino somnio, aut 7
à Letri puluinari,aut nobili culcitra,sed quæ à nulla vellicatur conscientia delictorum,nam quoties mens à se abijcit profana, pias parturiens actiones,secum non obstrepit,sed quietè se explicans deliciatur in tranquillo secessu,& congressu virtutum; quarum afflatu correptus experitur,in solo amato Deo omnẽ hilaritatem inueniri,& hanc præfert cunctis mundi bonis.Quę lætitia est incomperta profanis. Enimuero cum nihil in se ha- Nico.9.c.4
beant amabile, neque *erga se ipsos esse amicè affectos videntur*, vt docebat Aristoteles.

At illorum quanta sit quies latet impios; cum sint placidi, inconcussi, hilares, sublatoque omni domestico bello, interna

Digitized by Google

pace fruuntur, etiam pauperie, & vilitate oppressi. nam *Talis est optimi viri animus, qualis status supra Lunam. Semper ibi serenum est*, ait Seneca. quam tranquillitatem interna virtutum possessio præstat. *A qua est libertas, fœlicitatum omnium fons, & origo*, vt ait Philo. & Plutarchus, *Bellum quod à vitijs infertur, nulla ex virtute spolia ducit. Nam sicuti concentum virtutum à Deo foueri decet: ita dispergi, & profligari vitia* dicebat Philo. Igitur resistendum prauis affectibus, vt interna pace lætari possimus. ideo Horatius ait,

Epist. 60.

Quod oīs probus, &c

De liberis educandis.

De cōf. ing

Hic murus aheneus esto,
Nihil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Ad mecæn. Epistolar. 1

Est enim culpa, siue vitium non solum proclinatio ad profana, ad deleteria, (& hoc quidem natura) sed sui voluntaria deuinctio cū illis, à quibus virulentius inficitur animus, quàm à pestiferis morbis corpus tabescit. etenim ægritudines omnes (vltima excepta) naturæ vi profligantur, quandoque adminiculatrice arte; at animi à solo Deo curantur. cum cura immortalis morbi, immortalis medici erat industria. corporeos morbos non magis irascens Deus primario sceleri inuexit, quàm miserans ægritudinum animi, ne sanitate lasciuiret semper. etenim domita carne, quod præsertim fit ægritudinum tabescentijs, homo sese liberius mancipat rationis imperio. vnde dicebat D. Paulus, *Cum infirmor, tunc fortior sum*, subactis tunc desiderijs inferioris animæ, superior expeditius euadit in cælū idcirco peritè dicebat Plinius, *Quem infirmum auaritia, aut libido solicitat? non amori seruit ille, aut appetit honores, opes negligit, inuidet nemini, neminem despicit, nec sermonibus malignis attendit, aut alitur*. cum corporea ægritudine torquetur, tunc quæsitat animi integritatem. quare expedit infirmari, vt valescamus animo, quin etiam nec dissimili ratione natura mortem propinauit homini, ne sempiterno labore tabesceret, & mœrore. hinc exacta per dolores vita, nouissimè malorum aduenit liberatrix mors.

8

Cho. 2. c. 12

Epistol. 7. ad Maxi.

At vitia nostri animi prauitate orta, nobis potissimè insidiātur, & veluti viperarum nati parentis disrumpunt viscera. in quo malo illud præsertim lugendum, quod tales morbi sensum adimunt ægrotanti, ideo dicebat Seneca, *Difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus*. qua de causa periculosius ægrotant hoc laborātes morbo. etenim vt docuit Hippocrates, *Morbo laborantes aliqua parte, & dolores non sentiunt, vs mens ægrotat*. tunc languor in capite est sensationis principium, quo per morbum opp. esso, nequit in membro sensatio fieri; hinc se ægrotare nesciunt, vt sunt Lethargo oppressi, aut comitiali morbo. Ita qui morbosa contagione vitio-

9

Epist. 51.

Aphor. 2. num. 6.

rum

Digitized by Google

rum fœdatum geſtant animum, dum placuerint illa, non percipient ſe moleſtari ab illo peſtifero languore. ideo quaſi humoribus quieſcentibus falluntur. Qua ratione periculoſiores ſunt animi morbi, quàm corporis. nam tunc malè affectus animus, ſuæ ægritudinis neſcius, medicũ auerſatur, & pharmaca. quarum rerum auidiſſimi ſumus dum inuadunt nos corporeę ægritudines. at in animi malis cum nos pigeat profligare morbos, non admittimus curatorem, ſed adulatorem, & tunc maximè cum inoleuerint vitia, à quibus paulatim adimitur, & tandem extinguitur ſenſus omnis languoris: vnde dicebat Auguſtinus, *Quod pungitur, & dolet, aut ſanum eſt, aut eſt in illo ſpes aliqua ſanitatis: quando autem tangitur, pungitur, nec dolet, pro mortuo habendum eſt.* Ita ſenſim exurgunt vitia, primoque procliuem efficiunt animum ad ſcelera, poſtea peruicacem, deinde effrænem, & tandem inuerecundum. Quare talibus preſſi morbis pro virtutibus commendant vitia: vt pro comitate laſciuiem, pro induſtria rapinam, pro prudentia fraudem, pro fortitudine iracundiam, & pro virtutum merito, immoderatam cupiditatem honorum. Domen. 4. Aduent. Serm. 1.

Quæ ambitio cum hominis occupauerit animum, non ſinit eum ſe dedere ſeceſſui, vel tolerantiæ, vel pietati, ſed maximè illum pertrahit ad contentiones, ad ſimultates, ad inſidias. *Eos iuſtitiæ capit obliuio, cum in imperiorum, honorum, gloriæue cupiditatem inciderint,* ait Cicero. Quare Calpurnia vetabatur lege, edita ab vrbe condita 684. ſi quis ambitus eſſet accuſatus, & condemnatus, in perpetuum gerendi honores impotentia multaretur. ab hac peſte humanitate extincta feritas in animum inducitur. Ita Thraciæ Imperatores potito ſceptro ſtatim ſuos iugulari mandant. Æthiopum Reges damnant ſuos conſanguineos clauſtro cuiuſdam montis: & olim Abimelec, vt ſolus regnaret, occidit ſeptuaginta fratres. quin etiam hæc tabes adeò quorumdam inuaſit animos, vt Deorum appetierint æqualitatem. Caius non ſolum ſuam impiam conſecrationẽ efferre voluit in publicum, ſed in theatris vario Deorum apparens habitu, ſibi vni vniuerſorum Deorum cæremonias, & honores, congeri, & exhiberi voluit, vt eos vinceret, quibus inuidebat, vt refert Philo. Et impius Iulianus, inſpectis vorticibus aquarum Euphratis magnopere expoſtulauit ab amicis, vt eũ obruerent aquis, & euulgarent inde, à Dijs fuiſſe raptum: quaſi alter Quirinus. at tales, qui ſe ambitioni dicant, dediſcunt naturam. 10 Off. 1. Dio. lib. 56. Iudicũ c. 9. De lega. ad Caium. Curt. lib. 6.

Nec homines ſolum, ſed Deos deſpiciunt,
Vt dicebat Curtius, itaque exmonitis Poetæ,
Nec ibi regnandi venias tam dira cupido. Gergi. 1.

Huius paſſionis periculoſa tempeſtate à portu tradimur quietis ad

tis ad inquietitudinum fluctus; & periculoso cursu ad naufragium tendimus gubernatrice temeraria ambitione, cum effrenis illa nullum vereatur periculum, aut piaculum. Quamobrē non patiamur mentem nostram à tali vectari belua; sed si per incogitantiam ad hanc ascenderimus, desiliamus, quàm primū ita adipiscemur victoriam, cum in his certaminibus victor fiat victo deterior prævalente vitio, hinc se vinci quisque non pudeat. imò prouocanti ultrò victoriæ palmam debet offerre: cum pugnanti cedēdo, efficitur virtute victor. *Nam nemo magistratum petit, qui non gloria, & ambitione ducatur*, ait Aristoteles. Magno tunc pretio constat victoria, quę spirituali emitur naufragio, hinc victoria non est, sed calamitas: cum pro caducis commutentur æterna. Quocirca euertenda est talis animi passio, quæ sæpe occupans abditos recessus cordis pro lætis Lethum, pro sede dignitatis sepulchrum obtrudit, nam ut ait Seneca,

Poli. 1. c. 7.

In Hercul. Oct.

Vrit miserum gloria pectus.

Quamobrem scrutari debemus latebras passionum nostrarū, si quis in nobis est virtutum amor, & desiderium mutationis in melius; ut illarum perspecta morbifera cōditione, declinemus contagium. ut hilares esse possimus, omnis ex animo climinanda est ambitio. nam sępe spe arridente felicitatis (qua irritatur ambitiosus animus) trahimur ad acres molestias, at vero si tēperantia talem compositerimus affectum, hoc sublato bello, & interna constituta pace, non depressum mœstitia animum gestabimus, sed elatum honesta lætitia: inducta pro prœlio pace, pro seruitute libertate. Quod si tam exquisita vigilantia rimantur homines plantarum vires, ut corporum tueantur, vel reuocent incolumitatem; certè ambitionis debent venari principium, quod sola est animi superbia.

11

Huius peccati labem, ut eluat Deus, nos aduersitatibus corripit. Nam si ut monuit Stagirita, *Vnicuique conuenire videtur, vt liberis suis, & amicis, ad virtutem conducat, aut saltem conducere proponat.* Quanto magis Deo? hæc castigatio est amoris insigne, ita Dei cognati cognoscuntur. Nec maior esse potest cognatio, quàm quæ intercedit inter Patrem, & Filium. nam carnis libertas de facili subuertit hominem veluti malè sub vrrata nauis carens gubernatoris prudentia, cum animaduersio ex sui natura ad emendationem proficiat, nam quoties fuerit disciplinis correctus, à seruili vitiorum non euertetur imperio: sed inde mouetur ad virtutum opera; illectus amore diuinarum rerum. cum Deus non solum offerat solutionem à prauis passionibus, sed robustas virtutes, ut remigemus in patriam, à quibus solis replemur gaudio. Nam synceri risus opifex est

Nic. 10. c. 9.

11

Digitized by Google

fex eſt Deus ſolus, quocirca Deo operante ſarra concepit Iſaccum, qui riſus interpretatur. enimuero cum deſierint muliebria fieri(ueluti emortuis concupiſcentijs) anima concipit, & in lucem effert ſyncerum gaudium,à poſſeſsione, & uſu uirtutum emanans.nam tunc anima perfectè lætatur, cum perfectis inſignitur uirtutibus & hæc merces eſt purgatæ animæ,de facili non poſſe illaqueari à noxia ſuadela ſenſuum, quod lætitiarum eſt origo. Gene.c.21.

13

Igitur anima ſe ab omni profano affectu corripere debet,& ab ambitione præſertim,uirtutumque ſtudijs ſe occupare,nam ſublatis illis ſcimus Deum affore propitium,cum ut innocentem,ita pœnitentem libenter ſuſcipiat,& munerat pace. Quapropter ſuperato uniuerſo agmine uitiorum (quorum etſi uideatur inexpugnabile robur aſſuetis famulari, cæteris uero Dei præſidio fultis,omnino imbecille) indeſinenter depurata anima datori Deo uictoriæ pientiſsimas canit laudes, cum nec melior,nec præſtantior uictoria dari poſsit,quàm quando quis vincit petulantium quadrupedum agmen.hoc eſt vitioſorum affectuum multitudinem.contra quam perenne bellum ſuſcipere debemus, nec aliquando componere pacem. Etenim cõſectatio, & adeptio voluptatis, acceſſio eiuſdem eſt, & accenſio non finis. cuius ſcrutata natura, & intima conditione,purgato ab erroribus animo, repoſitos affectus animi malos abiciemus omninò.

Fugatis prauis paſſionibus, amatores effecti ſolitudinis, diuinis contemplationibus exultabimus.

Caput XXXXI.

QVamobrem non ad errantis vulgi inſtitutum viuendum eſt, ſed ad conſtitutum rationis. imò ad præſcriptum ſapientiæ chriſtianæ; cum hæc ſit ſolidus clauus,& rectus in noſtra calamitoſa nauigatione, qua non nouum orbem petimus, ſed æternam domum non manufactam in coelis. Vulgus enim magis more, quàm prudentia anteceſſores imitans, errans ſequitur bruteſcentes affectus, & ſtultam doctrinam. ideo primi ſequentibus ſunt exitio prauitate diſciplinæ, & morum. At gubernante chriſtiana ſapientia Duces efficimur paſſionum animæ. & tunc non patiemur eas errabundè ferri. ſcientes quod quoties per affectum terrenarum rerum cognationi

tioni cœlesti renuntiauerimus, indiuiduus comes mentis nostræ erit mœror, & luctus, nam ex æquo cum corpore cupiditatibus vritur, fœdatur, & euertitur. At ablegatis concupiscentijs, tunc gaudio exultans deuictis hostibus, hilarem ducit vitam contubernio virtutum, quas in anima plantat Dominus: vt in hoc voluptatis statu lætari possit, & leuius ferre peregrinationem huius vitæ. in qua sœpe sœpius hostium petimur telis, & insidijs. *Nam quorum pectora virtutes possident, dulcedine, suauitate, & tranquillitate replentur*, dicebat Augustinus. Neque potest anima, spretis mortalibus, immortalia syncerè concupiscere, (quod proprium est christianæ virtutis) sine diuina gratia, cuius quatuor sunt, lætitiarum gradus.

Medi.c.35.

1

2 Primus est ille, quo hi perfunduntur, qui abiecta vetustate peccati, pœnitentiam veluti tabulam in extremo naufragij periculo amplectuntur. tunc eos pœnitet, & pudet; eius detecta per diuinum radium fœditate, & pernicios itate. Infernales hiatus flammiuomos verentes primo, postea accensi desiderio, & spe, consequendæ veniæ, dono sancti Spiritus humillimè expostulant summi Dei gratiam. Quod quidem D. Bernardo teste, *Necesse est, vt operetur dulcedine quadam Spiritus, spe replens animam, per quam fiducialiter postulet.* Enimuero semper cum spe est aliquid admistum amoris, sicut cum amore copulatur voluptas. hinc sicuti illato lumine lætatur oberrans in densis tenebris, ita hilarescit anima illustrata à Deo; sperans, & ambiens à primario Medico sibi propinari medicamenta vulnerum, in quibus lætabatur olim suæ ægritudinis ignara.

De Pento. Serm. 1.

3 Secundus gradus hilaritatis est, cum ritè pœnitentibus peccata condonantur. exornantur tunc similium animæ cœlestibus donis. idcirco abiecta peccatorum sarcina, erecto animo cœlestem patriam spectantes mira quadam tranquillitate perfunduntur; rectum tenentes cursum ad veram fœlicitatem. In quo itinere nemo sine lætitia graditur; spe libans voluptates æterni conuiuij Dei. quas appetens pitissare Dauid precabatur, *Redde mihi lætitiam salutaris tui.* Deletis morsibus conscientiæ, sanatisque peccatorum vulneribus, discusso timore diuini iudicij, & æternarum pœnarum, quasi ex imminenti eruti naufragio, spiritum hilariter ducunt, & anhelantes expetunt cœlestem domum. Enimuero quando anima sancto Dei flammescit desiderio, tunc maximè optat initiari præmijs, & coronis æternis, repleta immortalium rerum concupiscentia. *Quanto quisque est purgatior, tanto facilius intuetur verum*, dicebat Augustinus. quare toto mentis desiderio futura expectat bona, dono sancti Spiritus illecta, & erecta pia quadam fiducia, vt ibidem dicebat D. Bernardus.

Psalm. 50.

De vtilit. Creden.

Tertius

Digitized by Google

Tertius gradus hilaritatis est, quo in aduersis miro modo Spiritus Sanctus consolator fouet sui amantissimos, eos muniens leni patientia,& virili constantia. etenim cũ sit ipse sæpe numero dolorum causa (cum religionis causa oppugnentur pij) consequens est, vt ipse sit etiam lætitiarum origo,quibus illorum sopitis mœstitijs efficit, vt in tormentis exultent.& ita impij cogantur fateri, se à suis victis gloriosè vinci. cum hostem vincere virtutis sit opus, vinci vero, & prosterni sit improbitatis. quod in sanctis Apostolis fuit manifestissimum. *Qui gaudentes ibant à conspectu concilij. cum digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati.* corroborati illi cęlesti constantia aspernati sunt concilij furorem, veluti pueriles minas,& ludrica certamina. hac ipsa virtute deliniti Martyres belluarum ferociam, voracitatem ignis, ferri acerbitatem,accurrentes carnifices, iratos tyrannos, aspernabantur. Nam etsi exquisitis tormentorum generibus petebantur ad necem, tamen eorum sopito desiderio vitæ, & spe diuinæ visionis accensi nullam ferè acerbitatem sentiebant suæ carnificinæ. quo circa nihil solliciti erant de mortali corpore, quod gestabant oneris more. hinc illis graue non erat, à quouis conteri. sed appetebant à necessitate liberari illud gestandi. Quod si pauculæ istæ prægustatæ suauitates tam mirè afficiant animam, vt suauiter cogant appetere finem vitæ, quæ erunt illæ, (vt ipsi dicebant,) quæ ex perenni fonte intuiti Dei profluent, & scaturient ? Qua meditatione gemebundi anhelabant ex ijs solui vinculis. idcirco Dei suauitate deliniti, deposituri corpus, lætabantur in tormentis. Acto. c.5.

An quia celebrè erat hoc amoris argumentum ? *Flagellat enim Deus omnem filium, quem recipit.* Hebr. c.12.

An quia efficiebantur puriores ? tanquam aurum tunc à Deo probabantur. Sap. c.3.

An quia tunc eorum passionibus glorificabatur Deus? *In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis, qui tentantur auxiliari.* vt docuit Apostolus. Hebre. c.2.

An quia animo ponderabant exigua mercede immensum mercari bonum? nam teste Apostolo, *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.* Roma. c.8.

An quia anima diuinarum suauitatum rigata profluuio,sensuum quodammodo destituens consortium, acerbitatis dolorum redditur incapax?etenim *Amor fortis est vt mors.*quod si hæc vtriusque diuidens munera, efficit insensibile corpus, certè amor mentem deducens ad Deum, efficiet, vt tormenta corporea pro nihilo ducantur. Cant. c.8.

An quia nouerant post rapinas quorumcumq; suorum bo-

Hebr. c. 10. norum temporalium, sibi superesse *meliorem manentem substantiam*? vt docebat Apostolus.

An quia hic non habentes ciuitatem manentem, sed inquirentes futuram, optabant summopere liberari ab exilio? nam, docente Paulo, nouerant, *Relinqui sabbatismum populo Dei*.

Heb. c. 4. 6

Quartus gradus hilaritatis est ille, qui diu exercitatis in palestra virtutum contingit. interno, secretoque Sancti Spiritus testimonio sentiunt hi, se cœlestis gratiæ munere regi, agique, & per consequens se esse filios Dei, & consortes regni cœlorum gratuita Dei prædestinatione. *Omni operanti bonum est gloria, honor, & pax*, dicebat Apostolus. & alibi, *Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, & pax*. Quæ ex eiusdem oraculo *Superat omnem sensum*. Talis suauitas Sancti Spiritus secum afferens deliberatam constantiam obsequendi diuinis mandatis, quandam habet certitudinem moralem, sufficientē tamen vt placet conscientiam. quæ miro modo hominis lætificat animam, spe concepta futuræ beatitudinis. Vnde dicebat Apostolus, *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, si filij, & hæredes*.

Rom. c. 1. Gala. c 5. Philip. c. 4. Rom. c. 8.

Etsi hoc apud quosdam non solum probabile fuit, sed etiā indubitatum, Dei gratuito dono hoc illis reuelatum. vt Sanctis Apostolis fœliciſſimè contigit, dicente Domino, *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis*. Horum animi itasulti, septique erant diuino præsidio, vt neque externo, neque interno hoste, ad peccandum lethaliter impelli poterant. nesicuti Primum hominem prostrauerat diabolus obiectum sensibile inferens, (vel verius amatam sponsam,) quorum omnium finis ipse erat constitutus à Deo, ita posset etiam primos athletas regni Christi suasione ad peccandum inducere. quibus suam commendauerat Ecclesiam. Quo circa fatebatur. *Ergo rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum*. quo factum fuit, *Vt illis secura mens esset iuge conuiuium*.

Lucas c. 12. Aug. de Ciuit. 14 c. 11. De Gene. ad lit. 11. cap. 31. Ioann. c. 12. Prou. c. 13.

Quos etiam multiplicibus oblectationibus mulsit; vt cognitione diuinarum rerum, memorijs beneficiorum, nec solum quibus affecti sunt, sed à quibus erepti malis. *Cum præteritorum malorum secura recordatio magnam voluptatem afferat*, ait Cicero. Quod si corporeum coniugeum corporeas parit, & conciliat voluptates homini, quantæ quæso erunt piarum animarum cum Deo? nam istæ carent fœditate, lassitudine, intermissione, erubescentia, & zelotypia: imò vsu dulciores efficiuntur, & cariores. Quibus & sancti Apostoli abundarunt, & similia non defuerunt pijs, nam si natura tam grata sepsit voluptuosa prorigine laboriosum, turpemque congressum

Ad Lucium

ſum maris, & fœminæ, vt horum tueretur ſpeciem, quanta, quæſo Deum ſuos amaſios ſuffundere voluptate ſpirituali arbitrandum eſt, vt ſibi ciues pariat, & numeroſiſſimum reddat ſuum cœleſte Regnum?

Quamobrem omnis anima ſapiens his rigata ſuauitatibus cœlum habet patriam, terram hoſpitij loco: Dei domum ſuam exiſtimat, corpus vero alienam. Qua ratione veluti peregrina eum externa orbis fuerit contemplata, retro vnde venerat ſummopere cupit redire. ita memor ſibi cœlum eſſe patriam, has vero terrenas, anguſtaſq; inſulas hoſpitij loco fuiſſe tributas, miro modo faſtidit. ne oberrans in caducis deſiderijs ſibi caliginem ſuffundentibus, & languorem, deuiet ab itinere cœleſtis domus. *Peregrini, & incolæ officium eſt, nihil præter officium ſuum agere, nec eſſe in aliena Republica curioſum*, ait Cicero, Cœteris colonis nouæ ſedes veteris patriæ adimunt deſiderium, at in probis viris redeundi augetur cupiditas. ſcientes ab æterno Rege ipſorum reditum, (vel verius) aſcenſum ad immortalem patriam benignè expectari. 7 Off. lib. 1.

Quo circa ab hac terrena inhabitatione præteruolant anxietate ad cœlum vſque remotiſſimum. & veluti volucres effecti contemplatione ætherea petunt. & à tergo orbe terrarum relicto, ad ingenitum illud bonum properant, rapti diuino amore, quo nihil ſublimius. Nam ſi turbines, ſi procellæ, arbores firmis radicibus fixas rapiunt ſtirpitus in aerem, & nauigia mercibus onuſta, quaſi leuiſſimum quoddam, in terram diffringunt, & flumina cogant retro abire, Omnipotentis vero Spiritus mentem hominis leuem, non ne leuiorem efficiet? & ad ſummam extollens altitudinem, guſtu diuinarum rerum ſui vnicè amatricem reddet, & inſecutricem perennis fœlicitatis? Enimuero ſicuti apparente ſole euaneſcunt tenebræ lumine ſuo replente omnia: ita lumine diuino illuſtrante, ex anima omnis caligo mentis diſpellitur, & imbecillitas à quibus liberata vinculis, libentiſſimè ſe conſecrat Deo; & in ſignum gratitudinis reliquum vitæ ſpatium diuino mancipat miniſterio.

Quoties talis ſpecies ſuauiſſimæ lucis diuinæ ſe profert animæ, immutatur illa, & ex terrena cœleſtis efficitur. hinc ſui ſimilia concupiſcens, horret extranea. ideo optandum, vt illa nobis contingat. *Initium illius veriſſime eſt diſciplinæ concupiſcentia.* ſin minus ſaltem aſſiduum huius acquirendi ſtudiū. Tūc per illam lucem liberati à graui ſeruitute prauorum ſtudiorum, fit nobis pax in Domini virtute. in qua conſtituti ſerenitate cognoſcemus, (quod delituerat occupatis in aucupio dignitatuum) rerum vmbris fuiſſe delusos. & quam bonum 8 Sap. c. 6.

Digitized by Google

fuerit nobis transfugisse ad Deum desertis terrenis amoribus, veluti insidiosis amicis. temporalium sopita vigilantia, aeri conatu migramus ad cœlestem stationem. idcirco tunc nullius mortalis rei delectabimur comitatu, cum magna vi polleant illæ, nos retrahendi ab hoc fœlici itinere.

9 Hinc pij summopere solitudinem adamarunt, vt solius Dei possent assidua frui contemplatione; omnium mortalium fugitantes consuetudinẽ, retardantem hanc dulcissimam familiaritatẽ, & aliquando extinguentem, morũ prauitate, quæ serpit, vt cancer. Quare diuinarum rerum amore pertrahuntur ad loca inaccessa, & inuia. dulcissimam vitam existimantes secessum ab omnium consuetudine fruendæ contemplationis gratia. *Tunc non vt homines sunt, viuunt, sed quatenus diuinum quod in ipsis est,* vt asseruit Philosophus. etenim quoties mens imperat cœteris potentijs, secum colloqui suauissimè reputans, externas omnes confabulationes spernit. & tunc demum cœteris reiectis occupationibus vitam complectitur seueritate, & pietate tranquillam. vnde Nicephorus monebat, *Qui in vna Dei contemplatione mentes defigunt, his talibus montes, & spelunca conueniunt.* & Nazianzenus de monachis loquens ait, *Ipsi partim solitarijs antris, & ad terram stratis, rudibusque cubilibus delectantur, à domibus abhorrent, vrbium frequentiam fugiunt, cognatamque cœlestis sapientiæ quietem amplectuntur. alij rursum ferarum ritu paruis, angustisque domibus inclusi, nec mortalem quidem vultum inspiciũt.* Incolebant illi aspera loca, confragosa, siticulosa, in præcelsis montium iugis, aut caueis; vt sic affligendo corpora, assuescerent laboribus, & egestatibus. Quare pauperie diuites, & parsimonia opulenti erant. pariterque assuescebant hyemem, & estatem tolerare, & quod vis durum, & acerbum. ne vnquam exciderent à quouis præcepto, vel consilio diuino.

Moral. 10. cap. 7.

Hist. lib. 3.

Ad Hellen.

Patet itaque nihil esse accommodatius monastico instituto ipsa solitudine, quam peramanter nostri Patres incoluerunt, non quidem cœterorum odio, sed vt ne isti suis moribus eorum contemplationibus, & vitæ instituto officerent. *Qui cœtus hominum fugiunt, natura aut vitiosi sunt, aut hominibus præstantiores,* vt monebat Aristoteles. vt erant illi, certè sublimiores rebus omnibus sensibilibus. cum iam migrassent animo in cœlestem mundum, ibidemque sortiti essent præstantius domicilium. Quapropter immortalis vitæ cupiditate accensi, quasi mortali vita defuncti, vltro omnia deserebant caduca, vt expeditius se insinuarent cœtibus cœlituum. enimuero si Amicorum omnia sunt communia, vt ad cœlestem hæreditatem ius haberent, consequens est, eamque ardenter concupiscerent.

Polit. 1. c. 2.

Digitized by Google

scerent. Vnde negabant se habere aliquam priuatam patriam, aut hæreditatem in orbe. nec amplius propendebant ad ea, quæ prius sibi iucunda videbantur, sed *Mente seruientes legi Dei*, vt dicebat Apostolus, cogebant inferiorem animam famulari menti. Ruasi ex huius mundi salebris lætanter ambulabant in mandatis Domini in quauis luctuosa cõditione; cum esset illis ratum, abiectionem esse potiorem magistratu, pacatiorem esse solitudinem cuiusuis familiaritate, magisque salutarem pauperiem omnibus diuitijs. Quod in Osea Dominus promiserat, *Ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius.* tunc per Dei consuetudinem fit anima fortunarum contemptrix, & pietatum peruicax. continuaque cũstodia fugitat desectabilia; sciens sœpe contingere imaginibus dilectarum rerum sopita profana studia reuiriscere. ideo sublatis impedimentis tutius spatiatur anima, & tranquillius. Roma. c. 7. Osea c. 2.

Si peculiares philosophiæ contemplationes elegantes habẽt voluptates. *Nam quod cuique est proprium, illud optimum est, & iucundissimum*, vt docebat Stagirita. Summę illius veritatis contemplationes sapientiæ redundantes, & amoris, quantas secum afferent lætitias? In ipso enim statim contemplationis initio se obuiam facit Deus, vt sui cupidos benignè accipiens complectatur, quibus si non desit voluntas, semper sui copiã facit. nec tale gaudium ab aliqua re mortali intercipi patitur Deus, vel immutari per multiplex lenocinium succedanearũ passionum. Imò quæ mœrorem inferunt, vertunt ipsi in cumulum gaudiorum. *Cum quærant secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem.* vt dicebat Apostolus. Diuina illa mentis illustratio, quæ ex contemplatione oritur, acriores incomparabiliter efficit mentis oculos, quàm sol iste visibilis corporeos. nam istis visibilium solummodo specierum superficiem, extimamque partem intuemur, verum illis, etiam intimos recessus diuinitatis. in quorum intuitu non adulterina inuenitur lętitia, sed vera, sed pura, sed indeficiens, & profanis ignota. Qua de causa hac sola delectantur pij, quæ terminos humanæ fœlicitatis transiliens, non modo possessores facit diuites, sed omnium corruptibilium dominos, nunquam senescente, sed semper virescente dominio. 10 Ethi. 10. c. 7 Roma. c. 2.

Quamobrem fœlix est omnis anima illa, quæ dissociata ab omni cupiditate mortali, suauissimis Dei voluptatibus inhiat. nam quo interior erit illarum gustus, eo efficitur siticulosior. Hinc nec gloriæ ardor, nec titillatio vanæ gloriæ illam à gradu pietatis dimouere poterit, nec timor mortis impetum retardare amoris in Deum, cum ad bona opera impetu quodam diuino feratur, non tàm dictamen rationis sequens, quàm 11

ipsum

ipsum Ducem Deum. ideoque verè ait Boetius;

Conf. 3. met. 7.
O fœlix hominum genus
Si vestros animos amor,
Quo cœlũ regitur, regat.

In quibus animabus Deus suam locauit sedem, ab eis concupiscibilium ablegans desiderium, efficit, vt pientissimo secessu gaudentes, agentesque choreas cum veris virtutibus, cãtent, *Omnia arbitrati sumus stercora, vt Christum lucrifaciamus*. vnde dicebat Augustinus, *Dulcedo præmiorum eos contemptores efficit præsentis vitæ dulcedinum.* In quo vitæ instituto vita destituti, est mori suauissimè, expectatione immensæ beatitudinis, cuius illi suauitates libarunt eo modo, quo possunt mortales immortalium cibaria pitissare.

Philip. c. 3.

In Matth. cap. 8.

12

Etenim sicuti Deo seruire maxima est gloriatio, non solum diuitijs maior, sed principatu, imò libertate pretiosior: ita nihil suauius ipsa spirituali dulcedine. Quare multi ex sanctis Patribus necessarium cibum aspernati sunt, diuinarum rerum contemplatione se substentantes satis robustè. constat ex præclaro Nazianzeni testimonio, quosdam monachos totos viginti dies, totidemque noctes à cibo abstinuisse; vt nulla fieret intermissio huius cœlestis pabuli. quod si cicadæ rore viuunt, vt refert Philo. cur non æthereo nectare piorum animas liberius suauiusque viuere certo statuemus?

Ad Hellen.

De vita cõtempla.

In qua spirituali sagina pij eructantes lætitias suas, erumpũt in voces quasdam sine verbo. *Ita vt illos gaudere quidem scias; sed quasi repletos nimio gaudio non posse explicare verbis, quo gaudent*, dicebat Augustinus. nam D. Ioanne teste, *Nemo scit, nisi qui accipit.* tunc tales extra se rapti, bacchabundi à Numine agitati, dissimulare non possunt interna gaudia. quo circa honestè quidem, sed iuueniliter petulantes rident, & exultant. enimuero concitata anima suauitatibus, etiam corpore iuuenescere videntur. hinc cœlesti incandescente ostro sacra cantant. *Cum deliciæ spiritus diuina sint cantica*, dicebat Augustinus. Interim exolutis studijs omnibus vitæ mortalis, in illis honestissimis voluptatibus deliciantur. quam ebrem eorum mentes sancta sobrietate saturatæ semper ambiunt consabulari cum Deo. hinc in solius Dei cultu gaudentes, lætantur assiduè inebriati sobrijssima temulentia. & hæc est vera ebrietas sobriorum, & castissima temulentia spiritualis, omni temperantia sobrior.

In psal. 99.

Apoca. c. 2.

In psal. 148

Cuius pudico liquore, cum ebriolatus fuerit homo *Sedebit solus*, vt ait Hieremias, vt abiectis impedimentis interius se se Deo insinuet. cum amanti sit graue illud omne, quod amatæ rei intercidat memoriam. ideo se se solitudini mancipat, vt

Tren. c. 3.

ex pe-

Digitized by Google

expeditius Dei potiatur congressu. qua ratione sibi soli vacãs, *Eleuabit se supra se.* in carne viuens, sed supra carnem se se extollens, imò amore mansitans in cœlesti aula. Sanctus Franciscus Xauerius in quadam Epistola ad Romanum Collegium scribens ait. *Hæc ad vos scripsi, vt sciatis inhisce insulis Iaponicis quanta sit copia solatiorum. etenim hæc pericula, & labores vnius Dei causa vltro suscepti, thesauri sunt ingentibus spiritualibus gaudijs referti.* à quibus tanta erumpere consueuerat fletus copia, vt penè amiserit oculorum aciem. & quando illorum rigabatur profluuio, dicebat, *Satis est Domine.* verens ne ipsorum abriperetur dulcedine. Maffe. de rebus Indicis fol. 7.

Igitur, Amice, deceptum animum ambitione potius, quàm deiectum, rationis sulchro ad cœlum erige. & ex Persei sententia.

Ne te quæsieris extra. Saty. 1.

Cum propositum præmium laborum, tolerantiæ sit hortamentum. & bona, & mala non sunt æstimanda stimulis sensuum, sed ex rerum natura. *Ergo cum inestimabile bonum sit, suum fieri,* vt dicebat Seneca. coercendi sunt impetus cuiuscumque prauæ passionis, tunc in cœlis spatiatur animus, & deinde firmatur similibus laboribus. alioquin sterilescens in sanctis operibus grauem sentiet perturbationem abdicatione prioris dignitatis. cum à solo Deo honestari sperare, & optare debemus, non à mundo, cui diximus, Vale. Epist. 76.

Quapropter insistendum est sanctis contemplationibus. tũc introrsum maiora, & meliora bona complectemur. insuper ratum habebimus, *Nostras opes in egestate esse, possessiones in peregrinatione, potentiam in subiectione, gloriam in opprobrijs,* vt ait Nazianzenus. & hæc vera est eruditio animæ, cuius eum solus sit auctor Deus, molestè ferens aliorum eius iniquam tyrannidem, omnem poscentem vegetat, nutrit, roborat, spiritualibus suauitatibus, donec transeat gemitus, & succedat visio. Feracitate terræ messores gaudent, vindemiatores fœcunditate lætantur, cœterorum fructuum copia exultant agricolæ, at vero Pij in vberrima Sancti Spiritus effusione tripudiãt. cuius vt præstantiam nemo referre potest, ita nec suauitatem. Orat. 1. de Pace.

Cœlestium

Cœlestium reminiscentia obliterantur angustiæ animi. Caput XXXXII.

ID lachrymis agere, quod tolerantia agendum est, omnino
De Bello 2. cap. 16. non vacat à culpa, Amice. *Cum sint superfluæ querelæ aduersus Rectores orbis*, vt ait Ioseph. imò sunt noxiæ. obsidione tunc passionum cœlestis mens, & amaritudine pressa, attolli non potest, vt suæ originis sit memor. vt æthereã se reminiscẽs esse non terrenam, æternam non caducam, diuinam non brutalem, secum suæ irascens insaniæ, hæc omnia sensibilia aspernari deliberet. Ita certè per incogitantiam ratio dolori subijcitur, & deletur memoria nostræ originis. Ergo verè *Oculus tuus depredatus est animam tuam*. Etenim cum in visibliHie. Tren. cap. 3. lium solum amore subsistis, necesse est, vt etiam desiderio detinearis rerum, quæ sub sensu cadunt. Nam per assuetudinem fixius imprimendo imaginem, firmant imperium. hinc videas quosdam turpissimi scorti deperire amore. At si ex his mentis aciem submouens ad cœlum direxeris, comperies angustiam, obscuritatem, fœditatem tuæ passionis, à qua detineris veluti à tenebricoso carcere, & à graui compede; anhelans detinere rerum vmbras, labentia sistere, & perennare momentanea. Quin etiam patrium solum æternum obliuioni mandasse, vt temporanei, & sordidi hospitij delecteris incolatu: pecudum
Hist. 3. sequens mores, *Quibus si fugoras cibum, iacent, torpent, præterita, præsentia, futura, pari obliuione dimittunt*, vt dicebat Tacitus. An censes præsentibus fore acquiescendum, quasi futura nulla ratione ad nos spectent? quasi illud tam magnum tam præclarum, tam ineffabile bonum vitæ æternæ sperare,
De Verb. Dñi ser. 64. & adipisci non valeamus? *Cuius quidem etsi præceptorem non habemus, habemus tamen Deum promissorem*. imò fidelissimũ redditorem an quia illud ingens bonum ignoramus, ideo obliuioni mandandum? ideo non quæsitandum? ideo aspernan-
De somnijs dum? *Certè principium inuisibilis sapientiæ est, præ oculis habere suas origines*, ait Philo.

Nam cum necesse sit, vnumquodque ad suum recorrere principium, arbitrari debemus omnem nostram cupiditatem ibidem expleri, non in cœnosis mortalium delitijs. Quamobrem cum in cœlicolarum possimus ascribi albo, cur illis potiri optamus, quæ remoram nobis faciunt ne peruolemus in cœ-
Collo. c. 3. lum? Igitur *Quæ sursum sunt quæramus, non quæ super terram*, vt monebit Apostolus. cum hoc præsens seculum diuersorium sit non domicilium; peregrinatio, nõ statio; belli locus,
a non pacis. hinc ab inimicis inuadi auersè, & aduersè; apertè,

vel

Digitized by Google

vel insidiosè, telis, vel muneribus; dolis, vel blanditijs; ferro, vel calamo; mirari non debes. *Cum militia sit vita hominis super terram*, vt ait Iob. & Ecclesiastes, *Cuncti dies eius doloribus, & ærumnis pleni sunt. nec per noctem mente requiescit.* vt occiuſu. & recurſu malorum migrationem recogitemus in patriam. nam talis contemplatio omnem adimens extraneam cogitationem, ex contensiosa animam cicurem efficit, & mansuetam. Etenim quantum nostri amor in Deum se se deducit, tantum profanarum rerum studia emarcescunt. Et vt ad pœnam ille irritat obiectis improborum concupiscentias in malum, vt dicebamus capite ib, ita replet proborum desideria in bonis. Iob c. 7. Eccles. c. 2.

Quapropter illius summi boni visio nostra perfecta satietas erit, cum sit omnis boni bonum, hinc intuentibus Deum, nihil potest occurrere, à quo illorum cupiditas excitari possit in aliud bonum. Nec artifex ille summus aliquid extra se formauit sibi per omnia simile. ne extra Deum adæquatum suæ potentiæ obiectum adinuenïens homo negligeret adipisci suum verum, & beatum finem. Ideo intuitiuè viso Deo, cætera desimt appetere bona. Quo circa Iob testatur, *Deum in suis Angelis prauitatem reperisse*. nec modo moris, vt in rebellibus accidit. qui tantæ beneficentiæ fuerunt immemores; sed & naturæ, vt in beatis spiritibus, qui semper Deum summa coluerunt religione. etenim vt deliteſcunt, & tenebreſcũt stellæ solis comparatione; ita creaturarum perfectiones, viso Deo, cum cætera sint bona illius omnis boni origine, & deriuatione. semper quidem diminutè si cum suo fonte fiat conparatio. Iob c. 4.

Qua ratione hic consectando caduca, in bonorum vitiimus egestate: at in patria in ipsa famelica saturitate beati viuemus omne bonum complectẽdo. Quare ab amore Dei deficere nõ possumus; cũ eius prẽstans suauitas explens sedet omnem nostram concupiscentiam. Hinc eius perẽniter efferendo laudes, amabimus, & amando laudabimus, vt indeficiens sit certamen erga Deum amoris & obsequij, intellectus & voluntatis, animæ & corporis nostri tandem. 4

O ocioſum negotium, plenum ſolius dulcedinis, nulla interpellatum moleſtia, nulla fatigatione ſanciatum, nulla nube perturbatum, dicebat Augustinus. tunc veræ arboris vitæ carpentes fructum, potiemur immortali vita. nullibi diuertentes animi aciem; cum in illa suauissima libatione, omni perfundemus lætitia. Quod si in hac lachrymosa peregrinatione sola spe tantæ beatitudinis summis pressi malis hilarem ducimus spiritum, quando tantarum voluptatum inundabimur copia, In psal. 147 5

Digitized by Google

quo gaudio gestiemus? Ex fonte illo viuificantem libando dulcedinem, (qua iuueneſcendo neſciemus ætatis occaſum) ſatietate mirifica explebitur omnis noſtra in bonum propenſio. Quæ cũ diuino bono ſe sẽtiet honeſtari, ſatiata grauiori ſiti in ſummo fœlicitatis obiecto ſe ſe deducens, ſua ſatietate ſiticuloſior efficitur. Idcirco etſi beatæ illæ Animæ ſemper in lucidiſſimo Dei fonte bibant, nunquam tamen bibendo faſtidiunt; cum neq; ſitis cruiet, neque nauſeet ſatietas; ſed inceſſanter finceris beatitudinibus inundantur: earumdem effecti capaces lumine gloriæ, Quo *Deum vident, ſicuti eſt*. Qua propter viuidi, clari, iucundi, omni ſpirituali lætitia repueraſcendo, conſona voce, pariter in vno populo, in vna patria, choris admixti Angelorum, per omnes vicos cantãt. Alleluia. atræ mortis abolito timore, & in exilium acto cuiusuis mali pauore: omni domite extẽrno hoſte, & interno ſedato. Ciuiumque animi idem ſentiunt, cum perfecta ſe inuicem cõplectantur charitate. Hinc commune ſit omnium, quod proprium eſt alicuius. Singulorum pectorum patentibus arcanis, inſidijs nullus datur locus: ſed nec quidem dari poteſt, *Cum ibidem inimico non pateat aditus, nec amico exitus*, vt monebat Auguſt. Vnius cuiuſque ciuis iura non anguſtiantur terminis in illo amplisſimo regno; ſed quod cæteri poſſident, vnuſquiſque fruitur, non interpellata lætitia. *Hæreditas illa non minuitur copia poſſeſſorum. non fit anguſtior numeroſitate cohæredum. ſed tanta eſt multis, quanta paucis, tanta ſingulis, quanta omnibus*, ait Auguſtinus.

Ioan. Epiſt. 1. cap. 3.

In pſal. 84.

In pſal. 49.

6 In illa indeficienti viſione Dei, quæ omni laſſitudine vacat in illa honeſtiſſima voluptate, quæ caret omni nauſea, omnis noſtra extinguitur ægritudo, vt ſitis, famis, nuditatis, intemperantiæ, ignorantiæ, ſuperbiæ. ſed nec ibidem ſydera ſuos variant curſus, hinc diei, & noctis, temporumque nulla fit reuolutio, ſed inocciduo lumine Agni illuſtrãtur indeficiẽter. omnique mutabilitate, & concupiſcentia eliminata, claro mentis intuitu fruuntur beato illo obiecto ſummæ veritatis. Et noſtrũ eſſe, quod conſtat mutabilibus momentis, tranſit in eſſe perenne, in eſſe intranſibile, in eſſe æternum. ideo dicebat Auguſtinus, *Dies terræ præcedentibus vrgentur, ſuccedentibus excludũtur, nec qui ſuccedũt maneat, vt ſed veniũt abeant, & penè antequã veniãt eunt: ſed dies cœli ſemper præſẽtes ſunt, omnes enim ſimul ſunt, quia vnus eſt, & non tranſit* Nec veſte indigebimus, immortalitate donati. Nec cibo, ſaginati mãna paradiſi. Nec potu, rigati voluptatis torrente. Nec diuitijs, potientes regno Dei. Nec alterius conſuetudine, cum *Deus ipſe erit omnia in omnibus*, quo circa nulla in nobis remanente mi-

In pſal. 88.

Cho. 1. c. 15

Digitized by Google

te miseria perenniter lætabimur in illo diuino conuiuio in veritate lucis,& aspectu immortalis sapientiæ.

Si noctis tempore in lucida aeris tranquillitate mirificè delectamur pulchritudine cœli,cuius admirandus est stellarum ornatus,quasi floribus distinctus,quanta,deprecor,erit potior animi exultatio inspectis receſſibus illorũ corporum, & præsertim sedibus beatorum ciuium? quæ res certè omnino effugiunt oculorum sensum, & captum mentis. Nam si talis, & tãtus est ornatus,qui noſtris occurrit sensibus,quam illustrior erit introrsum? si domus ita splendidè decorata est syderibus,quã præclarius,& magnificẽtius honestati sunt ciues à suo Imperatore Deo? *Ergo festinemus illam ingredi Ciuitatem.* Hebr.c.4. ex qua suis illecebris nos exegit homicida Dæmon noſtræ fœlicitati inuidẽs. quam ne consequamur denuo,per suos satellites nos agitans acerbitate persecutionum, & sensibilium suauitate,quærit ad culpas inducere.Quod si vnicum cœli astrum sol,magnitudine,pulchritudine,virtute, celeritate, & lumine mundana superat, si insatiabilis est eius aspectus, si cuncta illum veluti parentem appetunt, quantus erit præstantior, & suauior aspectus Dei? cum sit essendi causa,iustitiæ fons, suauitatum origo,beneficiorum pater,bonitatis exemplar,& beatitudinis largitor? igitur verum est illud,

Heu quam sordet tellus,dum cœlum aspicio.

Quamobrem certo certius est,quod si anima tantæ fœlicitatis flagrabit amore,visionis anxia,sui corporis claustra reserari optabit summopere;vt sui primarij genitoris frui possit amplexibus.Quare gemebunda plorabit se esse obnoxiam infinitis penè malis,& extorrem natiui soli;ambietque regressum ad patriam.cum re vera hic inquilini simus.idcirco hinc egredi cogemur trudente Fato. at vbi fuerimus ibi ascripti ciues, nunqam à tali iure vel possessione excidemus; sed eisdem obnoxij legibus,concordi charitate,sub vno Rectore Deo perenniter viuemus;fruentes perfecta victoria,plena pace,& inamissibili possessione.Nulla deinde torti indigentia,aut lassitudine,aut ægritudine,aut cautela vitandi inimicum. Hinc iure cõmendãdus est Anaxagoras,qui(cuidã increpanti,& dicenti, Nihil tibi cum patria?) respondit (cœlum ostendens) Mihi summæ curæ est illa patria. nam his solum hospitij cura est, quibus dulcis est peregrinatio. at quibus eius tædet,certe ipsis est dura, cum in hoc exilio in solius propriæ patriæ reminiscentijs lætentur. Lipſi.Satur. 1.cap.1.

Æstuet igitur anima noſtra tantæ fœlicitatis desiderio.nam in illa pasti beatitudine famelica saturitate exultabimus omnibus diebus æternitatis.q nõ ortu,& occasu alicuius pagũtur

Digitized by Google

astri, sed indeficienti lumine Dei semper meridiante. huius diei lõgitudinem concupiscamus interminam. quam nec hesterna præcessit dies, nec impellet crastina. Ab hac sola nostræ animæ cupiditas rigari potest, & affatim expleri, adepto fine sũmo & toto intelligibili summo, & toto amabili. In cuius obiecti vasta perfectione nec quidem per totum spatiari possunt angustiæ creaturarum potentiæ. & si in hoc munere non est quod desiderent, cum expleantur vndequaque; sed quod capiant. idcirco nunquam lassantur. Illarum amare, & sapere est sine labe; sicuti festiuitas sinè finè, & serenitas sine nube. Quã fælicitatem piè desiderando, certo assequemur vitæ probitate. nam

Metamo. 1. *Hac iter est superis ad Magni tecta Tonantis,*
Regalemque domum.

ad quam duabus alis peruolando ascendimus fide, & spe, charitate tamen directrice. etenim

Seneca in Octau. *Hæc summa virtus, petitur hac cælum via.*

Sub quarum virtutum patrocinio veluti sub vmbra Dei sperandum est, *Donec transeat iniquitas*. hoc est ad malum

In psal. 56. Ser. 1. inter impre. Lou. procliuitas. *Nam cum venerit sanitas, periet cupiditas*, ait Augustinus. tunc mortale immortalitate induta, nihil erit vltra mali, quod admittere, aut cogitare poterit. qua ratione ibi nulla sunt mala, sed porsus omnia bona.

9 Si homini in culpam lapsuro, & morituro, tam excellens instruxit domicilium; vt partium præstantia, ordine, & connexione, valde opus fuisse bonũ referat Moyses; Certè satis præ-

Gene. c. 1. stantioribus muneribus suum exornasse regnum arbitrandũ est. cum hoc idem ad suum pertinebat decorem, & ad fœlicitatem suorum ciiuium. in quo ipse sessurus erat veluti in propria regia cum immenso comitatu, & famulatu amicorum.

Cho. 1. c. 2. Quæ talia *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*, vt dicebat Apostol: Nec quidem mirum, cum quandoque nec magnificentissimos Barbarorum Regum apparatus deliciarum, aut belli, complectimur animo, obstupescentes illorum magnitudine, & nobilitate. *Nescio quod dulcis*

In psal. 36. con. 2. *pacis spectaculum seruatur nobis. omnino & si cogitari aliqua ex parte, in ænigmate, & per speculum potest, dici tamen nullo modo potest pulchritudo illius dulcedinis*. ita Augustinus. & alibi dicebat, *Desiderari potest patria illa, concupisci potest, suspirari potest, dignè cogitari, aut explicari nõ potest*. Postquã

In Ioan. tra. 34. 10. eam nostris extulerimus laudibus, dicentes, Esse lucidissimam, numerosissimam, fœlicissimam, ornantissimam auro, & margaritis, dulcisonã melodijs, instructissimam charitate, omnium

nium desiderabilium opulentissimam, omni pace munitissimam, nihil dignum sua Maiestate proferimus. ex ijs enim nostras depromimus laudes, quæ sensibus sunt exposita, at illa bona toto genere sunt diuisa à nostris, nec eadem bona impartienda erant peregrinis, & ciuibus; mortalibus, & immortalibus; miseris, & beatis, nostra morituris deseruiturâ labuntur. at illa famulatura æternis, iuuenescunt perenniter.

Quis peregrinans non exultaret si de repente abiectis ærumnis, absterssisque lachrymis, huius amplissimi patrimonij consequeretur possessionẽ? Nam ibidem habebimus Patrem æternum, patriam immortalem, domum immarcescibilem, ciues inamissibiles, pacem interminam; amorem inenarrabilem. Quæ animo recolens Dauid dicebat, *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini lætantes ibimus.* nec mentientium hominum hæc constant testimonio, sed Dei oraculis. ne in tãta diutina peregrinatione obliti patriæ, caduca pro æternis consectaremur. imò postea visibiliter apparens nos plenius instruxit etiam exemplo. Nam idèo factus homo hominibus, vt se seruaret Deus Dijs. *Quare donauit mortem suã impijs, vt iustis donaret vitam suam.* vt ait Augustinus. quæ merces est piè laborantium, palma certantium legitimè, & gloria triumphantium in cœlo. Psalm. 121. In psal. 148

Illuc illuc parantur corda nostra in omnibus vitæ huius tribulationibus, & tentationibus. itaque noli mirari si in laboribus pararis, nam ad magnum pararis, dicebat Augustinus. nam teste Isaia ait Dominus, *Sedebit populus meus in multitudine pacis, in tabernaculis iustitiæ, in requie opulenta.* Sanctorum illa multitudo prostratis hostibus secura numerat partas victorias. Præclarè iubilans se spreuisse labentis æui voluptates testatur & solius Dei nunc gaudere amore. Quod nulla temporum serie antiquari potest, aut minui, aut tolli, à quouis sæuo tyranno, aut fraudulento, sed in diem potius virescens, suauique saturitate illos pascens, in æternitate seculorum lætantur, Deum oculo ad oculum cernentes. in quo opere est summa securitas, secura felicitas, felix libertas, libera beatitas, & beatitudo omnibus impermista malis, & miseriis. In psal. 36. con. 2. Isai. c. 32.

Quamobrem pio homini nulla est iucundior recordatio, quam suæ patriæ, à qua exulat. *Et si talis recordatio non est sine dolore, & suspirio*, vt ait Augustinus. ægreferens incolatũ in hoc lachrymarum domicilio. sciens quod hominis mens, vt vtar verbis Lucani, In psal. 45. 11

illic postquam se lumine vero
Implenit, stellasque vagas miratur, & astra

De Bello. cin. 9.

Fixa

Fixa polis, vidit quanta sub nocte iaceret
Nostra dies, risitque sui ludibria trunci.

Sed præclarius diuiniusque dicamus cum Augustino, *Videt*
Medit. c. 33 *enim faciem Dei semper, & ibi legit sine syllabis temporum, quid velit voluntas eius æterna, legit, eligit, & diligit. semperque legit, & numquam præterit id quod legit. eligendo & diligendo legit ipsam immutabilitatem consilij Dei. nec clauditur talis codex; nam Deus ipse hoc illi erit in æternum.*

12 Nam etsi contigere potest exuli, alicubi felicius viuere, quam in patriâ; (cum virtus sibi quandoque apud hostem honores concilieit) non tamen exulanti à cœlo.

Etenim nunc inter malos viuere oportet, & internis agitari malis. Quamobrem aut necesse est quis torqueri illius amore, aut per obliuionem funestus occupari à morte secunda. si ipsamet vita hominis tentatio est, tentatio vero est tribulatio,
Eccles. c. 2. certè numquam calamitates nos deserent: Nisi *Abscondamur in*
Psalm 30. *abscondito faciei Dei, & protegamur in velamento alarum su-*
Psalm 60. *arum.* Igitur verissimum est illud, *In te eripiar à tentatione.* sublatis tunc stimulis, quibus propendimus ad culpas. nam in fruitione illius summi boni, omne malum fugari necesse est.

In psal. 137 *Vnde Deus miscet tribulationes gaudijs terrenis, nisi vt tribulationem sentiētes, & amaritudinem, discamus amare, & desiderare æternam dulcedinem,* dicebat Augustinus? his stimulis peregrinantium vrgetur cursus ad patriam. *Mortem*
Hist. 1. *omnibus ex natura æqualem obliuione apud posteros, vel gloria distingui,* dicebat Tacitus. sed verius dixisset, distingui ingressu æternorum præmiorum, aut pœnarum. hinc apud obliuiosum animum plus valet præsens lætitia, quam futurorum amor.

Placidissima itaque lenitate feremus aduersa, si concupiuerimus properare, adolare ad illud bonum nunquam mutabile, nunquam interiturum, futurum quidem, sed nunquam defecturum huius quæso, Amice, nobis ætate fessis insit cupido, tunc impertu bata quies nobis accidet parentalibus celebratis nostris tunc potantes in voluptatis torrente, & inebriantes nos vbertate domus Dei, opulentissima fœlicitate potiemur æterna.

Mortis

Digitized by Google

Mortis meditatione aſpernandæ ſunt aduerſitates.

Caput XXXXIII.

QVod ſi cœleſtium rerum magnitudo, & præſtantia non te mulceat adeò, vt illius ſuauitate poſſis, & velis obliuiſci mœrorum, veluti volatu cœlũ petens, ſed quaſi animal lapidibus fixum, motuque carens, nullatenus velis à carceribus lachrymarum egredi; ſaltem naturæ parentis monitu doloribus impone finem. Non modo, quia prolixior, & grauior luctus in re leui eſt alienum ab incolumitate, ſed quia ludere in mométaneis puerorũ eſt. Quamobrem ideo à natura aſſiduè nobis ingerũtur noſtræ mortalitatis exempla, vt in malis præſentanea ſit cura, leuiuſque feramus aduerſa; cum ne queant diutina eſſe. Quo in tempore ita formandus eſt animus, quaſi extrema adſit dies. nam illa imminente nemo appetit honores, aut de exilio conqueritur. At totum tempus, quo vitam ducimus, ingnoramus an verior ſit ſcenicus ludus, an dormientis ſomnus. in hoc enim viſionibus illudimur, mente 1
ſibi inaniter pingente ſimulacra rerum non exiſtentium. eodẽ modo vigilãtibus imagines rerum ſomnijs ſimillimæ veniũt, abeunt; occurrunt, refugiunt; ſe inſinuant, & proripiunt; & priuſquam comprehendantur aduolant. ita aliquando infantes fuimus, mox pueri, deinde puberes, & ſic curſim ad ſenectam properauimus; vt ipſa corrugata facies oſtentat. at nõ ſimul hæc omnia, ſed altera alteri cedẽs vitam peregimus. Quare infantia pueritiæ ceſſit, pueritia pubertati, pubertas adoleſcentiæ, adoleſcentia iuuentuti, iuuentus virilitati, virilitas ſenectuti, ſenectus morti, vt paulatim nos vita deſtituẽs, admoneremur ſilentis curſus temporis. vnde Ouidius,

Labitur occultè, fallitque volubilis ætas. Metam. 10.
Omnibus obſcuras iniecit illa manus. Elegia. 3.

Ita admoniti reminiſcimur mortis, à qua per ſui reminiſcentias certò tranquillitati reſtituimur in aduerſis. ideò Seneca dicebat, *Nihil tam æquè proficit ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio huius breuis, & incerti æui.* Epiſt. 114. & Cicero dicebat, *Mors propter incertos caſus quotidie imminet.* Tuſcul. 1. ſi itaque ſingulis fermè horis noſtræ vitæ ſtamen abrumpi poteſt, cur imponenter ſunt ferendæ fortunarum euerſiones, cum vnica, & celer mors ex his nos eripiat gratis? Noſtram animam guttatim effundimus in diem; aliorum produci funera videmus in horas; an talia non amplius hærebũt

memo-

Digitized by Google

memorię ; quàm quod fuerunt oblata oculis ? An quia non ęgrotamus, fato fungi in hac ipſa die non poſſumus ? & ab inſidiatrice morte iugulari, & perimi? nouimus terminum illius vltimi diei firmum ſtare, nec alicui licere tranſilire illum, inuariabilis fati cõſtitutum decreto.& nemo ſcit noſtrum quàm propè verſetur. vnde Perſius,

Eleg.2. ad Iou. *Longius, aut propius, mors ſua quemque manet.*

Nec compertum habemus quomodo nos ex hac deturbabit luce. attamen in tam dura neceſſitatis lege, noſtrę conditionis obliti, nobis metipſis per amplum vitæ conſtituentes terminum, vacamus caducis. quaſi nec breuis, nec inexplorata ſit

2 noſtræ vitæ periodus. cum miſerrimus ille mortis metus mortalium omnium fœlicitatis in lachrymabilẽ conditionem commuret. & in termino lucis, quæ olim nobis impoſuerant animaduertimus, euanuiſſe, vt expergiſcentium ſomnia. ætatum curricula tam celeri motu ad finem properant, vt ab infantia ad ſenectutem nullo interſtitio appuliſſe videamur, veluti infantulus ex matris vtero ad ſepulchrum aduolans. etſi talia curricula dum metiuntur, longiſſima appareant, ad calcem tamen deducta, comperimus eſſe breuiſſima. nam vt per momentanea exigimus illa, ita per momenta amittimus. omni ſpe abſciſſa poſſe aliquantillum ea retardare. hinc

Aened. 10. *Stat ſua cuique dies, breue, & irreparabile tempus*
Omnibus eſt vitæ.

3 Quare pulchritudo fermè momentanea eſt, cum eodem tempore incipiat efflorescere, & euaneſcere. ſanitas infinitis penè languoribus eſt obnoxia, imò ſæpe ab eodem morbo perimitur impetita, robur multis expugnabile malis, ſaltem à matura ætate proſternitur. ſenſuum integritas de facili à vitioſis humoribus corrumpitur; ita quandoque vt mireris in iuuenili ætate ſenum ægritudines. & tandem nolis, velis, à tetrica ſenectute omnis noſtra deletur venuſtas, & elegantia; pro quibus ſuccedunt ſordes, & imbecillitates.

Si miſerum, & celer eſt noſtrum iter ad funera, cur inutili cunctatione conſultando temporanea, non prouidemus æterna ? ita nec prudenter illa abijcimus, nec iſta laboramus adipiſci. Mortalium lucra, & fælicitates ſemper ſunt in ambiguo, ſolum funera ſunt indubia. Igitur quouſque tandem nos canicie ſenes, erimus per imprudentiam impuberes, ſequentes iuuenilia deſideria effœta ætate ? quaſi proteruia voluntatis floreſcant vires ? quaſi fortiſſimas naturæ leges poſſimus traducere ad noſtram libidinem ? Mutandæ mutandæ ſunt iſtæ rerum opiniones inſulſæ, cum nos cogant ad ſenium deductos

4

Cato Maior inſaniendo repueraſcere. *Aetatum omnium certus eſt terminus ſene-*

sensibus: nullus sensus[illegible] *requiratur*, vt dicebat Cicero. nam imbecillis illa facillimè à quouis morbo impulsa profertur. idcirco ijs dicitur sensu, quod non potest vita colloris inopia. vnde Boetius ait,

Et tempestiui fundantur quique senes, De Con. ſ. met. 1.

Et grauis effeta corpora languor quatit.

Quod immobili lege naturæ factum est: ideo insanientis est hominis sperare hoc tolli posse, aut produci posse vitæ terminum vltra determinatam diem. qua de causa dicebat Quid ad ipsum De Morte Filij.

Sed nihil ad ipsius est, de secundis rebus mortis.

Idcirco ad vitam vitæ addidi, vt ipso etiam tempore diuturno curiosi, adhuc etiam productionem terminum semper expetamus, quæsitumque hic ingressum locis, diuersitatem in futuro vitæ cursu sedari possit vitæ auiditas, & non aportis intendi, & irritari. & tamen *si vitam exercuimus caueritur illa, si non exercuamus, rubigine absumitur*, dicebat Gellius c. 2. Cato.

6 Viuendi ardor ipsa vitæ augetur, volati si ægrotanti grati sobria aqua stillatim est infundere, bibendi sitis accenditur potius, quàm extinguitur. ita cum temporibus ipsis vti non possimus, sed temporum inopem, vtendi cupiditas intenditur, non remittitur diuturnitate temporis. Adde quod brutescens mens interitu sensibilium, & amore solum illi præsentia placet. Quin etiam vt amatæ fortunæ manere adhæsci possimus, semper vitam in vortice habemus. Licet sæpissimè à nostris auspicijs aduersa fortuna plagis cæcis impiata, atque acriter persecutus sit dolores, & gelicidia, ipsius vitæ cursus dulcis videatur nobis, solus tamen vnus, propter quem aut indigna sublinemus, aut pudenda quandoque.

7 Frigore calor extinguitur domicilium vitæ, externa caliditate reducitur, quod corruptionis obnoxia, hyeme capitis distillationibus laboramus, æstate lassitudinibus, & febrium pauore. *Autumno morbi acutissimi, & vehementissimi magna ex parte, Hyeme quidem furores, melancholiæ, morbi comitiales,* & cætera, vt docet Hippocrates. ergo vitam amamus, perennem fluuium calamitatum. vnde Dominus ad Noe dixit, *Cunctis diebus terræ sementis, & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent.* Quare prægustatis vicissitudinibus temporum paulo post eorundem efficimur tædio, cum suas secum deferant incommoda, à quibus incessanter torquemur. Ergo verè ait Seneca, *Magnum vsi beneficium natura, ipsa nouitas mortalibus.* etenim sicuti indolentia stillicidio effundimus vitam, adsepulchrum adolantes; ita

Aphor. 3. num. 9. Aphor. 3. num. 20.

Gene. c. 8.

Epist. 101.

perenniter hianti ore ingurgitantis mala, quæ nos deserebat vna cum vita.

Neque ipsa vitæ diuturnitas, (& quantula est illa, si cum profunda temporis vastitate cõferatur, vel si mauis cum æternitate?) suis malis vacat, perspicuum est) quod multis profuisset citius à morte occupatos fuisse, qui in extremo vitæ periculo nũcupatis votis ex ægritudine vel ex metu emerserant, & tamẽ postea probroso mortis genere extincti fuerãt. Plures quoque laborarunt acri neruorum dolore, immo bilitate corporis, orbitate luminis, vel rationis, quin etiam putrescentijs vlcerum. Nam quicquid est infirmum, & fragile in senectute confluit, veluti in propria sede: ideo grauiores ætas, & imbecillior valetudo, irrisui esse solent, & tædio etiam consanguineis.

8 De Prepar. cap. 2. Qua de causa quidam populi in suos senes pietatis specie sæuiebant, ne ab alijs occuparentur calamitatibus, vt Eusebius narrat. Massagetæ, & Diarbices propinquos ætate confectos immolabant, quorum deinde carnibus vescebantur. Tibareï præcipitio suos senes necabant. Hyrcani rapacibus auibus, Caspij molossorum dentibus vetustate debilitatos, lacerandos obijciebant. & Philo ait, *Indorum quoque Gymnosophistas bodie sub initium senectutis, priusquam inualescant longi, & incurabiles morbi, accenso rogo se ipsos exurere, quamuis possent ad tempus fortasse diuturnum resistere.*

9 Quorum omnium etsi miserabilis sit exitus, cum per vim à suis cogantur mortis diem præcocius occupare, tamen omnia mors lachrymabilis est; nec eorum tantummodo, qui ferro, qui flamma, qui veneno, qui laqueo euomant vitam; sed eorum etiam, qui in propria domo, & patria, exacta ætate, propinquorum famulatu adiuti, medicorumque cura, lento aliquo morborum genere extinguuntur. nam paulatim frigescente vita horrent pharmaca, nauseant cibum, domesticos infectantur conuicijs. abhominantur filios, quos prius desinunt amare, quam intueri. cum tamen quandoque vsque ad extremum spiritum pro illorum opulentijs laborarunt. Quorum laborum merces est, quod filios tædeat assidere ægrotanti, & morituro impendere extrema ofcula, & obsequia. nam seruitutis tædio affecti, & periculi, ne eodem inficiantur morbo, optant eum vita destitui. Vnde illud Terentij dicere potest parens.

In Adelph. *Meam autem mortem expectant.*

Interim miser ad mortem properat celeri cursu, sordidus, olens, aquarum maxime auidus, quarum nihil est vilius, totoque corpore horribiliter composito efflat animam. exincta vita, quàm primum in sepulchrum infertur, (vt conciuium vermium.

Digitized by Google

vermium perfruatur consortio,) & ne cadaueris vitiosa exhalatione vitientur cœteri. at obserato tumulo omnis memoria eius è viuis interijt, occupatis viuentibus in diuisione bonorum, vt solent milites captis hostibus. etsi prius frigescente affinium, amicorumque amore soluunt hi suprema funera satis parcè; vt omnes non lateat, Mortales ad oculum deseruire. & certo certius est, quod adeò sunt omnes animo à luctu alieni, quod dum filij patris iusta persoluunt, rimantur animo quomodo possint potiorem hæreditatis partem inuadere supposititijs testamentis. & mulieres dum videntur inconsolabiliter lachrymas fundere, nouum sponsum meditantur, & optant. amici vero amicitiarum lege soluti, quæ erant amici omnia obliuioni tradunt, ita vt etiam obliuiscantur nominis. quid mirum? si teste Catullo, Catullus

Desiitit extinctos natus lugere parentes

Ite modo mortales, & vasto animo complectamini orbem rerum, & breui vitæ spatio perennitatem temperis. cum nec crastino dominamini. vnde ait Seneca, In Thyeste.

Nemo tam diuos habuit fauentes,
Crastinum vt posset sibi polliceri.

Et cum extrema nos inuaserit dies, omnia nos deserunt amatæ diuitiæ, conquisiti honores, vicinorum memoria, amicorum fides, vxoris constantia, filiorum amor, & dulcedo lucis. Quamobrem duce Natura dum diem nostrum obimus, palpebris obducimus oculos, tanquam in posterum nihil simus curaturi terrena; manus submittimus, tanquam in posterum nihil simus aduri; corporeque immoto recipimus quodcumque molestum sine murmure; imò sine querela subtrahimus medici, & quasi conuulsis velis, remisque sublatis, feriato remige, clauoque remisso, in portum inducimur sepulchri, vt desinamus iactari mundialibus procellis. enimuero veluti per somnium feriamur à diurnis curis, (tunc anima in se ipsam recedens quodammodo sibi vacat.) ita per mortem ab vniuerso genere præsentium malorum. *Per immanitatis summus genitus* (dicebat August.) *per miseriæ vitæ traduximus, & tandem morimur in angustias.* succedente caribunda nocte, vanis gaudijs finem imponimus. Quare Diogene Cinico à somnis excitato à medico, cùm illi dictum esset, si quid molestiæ ab ægritudine sentiret? respondit, *Nihil, frater enim fratrem præuenit.* id est somnus mortem. ideo antiqui mortuorum corpora induebant albis vestibus. vt Plutarchus refert, quia iam erant emerita, & liberata à magno, & vario certamine. vnde à tellure manè complectuntur, benignè, tanquam à præsio reuertentia. Ægyptij sacro situ in conuiuijs sceletum inferre consueue-

Solilo. c. 2

Plutarchus In Orat. consol.

In Proble.

Digitized by Google

rent, insuper, & admonere omnium, in breui tempore omnibus omnes esse futuros, quasi hoc esset ærumnarum extremum. Plut. in Consi.

Et Seneca refert priscorum morem fuisse, cum se ad bibendi excitarent dicere, *Bibamus, moriendum est.* Ergo vera consopiuntur calamitates mortis memoria. Vel quia cum fluxu inducitur alterius vitæ. Vel quia cum maxima sit ista calamitas, cæteræ despiciuntur, vt videas. Vel quia per hanc à præsentibus liberamur miseriis. Contro. 9. num. 7. 11

Non illi mortem arbitrabantur esse poenam, sed dolorum solutionem: cum reputarent subterranea esse similia, spectaculo etenim velut torrentes sua motus celeritate nostrum decipiunt visum: sic fluxus præterlabens vitæ licet videatur nobis manere, rapidè tamen fluit. ideo illi deserta hac fluxili optarunt ad stabilem vitam properare. Quare moriens Socrates dicebat, *Nemo formidet mortem, non modo laborem, verum etiam vitam cum honestum sit solutionem.* & Plato illam angelitat, *Malarum finem commutationem in bonum.* & Cicero, *Non interitum vocat, sed migrationem vitæ.* Quamobrem Calanus Indus Gymnosophista senectute & ægritudine pressus, ne diuturnitate morbi & medicinarum seueritate esset excruciandus à medicis, sibi ab Alexandro parari Pyram precibus obtinuit: ad quam delatus aurea lectica, alacriter ascendit, toto exclamante exercitu. membrisque decore compositis se ad quorundam tradidit flammis. Et mulier illa Massiliensis ne in vitæ diuturnitate aduersam experiretur fortunam, quam semper habuerat obsequentem, hausta mortifera potione, astante Pompeio Magno, vitam lætanter deseruit, domesticis deplorantibus. Plut in Or. Conso. In Axioch. Tuscul. 1. Curt. lib. 9. Vale. 2 c. 1.

Hanc hilarius deserunt pij, compertum habentes non ad fictitios elysios campos esse transituros, vt miseri illi stulte credebant, sed potituros cœlorum regni. At si quando nos egotantes nouerimus vitæ terminum adesse, tunc sentiemus rerum vanarum fuisse delusos: & quasi vigilantes cognoscemus splendidas illas fortunas, quas adipisci laborauimus pugnaciter, somnium esse: & horrentes pœnitentesque caducarum rerum desiderabimus abundantiam, vt deliramus nostri tædere, & erubescere aliorum iustitiam, quam tam rerum præsidio exigente à nobis petebat. Tunc tandem sera, diu dissimulata 12 resipiscentes arguemus vitæ, & acrimabimus contremiscentes corde, & desiderante nostra vitæ (vitæ mortalium consolatrice) & cum in horas moriamur, multas mortes sustinebimus ante vltimam, reputantes animo, illius magnæ negotiationis vitæ æternæ, nihil nobis fuisse curæ; sed totis viribus ambitioni operam nauasse, cui nos ipsos obtulimus libenter,

ter, quasi idolo cuidam, vsque ad viscerationem. Tum Deus testis, & accusatoris personam assumens, interiusque redarguens, conscientiæ aculeis nos vulnerans, conspiciemus damna per imprudentiam accepta, serioque deplorabimus futuram fœlicitatem amissam. nec aliam admittemus consolationem, præter spem Diuinæ Miserationis. & ita trepidantes expectabimus fatalem exitum.

Homines inter se collati alius ciuis vocatur, alius hospes. at si cum mundo conferantur, omnes sumus inquilini: cum vnusquisque nostrum in hunc mundum ingreditur veluti in nouam ciuitatem, cuius nullum prius ius habebat. Qua propter exantlato tempore nostri hospitij assignato migrandum est. Hinc licet *interuallis distinguimur, exitu æquamur*, vt dicebat Seneca. *omnes eadem conditio deuinxit, cui nasci contingit, mori restat.* Qua de causa animi tumore se eleuaret Philippus deuictis Atheniensibus in Cheronea, vni ex suis mandauit, vt ter ei hoc enunciaret in diem, *O Philippe homo es.* cui necessario contingit, sicuti & cæteris, morte deleri. *Imò quanto magis vita crescit, tanto magis decrescit; quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit.* 15

Epist. 99.

Elia. Var. 8. cap. 15. Augu. Soliloq. cap. 2.

Postquam nihil efferemus ex hoc mundo, quàm quod intulimus. Saladinus Asiæ, Syriæ, & Ægypti Rex morti proximus iussit per castra deferri interiorem tunicam, & proclamari, *Hoc vnum linteum ex totius orientis opibus restare Saladino.* Ideo qui nos circumstant honores, diuitiæ, principatus, cæteraq; onera sunt, & sarcinæ, quæ dum peregrinamur, grauant; ac nos deserunt postea, dum sepulchrum ingredimur. sic itaque nitoribus succedunt vermes, honoribus cineres, & voluptatibus ossa putrida. ideo sapienter monebat Seneca, *Finem omnium rerum spectа, & sic superflua vitabis.* Natura mater tunc excutit omnes ad se reuertentes, vt hospitij loco sciamus hoc vniuersum fuisse tributum. deinde cutis velamen fœtida corruptione abrumpens, cogit nos scatere vermium profluuio; vt horrore concutiamur morituros; & insuper doceamus, mortalium cunas esse inanes, superuacuas, somnijs per omnia similes. cum exceptis pijs operibus, omnia mortalium opera sint mortalitate damnata. nec quicquam est firmum, nisi sola necessitas, & celeritas moriendi. ita Silenus Midæ dicebat, *Hominem esse damonis laboriosi, fortunæque vanæ ephemerum.* ideoque vanus Dei semen, vt refert Plutarchus. *Heu Heu nos miseros, quoniã totus homo nil est*, ait Petronius. Aliusque alius nos rerum status expectat, cui insistere debemus omnino, etenim anima abeunte emendationem non recipit hoc in mundum ingressum, sed inconsumptibilibus cruciabitur flam-

Seneca, Epist. 119.

In Or. Cõs.

In Con. Trimal.

Digitized by Google

flammis. Nam cum geminæ sintus naturæ, quarum altera mortalis est, & incertæ diuturnitatis, altera vero immortalis, si ista se se ad cælum protendens per pietatem inde sumat alimenta, immortalis vitæ erit particeps; sic virili constantia inseruiendo pietati, egressus vitæ erit æternæ felicitatis ingressus. at si nos addixerimus caducis, quo magis nos fortunæ regno insinuauerimus, plures cēsus soluere cogemur lachrymarum, dolorum, & mœstitiarum in præsenti, deinde corpore soluti, moribundi viuemus damnati morte infinita.

Quam impij declinare non poterunt; cum ad cumulum miseriarum mors effugiet ab eis. hoc vnum in malis superesse videtur remedium, posse extingui. qua dolentes spe frustrati se se dire & implacabiliter exoruciant, cum mors omnium terribilissima, nec eis in refrigerium cedat, exorata, & summis appetita votis. vt perenniter torqueantur amaritudinibus animi, diris flammis, & dæmonum aspectu, & sæuitate. etenim *Quisquis non habet Deum placatum, nequaquam effugiet iratum.*

Aug. in manua. cap. 2.

Mors est appetenda, vt malorum finis.

Caput XXXXIV.

SI solius mortis reminiscentia inhibemur in aduersis, ne præcipiti cursu ad dolorem, ad animi deiectionem curramus, (cum sit illa miseriarum sublenamen) certè si superuenerit, ab omnibus nos malis eximet. Nam dum anima est alligata corpori, nullo pacto fieri potest, vt sit expers homo calamitatum. & per consequens, hoc destituto arcemur mala. (si tamen interim christianæ disciplinæ dederit operam) cum omnia conspirasse videantur ad perniciem eius, quasi serui ad interitum sui Principis. quin etiam homo homini cū sit quandoque pernicies talis conditio vitam efficit luctuosiorem. sed prius de quibusdā malis natura partis dicamus, postea ab hominibus, vt appareat concupiscendam esse mortem, vt miseriarum terminum.

A patre generationis incipiamus. Signifer ille astrorum cum ad singulorum vitam dandam, tuendam, producendamque sit efformatus, sæpe numero suis radijs molestans homines, capitisque inducens intemperiem, cogit etiam mori, confertim cōuocato sanguine in meninginibus, aut obstructo cerebro: qua ratione causatur phrenitis. aliquando

to to

tolet euocato calore interno mortem infert, vt meridionibus accidit, & ijs, qui per loca valde calida tranſeunt. ſolet quoque ille vaſtiſſimas regiones torrens, inhabitabiles efficere, vt excellens ſuum opus hominem quodammodo in exilium agat. interim nutriens feras beſtias, & venenata animalia, ſpatioſe dedignatur fouere hominem benigno, & temperato calore, cogens potius denudatè incedere, vt ſit expoſitus inclementijs elementorum, & animantium telis. Quam elationem oſtentat ſol, cæterorum aſtrorum auerſans ſocietatem. hinc aliorū obſcurato, vel euanido lumine ſolus incedit. neminem in ſuo admittens munere, quaſi famulos ad principandum. quamobrem medietatem dici ſibi vendicans, deducit mortales à quiete ad laborem in foro, in curia, in ciuitate, in rure. cum vt ait Flaccus,

Nox hominum genus, & duros miſerata labores,
Retulerat ſeſſis optata ſilentia rebus. Argo. lib. 3

ſic ſomno refectos ad ærumnas cogit, & per has ad mortem, vt breuius potiri poſſint, & lætari ſuo lumine. Ita conſtat, potius illum gaudere frequentia generationis, quàm diuturnitate, & præſtantia genitarum rerum, cum viliora ſæpe numero perennius tueatur, & foueat ad oſtentationem virium.

Luna vero noctis Regina, ſolis pediſſequa, vel potius æmula, ſed verius inuida, quàm dirè aliquando inuadit ægrotantes? quorum induſtrij curatores ſummopere illius deuitant periodos, in quibus tunc immanior effecta, lethalius ſuos vibrat influxus. ideo nec ſanguinem minuunt, nec adhibent euacuatrices potiones; ne inanitionibus moleſtata corpora nequeant obſiſtere ſuis iniquis influxibus. cum interim languens cogatur agitari morbo, & pati internum hoſtem. Intò qui in illius oriuntur interlunio, aut malè fuerit illa collocata, epileptici fiunt, aut maniaci. ita Aſtrologi docent. Quibuſdam vero placet hoc fieri, quia cum illa humiditatibus præſit, cerebri minuendo, vel augendo humores, hos infert morbos. ideo decreſcente Luna putari arbores iubet agricola. cùm experti ſint, eo tempore deciſa ligna minus eſſe obnoxia cariei. Alij aſſuerunt mutuato ſolis lumine hos producere morbos, cum quorundam augeat humiditates defectu luminis, vt in interlunio: quorundam vero reflexione luminis tepidior effecta, vt in plenilunio; cum plus humoris fundat, quàm abſumat. (& ita nunquam vacat à malignitate.) qua ratione infert comitialem morbum. quod Plinius ita docuit, *Mollitos, & imperfecta vi ſoluere tantum, atque etiam augere, quam ſolis radij abſumunt.* ex quo liquet eos, qui diſtillationibus ſunt obnoxij oportere à tepido lumine Lunæ abſcedere. hinc apparet, Valeſius de Sacra Philoſ. c. 70 & Plin. l. c. 9.

paret, illius rem se se proferrendam fuisse, sed ei importunum periculum, vel ad deteriorem. Nam orius à Romano militiæ, cum vmbrarum longitudine vicinum hostium finxisset, vana obseruatione militem Mithridatis deterruit, diuinumque eum esse diffamauit, à Pompeianis militibus vsurpatum. & Tacitus proelium referens Vitellij, & Flauiorum ait: *Nostro inclinauerat fortuna donec vincimus, victos dum fugimus eadem arsit, fallit, postquam sub Flauiano signo, hinc maiora speratis, vtrorumque vna domus.*

Paul. Aqui. lib. 6.

Hist. lib. 3.

3 Et cum vterque suo processu, & recessu, commeatuque stationum anni decursibem, ita temperate debeant poma, frugesque ad animalium vsum abunde prouenire, & maturescant; tamen quandoq; cum cogant æstatem hybernare, hyemem æstiuare, ver autumnum referre, aut è contra autumnum vernam temperiem, inopia rerum vsui necessariarum mortales vastant. Namsemen probè commendatum solo, minus referre cogunt, quàm quod in satione fuerat creditum: aut penè exorta segetes deterunt diris elementorum inclementijs. quæ circa velut hostes agros vastant, quos aliter oportebat benigniori vultu. Quid? quandoque etiam hoc patrant, locustarum dentes. Mici psæ tempore innumerabiles enatæ sunt, quæ primo teneras herbas, & segetes corroserunt, deinde etiam amarabcortices, & ligna; & eandem pepernino abreptæ vento, in pelago Africano demersæ suo tabido fœtore adeò infecerunt aërem, vt octingenta millia Numidarum consumpserint, & ducenta millia Africanorum, omnemque Romanorum præsidium, quam prius viuentes caruerunt alimentis, deinde quos aleret terra non habuit.

Paul. Aq. 4.

Aliquando æstus, aut nulla pluuia rigando, aut multa obruendo, in segetes pestem induxerunt. cum pro frugiferis campis paludes formari, & stagna quandoque sumpto frigore, & citò non maturescere non sinunt eas, vel torrens calore. Sigismundus Liberi refert anno 1527. per aeris fumidam caliditatem pènè consumptum fuisse Moscouiam, cum tunc non modo fata, sed arma fidem combussit fuerunt alia quoque calamitates ab illis inferuntur, ideo terra cogitur abominari frios edere, vt homines agestas pessimas. dirè isaque ætas infectatur mortales.

Ducit ex his pessimum malum & cibum, egestas, & ægritudo. Cum nulli sint terræ prouentus, cui ac nisque cellis penuarijs nulli fructus reditus, nullum mercimonium, nullum exercetur opus, sileant artificia, abscedunt negotiationes, cum nulla sit spes lucri, aut adepti usus cum animo cadunt mortales, & obtia quæ vocabuma. Erasmus, fiendo in vsum necessitas ver-

Collo. c. 3.

tit,

tis, postremo virgulta, dicebat Tacitus. scimus, impellente fame, Matrem filij viscera suis condidisse visceribus. vt tam miserabili cibo sit conspicua famis violentia. cum in tali calamitate nec pater filio, nec mater filiæ parcat, sed vnusquisq; sibi satagit. ideo pro uictu, extincta misericordia, fiũt insidiæ. nam proprium cuiusque malum extinguit sensum alienæ calamitatis. etenim fame perire est atrociſſimum genus mortis. quare nihil horrent depascere, vt viscerum lancinatricem famem sedent, & cogant quiescere. Reg.4. c.6.

Etsi neminem nostrum sub ijs miserrimis temporibus incidisse constet, à similibus deplorandis euentibus nos euasisse, non possumus præsagire. *Nemo aliquid de futuro sibi promittere potest*, dicebat Seneca. sed omnia sunt obnoxia incertitudini. Sen.Ep.100

Nostros fortuna labores
Versat adhuc, casusque iubet nescire futuros. Sill.de Bello Pun. 10.

Negari tamen non potest, tanta penuria victus nostra laborasse tempora, vt pauperiores inedia confecti, in medio nobiliſſimarũ vrbium effauerint animas. & licitatrice fame venundatas esse honestates pudicarum matronarum, parentesque propria manu ad stupra suas tradidisse filias, quas olim abigerant ab obscenorum auditu multitudinem latronum timorem incussisse Curiæ castris. *Ab inopia enim præcipuè audatia, quæ quandoque segnitiem simulat, vt reperiat locum audatiæ.* & certè *Armata iniustitia horribilis est*, vt ait Aristoteles. hi omnia, veluti hostium, vrere, rapere, vastare, consuescunt. *Illis enim ob egestatatem, metum & ex flagitijs, maxima est peccandi necessitudo*, dicebat Tacitus. idcirco vt fames est peuoratrix miserationis, & honestatis in miseris, ita diuitibus allatrix est voluptatum. (tunc vilius soluuntur scelera) quare tunc temporis corpora macilentijs fœdantur, familiæ paupertatibus, mulieres turpitudinibus, animi sceleribus, & orbis latrocinijs. Tac.ann.14. Poli.1.c.2. Annal.3.

Nunc efferendæ forent ægritudines, quæ ortum habent à prauis alimentorum succis, quæ etsi multæ sint, collatæ, tamẽ cæteris ad modum paucæ sunt illæ: cum per omnium temporum mutationes, per omnes ætates, per omnia membra, homo peculiaribus morbis molestetur. hinc morbi vel sanitatẽ vellicant, vel illam incertam reddunt, quasi pendentem è sublimi.

Hæc est primeuæ inobedientiæ, & temeritatis merces, & propriarum iniquitatum pœna, vt febribus, inteſtinorum vitijs, hepatis obstructionibus, palpitatione cordis, respirationis difficultate, lepra, morbo gallico, hebetudine sensuum, alijsque

que morborum generibus excruciemur, à quibus torti, & luxati, ad horrendas componimur deformitates. Quamobrem veluti in Xenodochijs pauci integri multitudini ægrotantium miniſtrant, ita in vniuerſum paucula eſt integrorum multitudo ſi cum ægrotis conferatur. enim vero ſi paululum in foro ſubſteteris videbis præterеuntes claudos, luſcos, padagricos, tabe liquatos, macie deformes, laborantes morbo regio, cacitate. vt cæteros ſileamus, quibus conſpectis nos noſtræ vitæ 6
tædebit tot morbis obnoxiæ. Quam ſi vrgente morbo medicis obtemperamus curandam, abſtinentijs, emiſſione ſanguinis, cliſteris, medicinis, conficitur miſera. qua alternatione medicaminum, aut morbus nos deſerit, aut vita. & quandoque cũ his ſe proficere nihil ſentiunt medici, nos cogant nouas adire regiones, aut Puteolana orcha, aut exuſtas arenas, aut ſudatoria; vt omni abſumpto humore corporis ſtillicidio, nec quidem lachrymis honeſtare poſſimus noſtras calamitates.

Quòd ſi nec iſta ſalubriter ſuccedunt, docent à nouis cœlorum diris influxibus producis vt hic ſe impoſturis tegant, & nos anocent à meroribus, & ad comiciandum perducant cõcta columa cum à quo nos tegi oporteret, vulneremur lethaliter. Hinc illiſpe curandi deluſi, parum medicinæ fidentes, admittunt vernularum pharmaca. & nos quoque ſpe ſanitatis decepti miſerrima animi conflictatione, corporiſque ægritudine, & diuturnitate morbi, tabeſcimus.

Hinc execrantes medicorum conſilia, quæ non tam dederunt, quàm adimerunt ſalutem, vitæ ſtamen abrumpi optamus, cum nulla viuentis referamus imaginem, niſi ſolum, quod immaniter excrucieмur. ideo lachrymoſè ægrotantes inter viuentes referri non poſſumus, cum careamus motu, nec inter mortuos, cum longè abſumus à quiete.

Nec ſolum homini à natura cauſis inferuntur mala, ſed etiã alterius hominis iniquitate. vt porſus nequeat ſuæ flebilis conditionis obliuiſci, cum ſecum ipſe proclietur homo, ex quo receſſit ab inſtituto primario Dei, in quo veluti in inſtructiſſimo conuiuio lætari poſſet: vt copia gratiæ, & vbertate rerum paſtus in illo innocentiæ ſtatu, nullaque neceſſitate alicubi cruciatus, ſpretiſque ſpeciebus ſenſibilium rerum, contemplatione, & amore ad talem Opificem raperetur. ille vero Dei mandatum aſpernans, compulit Deum contra ſuam prolem irаſci, ſui partus pœnitens: noſtri ſceleris originari indignatione commotus. ideo nos permittit vrgeri calamitatibus vt priorem conditionem memoriæ reuocans nobis, excitet in obſequium diuinorum mandatorum.

Quo circa ab aſtris, ab elementis, à beſtijs, ab ipſomet homine

ne homo mulctari voluit, vt primum ingratitudinis afflictatus incommodis, cætera omnia detestaretur flagitia: vt perennia principia nostrarum angustiarum vitæ præsentis, & futuræ. sic homini per sensibiles mœrores salus ingerenda erat, cũ voluptates sensuum seruum deseruissent auctorem.

Itaque irato Deo, agentibus astris annonæ inopia multos, res laborarunt populi, quandoque etiam suorum Ducum auaritia, vel oscitantia; imò inuasione hostili: cum fruges, agrorumque prouentus maturitati proximus ab illis vastetur, vel demetiatur: vt duplici molestentur tristitia, q illæ interceptę suis cultoribus famem afferant, & hostibus lautissimam. tunc in fructibus possessionum hostilis gens ingreditur, & inuadit prędia nostro labore, & apparatu consita. accidit hoc frequenter, cum nostræ onerariæ naues ab illis intercipiuntur frumẽtis onustæ.

Neque his limitibus nostra coercetur calamitas. inuadentibus enim hostibus (de malo captiuitatis loquamur) primo impetu effringuntur ianuæ, diripiuntur deinde domus, & omnium bonorum aguntur prędæ, præsertim nostræ libertatis. quo nihil calamitosius accidere potest homini. Quibus irrumpentibus obstupescimus primo, postea obrigimus metu, cum nulla valeamus industria captiuitatem auertere. deinde videas vxores, filios perculsos amplexari parentes exangues, (tanti mali horrore) pauitantesque militarem ferociam effusos in lachrymas: deinde petere domorum angulos, ac si delitescere possint. teneraque virgines, quæ pauto ante aspectum declinauerant virorum, furenti hostium libidini esse, traditas, captiuasq; duci in peregrinas regiones vna cum matribus. tunc videas viri proprias pudicas vxores pro meretriculis abuti, & ad nefarios vsus traduci moratos filios: & infelix pater omnium domesticorum miserias intuens incredibili lancinatur dolore. nam libertate priuati, consequens est, vt ab hostibus afficiantur contumelijs, vulneribus, cruciatibus, & cædibus. solent victores à nullis abstinere sæuitijs in victos. teste Seneca. 7

Tunc sæua dempto fine per cunctas domus
Iere, nullum cæruit exemplo nefas. In Hippol.

In qua miserrima irruptione hostili latrocinia stupris, stupra vulneribus, vulnera cædibus misceri, dolẽtibus oculis videt patres. & cogũtur, ad cumulũ miseriarum, talia intueri sine lachrymoso luctu, oppresso corde miseriarum pondere. *Vim suam dolor perdit in eo, qui vltra sensum mali miser est, ait* Seneca. Nat 9. lib. 3 cap. 27. Postea in seruitutem adducti, & pressi inopia necessariarum rerum, egregia pompa, captiuorum habitu, ligatis

Digitized by Google

manibus, & induci videnr in inimicam terram, in qua nullum valent perfugium inuenire sui regressus ad natiuum solum, spesque libertatis extincta sùmopre cruciantur. & tùc maximè, cum multorum dominorum ministeria mancipantur, nequeunt tunc aspectu, & collachrymatione proprinquorũ suas lenire mœstitias. ideoque proprias calamitates deplorare coguntur, & communes: & experiri ad captiuitatis malum sæpe adiungi famẽ, nuditatẽ, labores, iniurias, & verbera. Hinc illis tũc apparet tolerabilius fuisse, cecidisse in illa vastatione hostili. siquidẽ appetibilis est mors, vt tantarũ calamitatum fugiamus acerbitates. Nam amissis bonis omnibus, amicorum consuetudine, natiuo solo, patria sede, propinquorum aspectu, insuper & libertate, cur ad hùc expetenda est vita, & non potius mors, vt tantorũ malorum optima medela? siquidem calamitatum est finis, at talis captiuitas omnium miseriarum origo. nam licet euitata sit mors, quæ sensu caret, ab innumeris pressuris tamen lancinantium assidue.

Boet. 2. met. 1.

Heu heu quàm fundam miseros, auertitur aure,
Et flentes oculos claudere sæua negat.

An vero tantarum miseriarum immanitate simus aliquando opprimendi non nouimus, vt certo sciamus, infortunia humana ab hominibus deploranda fore. quarum decretam partem vnusquisque substinere cogitur. Desinimus tamen ab illis vrgeri, cum in sepulchri cauea delitescemus. Nam tunc benigna mater tellus nos cineribus cooperiens, foetore etiam arcet inuadentes, ne vellicent quiescentem. Essi quandoque has ipsas custodias naturæ, quorundam sæuitas dissipauerit, mortuorum depascens corpora, sibi potius satisfaciens, quàm illis quicquam inferens molestiarum, cum putridas carnes, & cadauerosa ossa canino dente voraverit.

Noui in hac morum schola, in hoc disciplinarum emporio, in hac pietatis sede Italia, hac nostra ætate, dum quidam exules sui cinædi essent pertesi custodiam; ne curiæ incidens manibus, illorum caueas detegeret, & delicta, mane sub crepusculo dum in sinu quiescebat ipsorum, eum iugularunt, qui insepultus in tugurio ab illis desertus est. huius facinoris paulo post impij pœnitentes redierc, ne amatum corpus in cibum cederet canibus. quo absoluto funere abiere. nec minoris temporis spatio huius officij tædentes (iniquitas nunquam sibi satisfaciens ad noua semper properat portentosa facinora,) reuersi exhumantes amicum assarunt, & deuorarunt. vt quem profanè in delicijs habuerant in lectulis, enormiter haberent in mensis. sic eadem animi prauitate comederunt interfectũ quem fouerant viuentem ad luxum. Prob scelus, amicum, amatum

tum, ſocium, innocentem, interficere, inſuper & deuorare, omnium ferarum ſæuitiam vincit. cum ſimilia ſocia naturalia voluptatum nunquam ſint abuſa pro ferculis animalia dira. Sicuti inter mitia ingenia conſentiones ſunt virtutum, ita inter deplorata iniquitatum. in quo infami certamine pollere ceteris impietate, crudelitate, temeritate, cenſetur laude dignum. quare fat eſt his indicere ſilentia, nam ſibimet irruunt. & quos iſti tyrocinijs inſtruunt in hoc enormi munere, cogunt inſontes, imbelles, quietos, occidere, vt aſſuefcant ſanguini. conſentes, vt initia proueniunt morum, ſic in cæteris fore.

Sed quæſo veniamus ad domeſticos prædones non ad illos, qui noctis tempore aliorum domus ſuffodiunt, vt ſubripiant bona: aut edictis, qui larualis ſultibus ineuſo timore à ciuibus pecunias extorquent. Nam ſæpe ſimulante ira ab his optimè illi latruncufi corripiuntur armis. cum graue ſit bonis priuari, honeſto labore quæſitis, quibus familiarum tuetur decus. ad luxum, ad aliorum perniciem abutuntur illi facultatibus, quas non honeſto labore cupant adipiſci, ſed violenta, ſed infami rapina. non cunctanter ſpoliatis proximis, vt de- Hiſt. 2.
cebat Tacitus. hoc eſt furtè

Sed de illis loquamur, qui pro tribunali ſedentes, cum cæteris ius dicere teneantur, & litium ſedare violentias, actionibus fœdatos punire, vt alijs pariant ſecuritatē, in magnis, & in paruis à iuſtitia abeunt. In primis faſtu quodā barbarico abeūt turgentes, & inflati magiſtratus honore, dedignantur benigno oculo reſpicere pauperes, illoſque tueri à potentum calumnijs. quamobrem aut peruertunt iudicia, aut differunt. cum reſpectus perſonarum adimat veri, rectique cognitionem, deinde iudicium. hinc peruertentes ſyncera naturam cauſarū, pro meliore cauſa ſententiam non ferunt. *Mirantes perſonas quæſtus gratia*, vt ait S. Iacobus. cum ibi ſit ius, vbi maior iniuſtitiæ merces. ſecundo, vt ſine modo cumulent opes, immortales efficiunt lites auiditate munerum. & hoc quidem moliuntur aſſiduitate mendaciorum, quibus legitimorum hæredum exhilant facultates, & litigantium exhauriunt erumnas, cum nec pro innocente aut ius habente ſententiam dicant, niſi receptis donis. ideo non diſpari multa reus, & innocens abſoluitur. qua ratione ignoramus, in quem acerbiora exerceantur iudicia. Iacob. in ſua Epiſt.

Quare iurè vetuit Philoſophus, Magiſtratum dari inopibus cum tales omnia confueſcant habere venalia. ſimili ratione cē- Poli. 2. c. 7.
ſuit, Magiſtratum non eſſe redimendum pretio, ſed legendos iudices. tunc erogatam pecuniam tanto ſtudio conquirunt, vt ſub haſta iura veneant. Quapropter ſæpe hos videas ſibi par-

tes vsurpare iudicis, & testis, delatoris, & patroni; vt iura dicendo, iura iugulent. accepta itaque largitione, (imò mercede) ignobiles poenis afficiunt, diuites, & fontes tuuntur. & eò studiosius, quo notius, & acerbius flagitiantur. Ideo dicebat Cicero, *Adminiculorum amicitiam fructiorum habet naequitia, & audacia, quàm animaequa virtus, & integritas.* etenim vt peritè dicebat Sallustius, *Vt quisque fecit pessimè, tum maximè tutus est.* Venalem hi tales efficiunt iuris obseruantiâ receptis largitionibus occultis, & sponsione patrandorum delictorum. & sic audacia scelestorum, & auaritia iudicum, opprimuntur leges. ideo *Victoriam, & honorem sequitur, qui dat munera.*

In Verr. Ora. 3. In Catalina. Prou. c 22.

Cum interim, vt ait Tacitus, *Vt vis morborum pretia medicis, ita fortunae pecuniam fert aduocatis.* qua de causa Columella dicebat, *Sine cunctatione satis feliciter alios fuisse, & futuras esse vrbes.* Igitur fateri cogimur, interminabiles fieri lites, imporentes opprimi, frequentari crimina, iudicium quàdoque prauitate, quandoque sciticitia: etsi fatendum sit ingenuè non omnes hac laborare corruptela, nec facile esse multos conspirare ad iniquitatem. Verissimum tamen est Isidori dictum, *Grauius inuenuntur pauperes à iudicibus, quàm à crudelissimis hostibus. cum nullus praedo sit tam cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in suis.* quamobrem prudenter monebat Cato, *Forum maribus esse fugiendum, cum fundatae ciuitates legibus ab earundem ministris euertuntur.* hinc videas istorum maximas facultates euanescere, aut improbitate, aut rerum inopia. Nam vt dicebat Iob, *Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.* etsi interim *Veludi primùm fuere in scena, & in compedibus vitam agunt, ita isti publici in auro.* ita solitus erat dicere Cato.

Annal. 11. Colu. lib. 1. De Summo Bono. Plut. in vita Cato. Iob c. 12. Gell. 11. cap. 18.

Amice, quaeso alias moerorum causas tegamus silentio, à quibus vegetamur vsque ad diem mortis; & coginur appetere extrema funera, ne luminis vsu experiantur tam dira, & acerba mala. Nam certè essent labiorum, & omnino essent impares nostro luctui. Forsitan primis memoranda dira regnantium cupido, & studium exercendi crudelitatem, vt eorum exhaustis, vel contritis, auxiliatis viribus, nec quidem conqueri possint insitatae dominationis. Quare eorum sanctiones plerumque non tutelam spectant, aut pacem, aut opulentiam, sed vastationem ciuium, quibus seruitute oppressis triumphatur, quasi editum aliquod opus magnae virtutis. Et tamen à sola virtute Principis, (quae beneficentia est) oritur populi amor, ab amore custodia, à custodia tranquillitas, à tranquillitate opulentia, à populari opulentia etiam iborum replentur

II

gazz.

Digitized by Google

gazæ. & sic, quo maior est beneficentia Ducum, eo stabilius, & opulentius stat omne Regnum.

Cæterorum manus sunt obseruandæ, ne imparati decipiamur, & accipiamus aliquod damnum per nimiam fiduciam. Mortalibus nulla res vtilior ipsa diffidentia, dicebat Euripides. nam etsi videantur illæ nobis ad mulcendum apponi, vt suauius imponant, talia ingeruntipsi amoris argumenta, sicuti aliquando animi versutiam tegunt osculo, vt fraudulenta charitate amicum deducant ad insidias, quem deinde insequuntur damnis, & cachinnis; contemptum addentes peruersitati. *Quare vigilandum est semper, nam multæ sunt insidiæ bonis*, vt dicebat Cicero, *Homines prauis, perueršisque cupiditatibus facti sunt veluti pisces inuicem se deuorantes*, vt ait Augustinus. cum lucrum appetant ex alieno damno, hæreditatem ex aliena morte, honorem ex amici infamia, vilius emere ex aliena inopia, alienum inuadere thorum ex exilio viri. vnde Ouidius, Pro Plãco. In psal. 64.

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus. Metamo. 1. 12.

Quod si fœlicia secula desiderium auxerunt mortalibus viuendi diutius, cum possent præsentibus tranquillè frui; certè nostra ferrea, vel verius deterrima, omnem cupiditatem viuendi debent adimere, assiduè recurrentibus calamitatibus durius.

Aetas parentum peior auis tulit, Hor. 3.
Nos nequiores; mox daturæ Ode. 6.
Progeniem vitiosiorem.

In qua ærumnarum agitatione, & frequentia, vt dicebat Plautus,

neque est
Melius morte in malis rebus. In Rudẽte.

Quamobrem cum in diem ingrauescant scelera, iniquiora tempora semper expectato. hinc prudentis viri est non appetere diuturnum cursum vitæ. etenim

contempsit mori,
Qui non concupiscit viuere. Seneca in Oedipo.

Circumferentes hoc sensibile domicilium, cogimur grauatim ferre, & circumferre mala, quæ nulla arte prorsus eripi possunt, cum à nostro socio corpore saltem concilientur nobis.

Quin potius, quia aliena virtus formidolosa est improbis, inuisiores sunt boni, quàm mali. ideo ob virtutes est certum odium, & pernicies. qua ratione ne quid occurrat prauorum oculis veneratione dignum, eijciuntur, explodiuntur viri probi veluti telluris onera. & quandoque in obsequium dominantis miselli affliguntur diris. vnde itaque dicebat Brutus

Cice-

Digitized by Google

Ciceroni, *Durior est conditio spectatæ virtutis, quàm incognitæ.* semper enim illam insectantur improbi.

13 Ideo ne tantis tabescamus malis, satius est semel animam efflare. si inueterata consuetudo efficit, vt tolerata difficillima leuius feramus, certè mori natiua consuetudo, & necessitas, appetibilis etiam nobis videnda est. saltem non extimescenda, quia debita. cum propter assuetudinem omnis mali species mitescat. & eò magis, *Quod finis est miseræ vitæ.* Ergo verè ait Tuscul. 1. Seneca,

In Hercul. Furen. Seneca Epist. 26. *Nunquam est ille miser, cui facile est mori.*

An assueti captiuitatis malo, bonum libertatis ignoramus appetere? etenim *Qui mori didicit, seruitutem dedidicit.* ita qui diu assueuerint seruire triremibus, elapso seruitutis tempore, iterum se conduci mercede patiuntur. An ita profundè dormientes erramus, vt nihil possimus vera existimatione pendere? An allatæ rationes sensim præteruolantes teum non erudiere animum? An mauis præsentibus decipi bonis, quàm certis, & æternis perfrui? Equidem miseriarum colluuie obruimur, nec refert quo genere oppugnemur modo, cum confiet pedissequas nostræ vitæ esse ærumnas, calamitates, & dolores. Qua ratione Plutarchus censuit, Optimum esse non nasci, secundo loco celerrimè interire. Dum viuimus namque, In Orat. consol.

Seneca in Troade. *nulla dies*
Mœrore caret, sed noua fœtus
Caussa ministrat.

Sumus enim in peregrina terra, in qua hospitantes cogimur mercimonia exercere mœstitiarum, & calamitatum. donec in latice lethi obliuioni mandentur mundana. omittentes depositam custodire vitam. etenim *Vir bonus nihil aliud de depositio cogitat, quàm vt reddat deposcentibus*, vt ait Herodotus. Herod. l. 6.

Itaque procul arcenda est longioris vitæ auiditas, quæ vnicum bonum existimans diuturnam vitam, tot mala ferre libēter suadet, & cogit. quin etiam hæc dura ferentes, ab acerba aliquando, & improuisa occupamur morte: vt perpetuo superstites nostri tabescant mœstitia. sed potius mors concupiscenda est, quasi post multos nebulosos annos vna appareat serena dies. Nam veluti qui horrisono Nili fragore assiduo molestantur, quando placida somni quiete soluuntur, liberantur ab illa molestia: ita pacatissimæ mortis accessu, nihil deinde sentiemus aduersi, posito corpore, quod conchæ more onerosè deferimus. & ita grauissimum pondus præsentium miseriarum effugiemus.

Numæ Pompilij instituto in templo Veneris locabantur, quæ ad libitinam spectabant, *Vt discerent homines non aspernari*, In Proble.

Digitized by Google

nari mortem, neque execrari vt sceleratam, vt ait Plutarchus, cum hac absoluta beatioris vitæ contingat ingressus ijs, qui spretis vanis, pietati sincero corde vacarunt. quare ad morte veluti ad immortalem vitam properandum est. tunc migramus ad incorruptibile bonum, satis præstantius, quam quod in natiuitate accepimus. Nam vita mortali defuncti, viuemus immortali vita. & tunc prorsus profligantur ærumnæ.

O vtinam à nostro secedere corpore possem.
Nec mihi mors grauis est posituro morte laberes. Metamo 3.

Si quandoque contingit, vt omni feriato sensuum ministerio, tanta tranquillitate somnij nostræ laxantur curæ, vt pene alio vitæ genere libato, nos pigeat fuisse expergefactos; quanto magis gustata æterna vita, ex his erupisse miserijs erit gratissimum? Nam *Læta hic* pauca sunt, vel verius, vt dicebat Plato, *sunt voluptaria, sunt admixta doloribus, tristitia vero sunt improuisa, diuturna, & prorsus vacua gaudiorum.* In Axioch.

Itaque certo certius est votis expetendam esse mortem, cum satius sit piè mori, quàm viuere calamitose. Nam per illam nostræ restituimur patriæ, terminata peregrinatione laboriosa, & periculosa, elutisque sordibus præsentium infortuniorũ. *Quare quos plurimum faciunt Dij, è vita auferunt*, vt dicebat Socrates. & Menander, In Axioch.

Si quem Deus amat, ille iuuenis interit. Menander.

Nam melior est dies mortis die natiuitatis, ait Eccles. Dissipatur tunc illa infida societas carnis, & spiritus, euertitur passionum tyrannis, desinunt tunc sensus nos vrgere lenocinio sensibilium è carcere educitur mens, inimicorum euanescunt insidiæ, nec carorum lachrymæ nos ad luctum inducant, nec amplius traducimus vitam in exilio, peregrinationem in periculo, incolatum in malo, nec vitæ terminum in incerto. Eccles. c. 7.

Quod si alicuius mali curatio non debet videri dura, si spe subleuetur proximæ salutis; cum per talem spem omnis ferè tollatur sensus medicinæ, multo magis mortis accessio videri non debet molesta; cum per eam conualescimus omnino, precluso aditu omnibus incursionibus molestiarum. Idcirco veluti in tempestate, qui iactantur vbilibet circumspiciunt, si possint ad littora appellere, quæ si attingerint, nec quidem oculis minaces vndas videre appetentes, stabile telluris solum auidè exosculantur: Sic nos aduentantem mortem accipiamus amanter, veluti curatricem omnium tristitiarum. cum tumescentes calamitates huius pelagi (si peritè nouerimus clauum ad cœlum dirigere) ad portum inamissibilis fœlicitatis nos salubriter adigant. *Non enim peremptoria mors est, per* De Cain. 2. cap. 101.

Digitized by Google

quam non adimitur vita, sed ad melior a transfertur, ait Ambrosius. Etenim sanctæ spei compotes migrant, non deficiunt. idcirco mors remedium est, non pœna.

Animi quies à virtutibus oritur.

Caput XXXXV.

SI spirante vita, (veluti Aquilone sæuiente) in exilio, in peregrinatione, in calamitatibus ducimus spiritum, certè solius virtutis beneficio nos posse aliquali interna tranquillitate potiri exploratum est. cum perfectè ista frui, solum ijs contigit, qui piè viuendo ex hac corporea mole soluti, aduolarunt in cœlum. Nam præsens vita, interprete Augustino, maris homine nuncupatur. est enim hominis vita amara, cum subijciatur procellis, & tempestatibus. quod non tam sæpe fit aliorum improbitate, quàm nostra imprudentia, à qua veluti furenti oceano, quassatis lateribus nostræ mentis, vt subsideat necesse est pondere prauarum passionum, cum omnis ferè nostri mali occasio, corpus sit. per hoc confluunt appetitus in animam. hinc illa agitari, atque discerpi necesse est. ideo occurrentibus lætis erigitur, turget, inflatur: at obuiantibus mœstis stupet, se contrahit testudinum more, & veluti marcescens arbor, virorem amittit. Ita corporeo irretita nexu obsecundans socio, ad varietatem aduentantium rerum cogitur multiformiter agitari. Quapropter non videtur mens inquilina corporis, sed ciuis. adeóque sui tabernaculi est amans, vt grauem seruitutem, afflictionemque secum ferre nihil pendeat, vt cæteræ brutales formæ. hinc licet corpóreæ passiones à mente sint externæ, tamèn quousque contubernalis est corporis, eius passiones suscipit vt proprias. quare non videtur inducta, sed educta, & alligata, imò traducta in naturam rerum, quæ non trascendunt caduca. ideo mortalis homo affectibus concutitur, quibus parere quodammodo cogitur eodem seruitutis genere, quo suffere multas corporeas necessitates; nisi aurigante ratione illos affectus compescuerit moralibus virtutibus.

In psal. 76.

Sunt enim affectus illi animi perturbationes, irrationabiles animi motus, à quibus mens deducitur ad obiecta sui cadaueroſi corporis. de quibus latius dixi capite secundo. ab his lancinatur animus veluti à furijs. Qui cum prorsus vendicauerint sibi tyrannidem, difficulter patiuntur regi.

A mo-

Digitized by Google

A moralibus virtutibus calamitates iſtę animi euertuntur, & ab illarū duro imperio mēs eripitur *Eſt.n. virtus habitus electiuus rerum, quæ in mediocritate conſiſtunt, iuſta præſcriptum prudētiæ.* ita Philoſophus docuit. vel vt aſſeruit Plutarchus, *Virtus eſt animi diſpoſitio, & facultas à ratione emanans, qua omne illud cauetur, quod auerſum à ratione nos concitate effert præter metam honeſti.* Nam cum homo ſit veluti mōſtrum compactum ex partibus diuerſorum animalium, vt dicebat Plato, (& hoc quidem ratione variarum, & contrariarū qualitatū paſſionumq; cū quādoq; ſit fortis, vt bos; quandoque piger, vt aſinus; quādoque procliuis ad Venerem, vt equus; quandoque pudicus, vt Elephans; quandoque cicurabilis, vt dromedarius; quandoque incicurabilis, vt lupus; quandoque aſtutus vt vulpes; quandoque ſtolidus, vt ſtrutio; quandoque iniuriarum memor, vt camelus; quandoque immemor, vt columba; quandoque timidus, vt ceruus; quandoque audax, vt taurus; quandoque laborioſus, vt formica; quandoque deſidioſus, vt porcus; quandoque gratus, vt canis; quandoque ingratus, vt felis; quandoque manſuetus, vt ouis; quandoque ſuperbus, vt leo, qui per contemptum cęterorum animantium, etiam ſui generis auerſatur comitatum.) habitibus virtutum fulciri neceſſe habebat; vt ad actus rationi conſentaneos polliceretur, & compeſceret paſſiones, ne ſe efferrent immoderatē, cum omnino illas demoliri non poſſit. Ethi.2. c.6. De virtute morum. 2 De Rep.6. 3

Primo virtutū habitibus indiget homo ad vniformitatē actionum. cum dē facili ad aliud traducantur actiones, quæ carent habituali propenſione; nam ad praua quiſque natura ducitur. ſecūdo, vt in promptu ſint, & expeditæ actiones; dicēte Ariſto. *Repentina fiunt ab habitu.* cogimur quandoque ob repentinas negotiorū cauſas ex tempore deliberare. idcirco indigemus propenſione ad vnum. tertio, vt actio cum voluptate perficiatur. quod fit per habitum. etenim aſſimilatur naturæ, cuius munera patrantur iucundē. inde conſequens eſt, vt huiuſmodi opera delectationem afferant, etiam ſeiuncta ratione æternæ mercedis. Ethi.2. c.3

Qua ratione monebat Peripateticus, *Delectationem in opere obeundo ſignum eſſe habituum.* à quibus naturales inclinatæ potentiæ perficiuntur ad actum deductæ. nam appetentes potentiæ illis habitibus ſe ipſas, cęteraſque mouent expeditius, liberius, lætiuſq; ad obiectum ratione huius peculiaris cauſæ.

Hinc ſi virtutes, & vitia in homine contemplati fuerimus, (cum ſit iſte ancipitis naturæ, & ad vtrumque feratur inclinatione,) poſſunt dici naturalia. Qua dē cauſa ſecundum ratio- 4

Digitized by Google

nē viuere, vel secundū sensum, connaturale est illi. licet simpliciter sint voluntaria, cum libero volūtatis actu ad alterum oppositorum se trasferant. alioquin nemo dignus esset præmio, vel pœna. nec aliquis posset assuescere oppositorum cum nulla consuetudine id quod naturale est, tolli possit. vt monuit Aristoteles. Quocirca à vitijs ad virtutes, et à virtutibus ad vitia fit sæpe transitus. cum ignea sit vis mentis, qua quod libuerit agat impigrè, vel bonum sit illud, vel malum.

Mag. Mora. 1. cap. 3.

Horum habituum clauo dirigendum erat iter, & cursus nostrarum affectionum. Virtutibus enim ad se ipsum ordinatur homo. qua ratione non solum bonam actionem efficit, sed etiā benè ex parte finis, reddens eius vsum bonum; sicuti etiam ex parte aliarum circumstantiarum, quæ requiruntur ad honestandū opus. Quare non modo in genere bonas efficimus tunc actiones (vt est sufficiens in intellectualibus virtutibus) sed simpliciter, & absolutè. idcirco *Virtutem honorabile bonum* vocat Aristoteles. A correcto principio omnis actionis voluntariæ probæ actiones proficiscuntur. Quamobrem virtutes potissimè voluntati insunt, veluti in electiuo principio. cum bonitas in actione dumtaxat libera inueniatur.

Mor. 1. c. 3.

Etsi semper in temperantiæ actu à voluptuosis, vel fortitudinis inadeundis periculis, vel doloribus perferendis, fiant motus sensitiui appetitus in contrarium, ex apprehensione boni, vel mali, cum aliqua mutatione non naturali corporis, (ex quo oritur, vt magnam experiamur difficultatem in amplectendo bono contra passionum impetum.) tamen ex voluntatis imperio, & prædominio (quod assiduitate paratur, & efficacius Dei dono) ita multoties cohibentur harum potentiarū effrænatę passiones, vt minimum turbent rationem, aut concitent voluntatem quodammodo, vel simpliciter in illis habitu inducto. Non tamen euertunt omnino, aut compescuntur, sine speciali munere Dei, cum obueniant homini a natura, quæ nō nisi à Superiori causa aliorsum potest traduci. nec alio quā ciuili imperio passiones illæ subijciūtur menti. hinc ad mediocritatem, ad moderationem reduci possunt à virtutibus & tūc laude sunt dignæ, & præmio. Nam imperio voluntatis, & rationis subactæ, consectantur bonum sibi propositum à directrice prudentia.

Itaque perite dicebat Augustinus, *Cupiunt, timent, lætantur, & boni, & mali. sed illi benè, isti malè. sicuti hominibus seu recta, seu peruersa voluntas est.* à qua traducuntur actiones illæ ad malum, vel ad bonum moris. etenim sicuti Deus mulieribus peculiares partes tribuit. ad concipiendum, & efferendum fœtum in lucem; ita vim tribuit animæ vt parere

De Ciui. 14. cap. 8.

posset

Digitized by Google

posset masculeam prolem,& fœmineam hoc est malitiam,qua effœminatur quis sequens mollibus sensibus obuia ; & virtutem,quæ constanti vi semper immunitatem ab affectibus appetens,duros,& asperos insultus substinet concupiscentiarum; vt masculeam producat actionem . sciens omne tale *Vuluam aperiens sanctum Domino vocari*,vt dixerat Moyses . Exod.c.13.

6 Duo sunt genera cõiugiorum,alterum corporeum,quo conciliatur voluptas ; alterum mentis, quo per uirtutes conciliantur honestum . per primum memoria temporalis quæritur. etenim omnis ætas suis coercetur limitibus, tamen producitur quodammodo in filio, in nepote. cœterisque Patris, Auique memoria. Per alterum immortalitatem adipiscitur homo,Dei adepta beneuolentia. Vel aliter si placet. In priori connubio mas genituram proseminat , quam excipiens , & concipiens fœmina,interituram producit prolem. In secundo licet virtus nomine fœmina videatur tamen profundens intellectui saluberrima consilia efficit tanquam vir vt vna cum voluntate efferant in lucem, & immortali Deo consecret pias actiones, & laudatissima facinora. etenim vt Philo asseruit, *Sicuti natura hominum mortalis est,ita virtutum immortalis.* Qua propter cum immortalitas sit æternitati agnata , consentaneum est,vt tales progenitas actiones sibi vendicet Deus æternus. idcirco ipse dicebat, *Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi* . dignitatem attendens , non tempus , cum omnia illi sint præsentia. De Abrah. Exod.c.22.

A Deo fiunt talium , omniumque virtutum insitiones, & plantationesin animam,quas paterna manu tuetur, & rigat; vt vbere prouentu earum , nos ad perfectam fœlicitatem inducat , quam sapiens omni labore conatur adipisci, eam præferens quibusvis fœlicitatibus, & calamitatibus præsentibus . Nam ueluti insipientia tenebricosa est . qua de causa futuri itineris semitas non intuetur.ita fulgida virtus radijs illustrans mentem,præcauet ea, à quibus æterna pernicies infertur , uel temporalis . Quamobrem probi uiri non feroces bestias adhibent ianuis,vt arceant latrũculos,sed uirtutes,ut domitis irrequietis affectibus , non modo spe futuræ vitæ lætari valeant , sed in præsenti itinere pacatius uiuere . Quo circa quosdam 7 uideas quærula mœstitia sua recensere mala , quosdam uero magna animi æquitate aduersa ferre. quod à uirtutum fit copia, uel inopia . In hoc ciuili bello , animam quasi ciuitatem quandam in ruinam, uastationemque adducunt profanæ affectiones;sed uirtutes pro tempestate tranquillitatem, sanitatem pro morbo,uitam pro morte afferunt . Quare qui se uoluptatibus dicant, cœteris que malis, missam faciunt quietẽ, 8

vnde

Digitized by Google

Hist. 4. vnde Tacitus, *Pax, & quies artibus indiget*, veluti priuatim, sic & publicè.

2.2. q.47. artic.5. Enimuero si *Prudentia est recta ratio agibilium*, vt docuit D Thomas, vitæ nostræ actiones immanentes, & transeuntes dirigens, circa bonum nunquam oberrabit. hinc perfecto, sanoque iudicio quid agendum, quid declinandum decernens,

In Menone impetum passionum retardabit, & conteret. Quare *Illa sola præit, & ducit ad rectè faciendum*. vt ait Plato. & Aristoteles,

Ethi.4. c.5. *Illos solos appellamus prudètes, qui ea sibi, quæque hominibus conducunt, possunt dispicere*. & Cicero *Viuendi artem, & medicinam valetudinis* appellat. retinentur tunc inferioris animæ affectus, ne labantur ad improba. cum a tali virtute ordinatus amor oriatur. vnde dicebat Augustinus. *Vera virtus est ordinatur amor*. Efficit iste, vt nihil sequamur præposterè.

De Ciui. 15 cap. 15. ideo tunc malum non præferimus bono, nec voluptatem honestati, nec mortale immortali. quod certè tunc fit, quando virtutum contempto regimine, anima contumax prudentiæ auersatur lumen, à quo solo congenitæ nostræ calamitates subleuantur, cuiuscumque sint illæ, vel naturæ, vel morum.

Ethi.6. c.9. & 10. Prudentiæ munus est, (vt ex Stagirita habemus) præscripti finis sibi cõsulere, & inquirere media, & iudicare postea maximè conducentia ad finem, & tandem horum imperare executionem. Quare ad hoc opus conspirant intellectus, & voluntas, quibus deinde cœteræ subseruiunt potentiæ. imperandi tamen actus prudentiæ est peculiaris. quo deliberata executioni mandantur. alioquin nec conducibile esset bonum homini, nec opportunitatibus accomodatum. hinc dicebat Flaccus,

Argon.4. *Sæpe acri petior prudentia dextera.*

Hæc tantarum virium est ad vitam peragendam tranquillè, vt quæ paulo ante nobis fastidio erant, fiant suauia, quasi temperato morbo, aut expulso. suffunditur quis vberius lætitia ab hac virtute, quam ab aliena tristatur nequitia. cum aduersa pendens matura ratione, nunquam indolescat præter dignitatem. sciens animi turbationes ab imprudentia oriri. ideo in malis nunquam sibi deest, concitatos animi motus his moderans rationibus.

10

Primo Dei sancita moderantur omnia immobili serie. nec aliquãdo cõtingit pro æternis temporanea deliberata substitui. vnde dicebat Homerus Plutarcho referente,

De Aud. Poëti. *Stat sententia fixa tonantis.*

qua ratione parendum pacate ordini rerum, *Quem nec Dij superarunt*, vt dicebat Liuius. quapropter inuito illo ordi-

Liu. lib.9. ne,

Digitized by Google

ne, nec ſtatum fortunarum noſtrarum retinere poſſumus, nec augere. 3. hic omnis noſter conflictus contra talem ordinem temerarius eſt, nimis audax, & futilis. 4. imò nec lachrymis ad noſtra poſſumus traducere vota. 5. Sed ſola poſſumus conſtantia animi ferre, quæ nobis videntur aduerſa. licet quandoque illis diſponimur ad potiora bona. 6. quare ſimilibus dolorũ cauſis ſuccumbere, vitium eſt animi. nam ſi fortunarum contemptus libertas eſt animi, ſeruitus erit earundem amor. cum *Etiam ex mediocribus rebus agere ex virtute vnuſquisque poteſt*, vt docuit Philoſophus. *Nec magnus eſt animus, in quem incurrit iniuria*. 7. nimium itaque ſe amant, qui in aduerſis perpetuo luctui hærentes, deflent fortunarum mala indeficientibus lachrymis. 8. quo circa prudens veluti *gubernator vbi naufragium timet, iactura redimit quicquid ſaluari poteſt*, vt dicebat Curtius. certò ſciens iactura temporaliũ ſæpe redimi, & retineri ſalutem æternam. 9. *Virtus, & prauitas duo ſunt principia, quorum alterum conſeruat, alterum vero corrumpit*, dicebat Ariſtotiles. Virtus conciliat, tuetur, & auget quietem; veluti etiam fœlicitatem in ciuitate, producẽdo concordiam ciuium. quare priuata, & publica pax ab illa ortum habet; ſicuti à prauitate pernicies oritur, priuatum, & commune bonum deuaſtans.

Ad Nic. 10. cap. 8. Seneca de Ira c. 8. Curt. lib. 5. Ad Nic. 7. cap. 8.

His, alijſq; rationibus fuſè per totum opus recenſitis, à prudentia per temperantiam ad methodum rationis reducuntur animi noſtri turbationes. *Nã agnatũ eſt, & inſitum prudentiæ, vt rationi obtemperet, vt ipſa præſcribit, & quo agit, eo declinet*, vt docuit Ariſt: Hinc per conſtantiam ſeruata mediocritate in malis citra animi abiectionem aduerſæ fortunæ obtemperabimus. qua ratione nanciſcemur quietem. ideo dicebat Plutarchus, *Sola virtus beat*. ab iſta enim omnis homo vel cœtus pacatus efficitur, & quietus. nam illà mitis eſt, & facilis, & æquitate gaudens. At qui huius carent propugnaculis, cuiusvis aduerſitatis occurſu formidant, verentur, dant manus. Ergo ſoli eam poſſidentes tranquillam ducunt vitam, tyrannide abolita affectionum. quod molitur prudentia per reliquas virtutes. Vnde dicebat Ariſtotiles, *Neque propriè bonus vir eſſe poteſt ſine prudentia, neque prudens ſine morali virtute*.

Mag. Mor. 2. cap. 4. De liberis educan. Nic. 6 c. 13.

Patet itaque duo eſſe genera hominum, alterum viuens ad normam rationis, alterum ad ſuadelam ſenſuum. Quorum diſſidium patet in Lia, & Rachele: etenim etſi hæc ardenter à ſuo dilegeretur viro Iacob, tamen erat ſterilis, & infœcunda, Deo illam reddẽte ſterilem. at uero deſpecta Lia fœcunditate donata erat, & honeſtata filijs. Ita amata ſenſibilia nihil ſtabile 11 Gene. c. 29.

Digitized by Google

le pariunt, cum hoc sit munus feueræ virtutis, quæ locupletatur à Deo temporanea, & æterna pace. Nam fœtans animam virtutum actus, desinunt sensus parere contumaces impetus inferioris animæ: tunc compescuntur veluti ferocientes canes à latratu, sui Domini audita voce.

12 Quamobrem Virtutes sunt vitæ solatia, calamitatum expultrices, conciliatrices tranquillitatis, & nuntiæ pacis eternæ, vel si mauis ex Philone, *Sunt propugnatrices piarum animarum, & Dei exercitus*. per illas etiam ingenti constantia aduersa ferimus, & temperamus læta, scientes honestari summopere à Deo ômnes probi viri actiones. idéo aiebat Flaccus,

De Agricu. Argon. 5.

Surge age, & in duris haud vnquam desice, cœlo
Mox aderis, teque astra ferent.

Interim cum læta, & mœsta traducant illi ad lucrum animæ: nihil lætius his rebus fingi potest ob spem immortalis lucri. Nam vitia omnia sunt luctuosa. est enim Venus morbifera, formidolosa iniustitia, sollicita auaritia, anxia tyrannis, intemperantia ægra, pernicioſa malitia, crapula sordida, impudica ebrietas, & lethalis imprudentia. à quibus, sicuti & à reliquis, ueluti à morbosis humoribus affligitur mens hominis, & corpus quandoque tabescit.

13 Quamobrem uniuersæ gazæ Indorum Regum nunquam talem, tantamque possunt homini conciliare pacem, quantam prudens à fortunatis consequitur uirtutibus.

Nam illæ è viſceribus terræ erutæ rursus eius indigent latebris, ppter solertiã latrunculorũ. at uirtutes solius animi labore parantur, in quo & manent, nec aliorum fugiunt obtutum, sed in sui progenitoris quiescentes sinu, imperturbate uiuunt. ideo externi in eas irruere possunt, non autem labefactare. etsi solius malæ uoluntatis hoc sit opus labantis ad caduca. in quo est uera mali ratio.

Ergo certo certius est, vt ait Horatius,
Semita certè
Saty. 10. *Tranquillæ per virtutes patet vnica vitæ.*

Amplectendæ itaque sunt uirtutes, quarum domicilium cœlum est. vt harum comitatu temporanea tranquillitate potiri possimus, & æterna. nam nos redimentes à profanis amoribus, ueri boni inserunt amorem. Quo uerum festum anima celebrat, uirtutibus exultans. nam ut ait Seneca,

Nunquam stygias fertur ad vmbras
In Hor. Oct. *Inclyta virtus, fortes.*
Nec letheos sæua per amnes.
Vos fata trahent, sed cum summas
Exiget auras consumpta dies

Iter

Iter ad superos gloria pandet.

Quod sapientissimus Socrates animaduertens, destitit de natura indagari, omne studium trãsferens philosophandi ad utilem uirtutem.ut testatur Aristoteles. *Per quam studiosus vir, & paupertate, & morbo, & alijs fortunæ aduersitatibus laudabiliter vtitur*, ut magister docuit. *Nam qui fructuosa, non qui multa scit, sapit*, dicebat Æschines. Idcirco summa est insania uniuersalem, corruptibilemque domum curiosè scrutari, mentem uero propriam immortalem non excolere uirtutibus. De Part. Aliũm. 1. cap. 1. Pol. 7. c. 13.

A moralibus virtutibus temporalis oritur fœlicitas, & a Religione præsertim.

Cap. XXXXVI.

Iam constitit præsidio uirtutum non quidem eliminari, sed consopiri omnem tumultum passionum. Nam illud mortis est donum, nos complectentis benignè. qua ratione etsi iugi lætentur pace prudentes, non tamen omni. Qualiscumque tamen sit ista, ueluti pedissequa sequitur uirtutes. etenim animi quies uirtutum est partus. sicuti omnis iniqua perturbatio ab imprudentia oritur. Nam sicuti à seruili imperio omnis pessundatur ingenuitas, ita ex concesso dominio brutali parti, perennis oritur conflictatio superioris, & inferioris animæ. Quare nulla apud improbos inueniri potest pax, turbato ordine Regentis, & ministrorum, nostræ interioris Reipublicę quod diuina oracula monent, *Non est pax impijs dicit Dominus.* Idcirco impiorum prosperitas, aut nulla est, aut solum apparens, & quidem breuissimè. Priorum vero solida, & stabilis. vtriusque eadem est ratio. Primaria causa omnis bonitatis, & fœlicitatis Deus est, idcirco illi hærentes suscipiunt perennia donorum flumina, in quibus indeficienter perennant. at prauorum status ab hoc diuulsus principio, cum nutrimẽto careat, virorem amittere cogitur, & vitam. Perennia sunt flumina, quæ indeficienti copulantur principio, temporanea vero, quæ à deficiente causa suam ducunt originem. hinc stato tempore fluenta eructant aquarum. quamobrem cum prudentes sibi religione deuinxerint Deum, affluentiorem, & diuturniorem a Deo rerum copiam suscipere rationi est consentaneum. Qua de causa semper auditur *Vox exultationis, & salutis* Isai. c. 48. Psalm. 117.

Digitized by Google

salutis in tabernaculis iustorũ. at vero si cõspicuũ, eleuatumq; viderimus honoribus, muneribus, diuitijsque impium, testatur Dauid, *Transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius*. sed descendamus quæso ad singularia quædam, vt assertum enucleatè appareat.

Psalm. 36.

Semper à mortalibus in honorum numero relata est diuturnitas vitæ. 2. veluti etiam producta progenies per longã consanguineorum seriem. 3. insuper gloria abundare, 4. & diuitijs. 5. à malis eripi, quibus aliquando obuiam ire, necesse est. 6. & postremo emergere ab illis fœliciter. Videamus quæso qbus similia cõsuescãt sæpius euenire, quasi virtutũ pmia. ne, vt videntur virtutes nos adigere ad seueritatẽ, ita etiã ad mœstitias compellant. cum potius nos ad læta traducãt, & ad fœlicia, & ne tot seculorum auctoritate firmatum axioma in dubium reuocari possit, dicta firmemus diuinis oraculis, vt omnis veneratio illi tribuatur, & assensus.

Primum.

2

Exod. c. 20.

Diuinarum legum oraculo edicitur, *Honora Patrem, & Matrem, vt sis longæuus super terram*. Per ea, quæ nos honestè delectant, (vt est vitæ diuturnitas) non modo nos allicit Deus ad uenerationem visibilium parentum, quin potius ad sui ipsius. ille est enim noster primarius genitor, nam solus animam transduxit ex nihilo tanquam ex termino, & vna cum patre, & matre, cæterisque causis ad nostri generationem independenter operatus est. idcirco primaria veneratione honestandus est ab homine. Cui sanctioni addidit Deus promissionem gratissimæ rei, vt talem munerarium sunima coleret religione. Ne benignus ille Pater inclementer plectere cogeretur huius diuini iuris violatorem. sed vltro sui amori deditũ honestaret ditioribus donis. *Quare hoc est primum mandatũ in promissione*. vt docebat Apostolus. Qui huic paruerunt mãdato pro temporis constitutione vixerunt diutius vt Moyses, Iacob, Isaac. Abraham, Mathusalem, Set ex cuius progenie ad huc supersunt Enoch, & Elias, in deliciarum locum, ingnotũ nobis. & ne talis vitæ longæuitas tribuatur temperamento, nõ autem promissioni Diuinæ, alia afferamus exempla.

Eph. c. 6.

Vt Pontificum nostræ orientis Ecclesiæ vsque ad Constantinum Religione Magnum. In hac temporum diuturnitate, quasi fatale quoddam Romani Principes, & nostri Pontifices, ferè omnes violẽto periere fato. ita tamen ut summopere emicuerit diuina tutela erga suos Antistites, qui numero fuerunt triginta quatuor. ex quibus viginti quatuor solum vario Martyrio absumpti sunt. At Principes supra nonaginta fuerunt, exceptisque duodecim, reliqui ferro, veneno, similibusque violentijs petiere oreum. quare patet pauculos, & senes, ætate

& ærum-

Digitized by Google

& ęruminis confectos, quique se obiectabant gladijs, ut cœdum mercarẽtur sanguine, diutius vixisse iuuenibus, & multis, uoluptate madentibus, & stipatis satellitio. à quibus Pontifices petebãtur ad mortem. Attamen ut Tertullianus dicebat, *Pietas christiana tunc magis ædificatur, cum cædi videtur* & Augustinus, *Ligabãtur, includebãtur, laniabãtur, trucidabantur, torquebãtur, vrebantur, & multicabantur.* Quia, ut utar uerbis Tertulliani, *Pluries efficimur, quoties metimur.* Ter. ad Sca. De Ciui. 22. cap 6. In Apol. in fine.

Hoc idem donum diuturnæ uitæ constat tributũ fuisse sanctissimis Anachoretis nam Paulus Thebeus, Antonius Ægyptius, Chronió Phœniceus, cẽtessimũ annũ, & ãplius superarũt. Hilarió Palestinus, Apollonius Hermapolites octogenarij è uiuis excesserunt. ut plerique alij. cum tamen in tanta victus austeritate, & laborum duritie, in ipso sancti propositi principio contritis uiribus fato fungi oportuisset. sed Dei promissa uincunt omnia, ætatem, ieiunium, ciborum in suauitatem, labores supra uires, etiam omnimodam inediam, ut patuit in Sancto Eremita Ioanne, cognomento Recto. cum uitã perpetuo triennio stantem solo sacro Altaris Sacramento substẽtauerit. Itaq; qui recto sẽsu, & cultu Principẽ, Parẽtũ ueneratur, diutius temporanea utitur luce, perenniusque uiuit. Quãobrem cum ad sacrilega oracula confugisset Ochozias, statim iratum diuinum Numen sensit, dicente Elia, *Quia misisti nuntios ad consulendum Belzebub Deum Acaron, ideo de lectulo super quem ascendisti non descendens, sed morte morieris.* 4. Reg. c. 4. quare monebat Ecclesiasticus, *Ne sis multum iniquus, ne moriaris in tempore non tuo.* Eccle. c. 7. In primitiua Ecclesia, qui impuro corde altare participabant, aut interibant, aut laborabant ægritudinibus. vnde Paulus, *Inter vos infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* 1. Cho. 11. c. 11.

Paterna, filiorumque fœcunditas, nepotumque longa processio, & cõtinuitas inter temporanea dona summopere commendantur. ita mortales quandam assequuntur perpetuitatem in familijs. hanc Deus pietate præstantibus promisit ita. *Iustorum semen potens erit in terra, generatio rectorum benedicetur* & alibi. *Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multipicabitur*: hoc summopere Abramo eluxit, etenim vt D. Paulus dicebat, *Propter quod ab vno orti sunt (& hoc emortuo) tanquam sydera cæli in multitudinem, & sicuti arena, quæ est ad oram maris innumerabilis.* sed cum duplex sit natorum genus Abrahæ carnale, & spirituale, de primo prius dicamus, inde de posteriori. Secundum. Psalm. 111. Psalm 91. Hebr. c. 11.

Progenies huius viri (fame vastante terram Canaam) descendit in Ægyptum in animabus septuaginta, quæ spatio annorum Gene. c. 46.

Digitized by Google

norum. 215. adeò in immensum excreuit, vt inde egre-
Num.c.1. diens, numerus recensitus bellatorum fuerit sexcenta millia, insuper tria millia,& quingenta.vt in Numeris.excepta tribu Leui, exceptisque mulieribus, & pueris vsque ad vigesimum annum, & senibus. quorum certè numerum expleuisse credendum est tricies centena millia.Quod vero intam breui ætatum curriculo sit aucta ita patet.

Caath filius Leui nepos Iacob tunc saltem (vt supponimus) erat anni vnius,qui etsi vixerit annis 133. Exodi cap. 6. tamen vt placuit Epifanio genuit Amram anno ætatis 68. Amram postea vixit annis 137. vt patet eodem loco Exodi: attamen ætatis tempore 67. genuit Moysen, cuius ætatis anno 80. populus libertati est restitutus à Deo, Moyse ministro, maximis ostentis. Ex his liquet assertum. Cum Caath numerentur anni 68. Amram 67. Moyses 80. ex quorum summa annorum constituitur 215.

Gene.c.12. Quapropter cum à vocatione Abrahæ, quæ facta est anno 75. vsque ad natiuitatem Isaac,quę facta est anno centesimo Gene. 21. fluxerunt anni 25. ab eius natiuitate vsque ad generationem Iacob elapsi fuerint anni 60. Gene.25.à natiuitate Iacob vsque ad ingressum Ægypti præteriere anni 130. ita interrogatus Iacob à Pharaone respondit,

Gene.c.47. *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt.* ex his summa conflatur annorum 215. quibus si adiungas annos seruitutis Ægyptiacæ efficiunt summam annorũ quadrigentorum,& triginta.ideo legimus in Exodo,*Habitatio au-*
Exod.c.12. *tem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto fuit quadrigẽtorum triginta annorum.* etsi nomine Ægypti sacra scriptura complectitur ẽt terrã Canaam.quod expressius habemus in septuaginta Interpretibus,ita,*Habitatio filiorum Israel,quæ ipsi,& Patres eorum habitauerunt in Ægypto,& in terra Canaam fuit quadrigentorum,& triginta annorum.*

Quæ extitit causa tantæ fœcunditatis? *Nã mortuo Ioseph, & vniuersis fratribus eius,omnique cognatione illa filij Israel creuerunt,& quasi germinantes multipicati sunt,& roborati nimis,& impleuerunt terram.* Ante seruitutem etsi pari profluuio ditarentur filiorum,(nam hæc fuit seruitutis origo) tamen multipicatis illis notior fiebat talis exuberantia, quæ etsi oriri videbatur ex constitutione regionis calidæ & humidæ,
4 nam primum producitur à vicinitate solis, alterum ab aquis Nili. qua ratione mare est elementum fœcundissimum. ideo
Hist.aliũ. Aristoteles retulit, quod etsi singulæ mulieres alibi singulos
7. cap.4. edant fœtus,tamen Ægyptiacæ tres, & quatuor generant,& aliquando quinque,ita,ut illę quatuor partubus ediderint viginti

ginti filios, quorum maior pars nutritur, & adoleſcit. quam foecunditatem fieri præſtantia præſertim aquarum Nili cenſuit antiquitas.

Tamen adæquata ratio fœcunditatis hebræarum mulierum hæc non poterat eſſe, etenim ad communem causam par ſequitur effectus, nec ſolum reſpectu mulierum, ſed etiã virorum. nam qui in calida regione degunt, viuunt diutius, cum humorem, & calorem amplius ſeruent. vt docuit Stagirita. etenim iſtarum rerum interitus mors eſt, Adde vterque populus poligamię dabat operam. etſi ſolum licebat Hebręis per diſpenſationem Diuinam. idcirco cum ſimilis ſit ratio, pari fœcunditate pollere debebant. imò maiori mulieres Ægyptiæ, cum ab alienis viris non abſtinebant, exoſam habentes caſtimoniam, & pudicitiam. Prob. ſect. 16. num. 10

Quæ nefaria conſuetudo, qua etiam inuaſerat viros, ideo Abraham ſuam precabatur mulierem, necem verens, *Dic ergo obſecro, quod ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.* Igitur oportebat numeroſiorem eſſe prolem ægyptiarum, quam mulierum hebræarum, quæ patria inſtituta ſeruantes colebant pudicitiam. Gene. c. 12.

Quamobrẽ veriſſimè Auguſtinus aſſeruit, talem fœcunditatem diuini muneris fuiſſe. quo factum eſt, vt celerius parere inciperent, & deſinerent ſerius. vel vt frequentius multos ederent fœtus, & vt plurimum ad perfectum deducerent. Et tanto magis patet hoc eſſe tribuendum diuino beneficio, cum aſſidui labores, & graues, & animi moleſtiæ fœcunditati obſint. ita illarum viri opprimebantur ab iniquo Rege. Ergo vbertim multipicatis filijs, & filiabus hebræorum, ſolum occupatum eſt Ægyptiacum à ſemine Abrahæ, ob huius impollutũ cultum erga verũ Deum. cui etiam impartita eſt vis producendi liberos poſt annum centeſimum quadrageſimum. Centenarius genuit Iſaac, poſt cuius nuptias (quæ anno quadrageſimo celebratæ fuerunt) Ceturam, cæteraſque concubinas ſibi matrimonio iunxit, vt ex earum partu turmas ederet populorum. *Sed impiorum filij ſi multiplicati fuerint, in gladio erũt & nepotes non ſaturabuntur pane. & qui reliqui fuerint ex eo ſepelſientur in interitu, & viduæ eius non plorabunt. vt ait Iob.* De Ciu. 18. cap. 7. Iob. c. 27.

Altera ſatis illuſtrior, & numeroſior progenies tributa fuit Abrahæ, quam D. Paulus inſinuat dicens, *Vt ſit Pater omniũ credentium.* Promittenti Deo poſteritatem fidem adhibens Abraham, cum iam effetæ eſſet ætatis, reputatũ eſt illi ad iuſtitiam. quo virtutis genere cõplectitur omnes filios Dei, qui non carnis propagatione ad illum pertinent, ſed fidei, ſed religionis, Rom. c. 4. Gene. c. 15.

Digitized by Google

ligionis. Qua cognatione hæredes constituuntur cœlestis regni.quocirca vt turmatim populus ille exiguus(si cum alijs conferatur) properabat ad regnum Palestinæ,ita populus iste orbem replens,ex omnibus mundi partibus cœlum inuadens virtutibus Abrahæ,illud possidet hæreditario iure,*Nam si filius,& hæres*,dicebat Apostolus.licet iste per naturam sit hæres,illi vero per adoptionem.

Gala.c.4.

Tertium. Videamus modo, quibus hominibus merito impendatur honos, Qui quidem est externus cultus exhibitus ob virtutis meritum.& Cicero,*Honos est præmium virtutis,idcirco,studioque ciuium delatum ad aliquos*, His ne,qui diuitijs affluunt, aut potestate pollent, aut eminent nobilitatis splendore, an quibus comitatum præstant virtutes? *Si ferè ciuilis vitæ finis honor est*,vt asseruit Philosophus. & illa sine virtutibus haberi nequit,consequens est, vt potissimè honos sit deferendus virtutibus,*Ideo magis probatorum hominum appetuntur,& affectantur honores, vt magis firmetur de nostra virtute opinio*, dicebat Aristotiles.etenim vt idem asseruit,*Tam bonus,quàm malus inhiat honoribus*. Elucet summopere meritum ex testiũ probitate.idcirco *Quærunt à prudentibus,& ab ijs, à quibus cognoscuntur,& ob virtutem honore affici*, ait Aristoteles.huius rei hanc attulit rationem,*Fit enim tunc vnicuique imaginatio talem se esse ac virtuosum.cum hi hoc asserant,quos non mentiri existimant*. Ideo domesticorum potius testimonium amãt, quàm externorum, notorum, quàm peregrinorum, præsentiũ, quàm futurorum, prudentium,quàm fatuorum, multorum, quam paucorum, imõ principum quam priuatorum. Nam à priuatis honos offertur plerumque in obsequium potentiæ,at à Principibus plerumque præstatur in protestationem virtutis. hinc honoribus ab istis extolli, efficax est argumentum meritorum,quod à virtutibus oritur. Ita plerosque pios videas in sacris, profanisque literis summis honoribus fuisse affectos. quod nunquam nec diuitibus, nec potentioribus accidit. etenim teste Baruc *Pax iustitiæ* est proles, & *honor pietatis*. sed ex sacris literis exempla promamus.

De cla.orat 5

Ad Nic.1. cap.5.

Nic.8.c.8.

Poli.2. c.5. Artis Rhet. &cap.11.

Baruc. c.5.

Pharao ingruentium malorum asperitate commotus ob intentatũ adulterium,Satram suo viro reddidit illibatam,cum comperisset sibi talia manu Dei fuisse illata mala. Quare inualidus,& senex, & hospes, à potentissimo Rege honores assequutus est ob expertam Dei tutelam & patrocinium erga illum.quod sola pietate paratur.Idcirco *Præcepit super Abraham viris,& deduxerunt eum,& vxorem illius,& omnia quæ habebat* Honos enim est indicium æstimationis benefactiuæ. hinc licet Reges ob beneficentiam colantur à popula-

Gene.c.12

ribus,

Digitized by Google

tibus,tamen cum aliquando sit seruitutis pactum,longè semo ta est à natura veræ beneficentię,quam colentes pij, gratis sua exhibent dona. Ita Eliseus, qui cum leuissimo medicamento, (Dei præstante virtute) priori sanitati restituisset Naaman Syrum,& ille obtulisset plurima dona, respondit, *Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam.* Reg.4 c.5.

Abimelec quoque animaduertens quod *Isaac ibat proficiens, atque succrescens donec magnus vehementer effectus esset.* primo inuidia motus,illum à suo expulit Regno. sed postea cum relatum illi fuisset, quod potioribus donis honestaretur à Deo illum adiens vt priuatus,dixit,*Vidimus tecum esse Dominum,& idcirco nos diximus,sit iuramentum inter nos, & incamus fœdus,vt non faciat nobis quicquam mali.* Dei verens flagella quia iustum virum ciecerat à regno suo, appetijt illi reconciliari,ut Dei mitigaret iram. Daniel etiam Nabucdonosoris elapsum somniũ memorię illius reuocans, & enucleatè eius efferens mysteria, adeò obstupescere coegit Regẽ, ut præceperit iste,illi offerri incensa,& victimas, principatũque tribuerit super omnes prouincias Babylonis. Vide quæso quantum religioni tribuitur. Et cum illi pientissimi viri noluissent se crimine idolatriæ fœdare. Qua de causa furentis Regis ira in fornacem essent coniecti, cuius flamma depopulans per quadraginta cubitos fuisset diffusa, quæ multos Caldeorum combusserat: statim affuit Angelus in obsequium piorum,& excusso calore,fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Et ita per notissimum Dei patrocinium, quis vnquam simili honore affectus, vt isti in conspectu Regis potentissimi, omniumque Principum suæ ditionis, & numerosissimi populi? certè nemo. Nisi vnico excepto Moyse, cui non modo demandatum est Populi sui dueatum in testimonium,& exercitium virtutis, sed Dei colloquio satis illustrior effectus est. *Quod bono aliquo excellit est honorabilius,* dicebat Aristotiles,& paulo post subinferens ait, *Re vera solus bonus honorandus est.* qui sine religionis vere virtute constare non potest. Gene.c.26. Daniel.c.2. Danel.c.3. Ad Nic.4. cap.3.

Constat cæterorum nulli tales honores contigisse. nec etiã ipsis Romanis Ducibus in ipso triumphi die,inquo à suis militibus exprobari consuetum erat dicterijs,& cauillis.nam solæ virtutes sibi decus parant,& venerationem.Liuius ita refert, *C.Valerius ex S.C. Vrbem ouans introiret, alternis inconditi versus militari licentia iactati,quibus Consul increpitus.*& alibi loquens,de triumpho Liuij, & Neronis ait,*Notatum ea die pluva carmina militaribus iocis in Cladium Neronem dicta, quàm in Consulem suum iactata fuisse.*& Plinius ait, *Syluestre* Liu.lib.4. Liu.lib.28.

olus

Plin.19.c.8. olus D. Iulij carminibus præcipuè iocis militaribus celebratũ: alternis quippe versibus exprobauere, Lapsana se vixisse apud Dyrrachium. eauillantes ciborum inopiam. & in Suetonio le-
Suet.c.49. gimus iocularitet ceciniſſe in Iulium, *Vrbani seruate vxores, mœchum, & caluum adducimus*. Nec ſolum triumphantes lacerabant dicterijs, ſed quoscumque illuſtres, quod Martialis indicat,

Festa coronatus ludet conuitia miles
Mar.7.Ep.6 *Inter laurigeros cum comes ibit equos.*

Ita communi conſenſu ſoli virtuti defertur honos. quare antiquitas nec à conuitijs abſtinuit contra ſuos falſos Deos dictante natura mendaciorum proditrice. Annuali pompa Deorum mater inducebatur per vrbem, cuius deferentes ſimulacrum diſcalceatis pedibus omnia conuitiorum genera contra illam dictitabant: recolentes eius turpes amores cum Atim. vt Prudentius commemorat. Quæ vt liberius poſſent effari, nobiles mutabant habitum, vt Herodotus refert in vita Commodi.

Igitur vere ait Dauid, *Gloria, & diuitiæ* (di quibus modo differendum) *ſunt in* domo eius. cũ illibata pietate Dei adipiſcantur amicitiam. quam ſubſequitur neceſſario Angelicum ſubſidium, & humana veneratio. ſicut oppoſitum euenit impijs. nam teſte Iob, *Improborum filij, vel qui naſcentur, teſtes*
Iob. c.27. *erunt nequitiæ aduerſus patres*. quare hos infamia, & improperium ſequitur.

Quartum. 7 Nec ſolum iuſtos, pioſque gloria comitatur, ſed etiam diuitiæ: omnia fœcundans diuina manus amicum, & ea quæ ſunt amici pari tutela augeſcẽs. cum nihil illi ſit antiquius, quã ſuis beneſacere. idcirco non mirũ ſi Abraham diues fuerit valde in
Gene.c.13. poſſeſſione auri, & argenti, cæterarumque rerum. qua de cauſa à Lot filio fratris ſui diuiſus eſt. *Cum eos capere non poſſet terra, vt habitarent ſimul.* Pietatis ſtudia cultorem non decipiunt. nam ſemper Dei benedictio illa ſubſequitur. Quapropter illorum greges faraces redduntur, manſuetæ arbores cõueſtiuntur pomis, & arua fœlicitantur abundanti frugum prouentu. nam ſi execrati campi non vireſcunt ſegetibus, aut maturitati proximæ efficiuntur euanidæ, certè quibus benedictio obtigit, ſpe prius oſtentatis floribus ſuos lætificabunt cultores, deinde vberrimo fructu meſſis, & vindemiæ geſtire facient. Ita euenit Iſacco, qui ſterilitatis tempore ſeuit, & inuenit
Gene.c.26. centum, vt ait ſacer textus. *Benedixit ei Deus, & locupletatus eſt homo, & ibat proficiens, atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt*, ait Moyſes. & Iacob. piè inſiſtens in pa-
Gene.c.31. ternis, auique inſtitutis, *Vltra modum habuit greges multos, & ancil-*

Digitized by Google

ancillas, & seruos camelos, & asinos. Affluunt itaque similes viri copia rerum necessariarum, & earum quæ ad decus spectant familiæ.

In Dauide hoc maximopere fuit conspicuum, cuius pietate adeò se delectasse testatus est Deus, vt profiteretur, se virum inuenisse secundum cor suum. Quem regno honestauit prius, & postea maximis opibus: vt animo concepta pietatis opera perficere posset. ideo fatebatur, *Ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini.* In paupertate, vel quia à suis vsibus, vel magnificentia adimebat illas; vel quia corrodebat illas victricibus armis à finitimis inimicis; vt magnificè & liberaliter posset eas offerre Deo in magnificentissima structura templi, & ornatu. Quamobrem illi subiecit Deus Moabitas, Syros, Damascenos, Idumæos, Amalechitas, & Palæstinos, quorum tributa amplissima fuisse certo statuendum est. ad cumulum autem diuitiarum (Deo fauête) instituta est nauigatio ad insulam Vrphen Rubri maris auri feracissimam. ex qua in Iudæam innumerabilia auri pondo delata fuisse testatur Eusebius. Adde si placet, vber fuisse Palæstinæ solum; non modo quia regioni ad orientem positæ plurimam sol affert virtutem, gignendi vt ait Diodorus. Sed quia occultis meatibus à Iordane rigabatur. ideoque melle, & lacte fluere, testabantur sacræ literæ, quia abundabat floribus, ex quibus mella colligebãt apes; & armenta abundabant pascuis, quorũ vberrima nutritione pasta affluenter producebant lac.

Act. c. 13.

Paralip. 1. cap. 22.

De Prepa. 9. cap. vlt.

Diod. 3. cap. 12.

Ex his omnibus quasi aurifodinis immensam conflauit Dauid diuitiarum copiam. Ad faciendas templi expẽsas coacerauit auri talentorum centum millia, & argenti mille millia talentorum, vt refert Paralipomenon. quæ ex supputatione Pinedæ efficiunt propè ad tria millia millionum. Ad hæc adiungamus eiusdem peculium, quod explebat tria millia talentorum auri, & septem millia talentorum argenti. quæ talenta summam conficiunt centum, & otto millionum. vt eidem Pinedę placuit. quem sequimur in ijs supputationibus. etsi non omnium sit eadem opinio. Ioseph verè ait, Tantas diuitias hæredi reliquit Rex Dauid, quantas nullus alius Rex vel Hebræorum, vel aliarum gentium. quod ex illatis pecunijs in sepulchro vna cum cadauere confirmat.

Paralip. 1. cap 22. Pined. de rebus Iolo. 4. c. 1. part. 9.

Antiq. 7. c. 12.

Nam post annos mille, & ter centos, cum Hircanus Pontifex obsideretur ab Antiocho Pio Demetrij filio, vt ab obsidione liberaretur ex effosso sepulchro dedit Antiocho tria millia talentorum, quę summam excedunt quadraginta quatuor millionum, & multis elapsis annis Herodes aliam cellam aperuit, ex qua magnam abstulit pecuniam, neuter tamen ad

Digitized by Google

loculos peruenit (ait ille) qui regis cineres continebant.

Paternæ religionis pius hæres Salomon, vt non minori ſtudio deliberatum Dauidis proſequi poſſet, à Deo maxima ſapientia donatus eſt. cum illam poſtulaſſet, vt ius dicens populis, non aberraret à recto. eſt etiam illa optimum diteſcendi inſtrumentum. vnde ait Sapientia, *Si diuitiæ appetuntur, quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia?* Idcirco Salomon non bellicis oppugnationibus, ſed ſola ſapientia opima ſpolia ex hoſtibus duxit. tam ſui populi, quàm fœderatorum animos ſapientia mulcens. illorumque tributis. & donis, ſuas replens garas. Quare recenſito annuo cenſu, ait ſacer textus, *Excepta ſumma quam legati diuerſarum gentium, & negotiatores afferre conſueuerant. omnes Reges Arabiæ, & Satrapes terrarum, qui comportabant aurum. & argentum Salomoni.*

Sapien. c. 8.

Paral. 2. c. 9

Quod ſi exquiſita regiminis prudentia, & ſimul ſumma peritia naturalium rerum, tantorum Regum, & Ducum deuinxit animos, quanta quæſo exactioni ſagacitate ſuos populares maiora pendere tributa, & cenſus induxit beneuolè? Quanto feraciori propentu terram ſuos reddere fructus ſingulari eiusdem cognitione coegit? Imò tunc terram partui proximam adiuuit magiſterijs; vt expeditius eius effoderentur metalla. quod ſtudium fodinarum adeò in Aſia, & Africa exarſiſſe teſtatur Plinius, vt penè mortales obliuiſcerētur agriculturæ. Quare non modo petijt auriferos, argenteoſque fontes Hebræorum, Tyriorum Sidoniorum, & Phœniceorū, ſed plures inſtituit nauigationes ad exteras gentes, vt vel effoderent metalla, vel permutatione reciperent.

Plin. 33. c. 3

Conſentaneum quoque erat, vt pacifico *Deo* pacificè, ſummo Principi potiora, & omnium auctori omnia ſplendida munera externarum gentium eſſent oblata. Quocirca inſtitutis nō pyraticis, ſed negotiatricibus claſſibus ad Ophir, & Tarſum, incredibilem auri copiam, & pretioſiſſimarum rerum indeaduexit Salomō. qua de cauſa *In diebus illis pro nihilo reputabatur argentum.* adeò pingui manu ad præſcriptum ſuæ promiſſionis diuina largitas effuderat diuitias, ita promiſerat, *Diuitias autem, & ſubſtantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in Regibus, nec ante te, nec poſt te fuerit ſimilis tui.* Nec talis promiſſio interpretari poteſt de paternis theſauris, quos iam receperat, gubernacula regni ſuſcipiens, ſed de futuris.

Paral. 2. c. 9

Paral. 2. c. 1

Huius Regis opes longè ſuperarunt, quas Cyrus collegit ex deuicta Aſia; quæ fuerūt auri pondo triginta quatuor millia, argenti quingenta millia talentorum. vt Plinius refert. quæ conſtituunt ſummam quingentorum nonaginta quatuor millionum.

Plin. 33. c. 3.

Digitized by Google

lionum. superarunt etiam Alexandri prædam ex superato Dario, quæ erat quinquaginta septem millibus talentorum, vt refert Curtius. quæ summa excedit ottoginta nouem millio- Curt. lib 8.
nes. sunt qui censum numerent, quod ex Asia colligebat, & cē sent fuisse quingenta septuaginta quatuor talentorum millia, id est, sexcentos suptuaginta septem milliones, & centum sexaginta millia ducatorum. has tamen omnes superauit Salomon.

Etenim hæreditariè à Patre suscepit tria millia millionum. Ab Hira accepit centum viginta talenta auri. totidem à Regina Sabba. Annuus census, quod illi offerebatur erat sexcenta sexaginta sex talenta auri. Ex instituta nauigatione in Tarsum, quæ triennio constabat, deferebatur aurum, argentum, ebur &c. Similiter ex alia in Ophir attulerunt serui Solomonis quadrigenta quinquaginta talenta auri prætermissis lapillis preciosissimis, & generibus aliorum metallorum. Ergo cōstat ditissimum omnium Solomonem fuisse ob pietatis meritum, & Patris. *Impiorum vero filij, etsi comportabunt quasi terram argentum, & sicut lutum præparabunt vestimenta, præparabunt quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet*, ait Iob. cum oppositis oppositis contingere necesse sit.

Reg. 3. c. 9.
Reg. 3. c. 10
Paralip. 2. c. 9
Parilip. 2. c. 9. & 10.
Iob. c. 7.

Prospera à Deo per pietatem impetrari iam constitit. Quin etiam à malis eripi, demonstrandum est modo. cum Deus sit illius munificentissimus rētributor. hinc à suis amicis non semper expostulari exigit, sed sua sponte illis occurrit liberaliter nulla prece præuia. *Ideo pietas ad omnia est vtilis*, vt monebat Apostolus. Hos quandoque spectatores efficit calamitatum eorum, à quibus opprimebantur durè. quod notissimum fuit in Ægyptiaca euersione. Ægyptus hebræos hospites, suppliceſque veluti bello captos graui oppressérat seruitute. qua iniquitate commotus Deus, conspiratione omnium partium naturę, ita contra illam insurrexit ira ē, vt impossibile esset summas plagas effugere inhærente malitia. cum tamen eodem loco, & tempore, ab eisdem omnino Hebræi seruarentur innoxiè protectrice religione. Quo circa castigationes quæ deuastabant Ægytios, deuitabant Hæbræos. qnasi noscerent, quinam flagellis forent arguendi.

Quintum. 9
Timoth. 1. cap 4.

Qua de causa Nili aqua in sanguinem versa, haurientibus hebræis erat iuxta consuetum potabilis. Ranæ emergentes ex aquis repleuerant fora, domos, villas impiorum, desertis piorum locis. nec certè aliarum pernicierum acerbitas hos attigit, non animalium, non imbrium, non fulminum, non densissimarum tenebrarum. nam hebræi luci fruebantur pura, & ta-

Digitized by Google

men Ægyptij ſummis inuoluebantur tenebris, quorum primogenitis interemptis, eadem quoque lues inuaſit pecudum primogenita. cum omnino omnis luctus aberat ab Hebræis, nec inter beſtias aliquod eſset animal mortuum. Tam manifeſta cœlorum ira fatigatus Rex, populuſque, vt ingruentia mala præcauerent, abeundi facultatem indulgere, (quam proteruè negauerant) veluti manumiſſi à ſeruitute.

Verum cum paulo poſt ſtatuiſſet Rex abeuntes in pace inſequi armis, vt vel metu cogeret iterum ſibi famulari, aut deleret profugos, locorum ignorantia, & aſperitate, intercluſos. Tunc caſtra mouit celerrimo curſu, vt fugientes, & improuiſos inuaderet, & euaderet victor primo impetu. Sed Dei monitu Moyſes virga mare Rubrum ſcindens, iter hebræis à Deo apertum eſt, quo inſequentes effugerent, & quo ad inſidias deducerent inimicos. Nam obiecta caligo adimens Ægyptijs rerum proſpectum, temerè intra maris limites ingredi non ſunt veriti. At maris aqua Moyſis imperium expectabat, vt intercluſum inuaderet hoſtem coeuntibus vndis. idcirco refluo æſtu flante Aquilone omnes Ægyptij eadem clade aquarum periere. ita vt nec vnus quidem ſuperſtes fuerit, qui hanc poſtremam, & omnium maximam plagam denuntiaret populo. Tunc lœti ad littora cucurrerunt hebræi, vt quorum paulo ante fugerant explicata caſtra, modo aquis obrutos conſpicerent: & agnoſcerent ſolius Dei admirando beneficio ſe euaſiſſe formidabilis exercitus arma. cum ſolius ſit Dei in rebus periculoſis felicem exitum adinuenire. Ita Summus Monarcha deſperatis rebus pios à malis eripit. vt ratum ſit, ſemper per illum pietati patere effugium in calamitatibus, & præſertim cum eam deſerant humana ſubſidia. Ergo verè ait Iob, *Videbunt iuſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos. non ne ſucciſa eſt ereſtio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis.*

Iob. c. 22.

10 Ita planè decantata eſt veritas per orbem etiam Regum teſtimonio. Samaria capta, cum illam incolendam ſuis populis tradidiſſiſſet Salmanaſor, & Leonũ incurſu deuaſtarentur coloni, ſtatuit Rex Summi Dei religionem ſore amplectendam, vt ab hac clade per ſuſceptum Dei cultum, eſſent immunes. Rex Niniuitarum audita minaci prædictione Ionæ omnibus pœnitentiam indicens, dicebat, *Quis ſcit ſi ignoſcat Deus, & reuertatur à furore ſuo?* ergo pietatis præſidio arbitrabantur arceri mala. Cyrus quoque ſuos monens filios dicebat, *Deum (qui omnia videt, & omniá poteſt, & certum rerum tenet ordinem) metuite. ita vt nihil impium, aut nefarium faciatis, aut conſulatis.* Et inferius in eadem admonitione inſiſtens dicebat;

Reg. 4. c. 17

Ione c. 3.

Pedialib. 8.

Digitized by Google

cebat; *Si opera vestra pura, & sine iniuria apparent, reddent vos inter homines potentissimos.* & alibi, *Propter innocentiam solere Deum ex abiectissimo statu extollere in altum bonos, atq; ex altissimo inhumilem deprimere impios.* Et Romulus censuit (vt retulit Helicar) ex tribus principijs Reipubl. fœlicitatem contingere. Fauore Numinum, quo omnia prosperè succedunt. Militari fortitudine, qua arcentur hostes. & Iustitia, qua mutuo consentiunt ciues. Et Trismegistus in personam diuinæ Mentis loquens ait, *Ego adsum ijs, qui boni, qui pij, religiosi, sancti que sunt. præsentia mea fert illis opem.* & inferius, *Abignauis, impijs, inuidis, iniquis, procul ab eo, eos permittens damonis vltoris imperio.* & Galenus docet exemplo Cyri, Craesi, Priami, Dionysij, qui non præuijs virtutibus fœlicia adipiscuntur, in maximis ruere calamitatibus. Qua de causa ait Plato, *Plerique malorum quamuis ad tempus sua cu-lent vitia, tamen in curriculi calce quales sunt deprehenduntur, & ridiculi prorsus euadunt, & insenio miseri, & à peregrinis, & ciuibus, obiurgantur, & verberantur.* Et idem alibi ait, Eiciendum esse ciuem, qui dixerit fœlicem esse, qui est vitiosus. Et Aristoteles asserit, tantum cuique fœlicitatis accidere, quantum virtutis. Itaque verissimum est Solonis dictum, vt retulit Philosophus, *Illos solos esse fœlices, qui sunt in externis bonis mediocriter instructi, & honestissimam traducut vitam.* quod etiam testatur Iuuenalis,

Nemo malus fœlix.

Cyri. Mino Exp. lib. 3. Heli. lib. 2. In Pinand. In Orat. suaso, &c. De legib. lib. 10. De legib. lib. 2. Poli. 7. c. 2. Ad Nic 10. cap. 8. Saty. 4. 11

Sed quæso videamus in vnico Patriarcha Abrahamo progressum Religionis, & vna simul munerum Dei. nam ex æquo ista sibi correspondent. Diuinis parens iussionibus, cum se contulisset Abraham in terram Canaam, ibidemque altare erigens inter Betel, & Hai, inuocasset Dominum, statim audiuit Dominum sibi promittentem, *Semini tuo dabo terram hanc.* Gene. c. 12.

Deinde cum diuino monitu singulare libasset sacrificium, explicatiora recepit oracula, non solum ad solamen suæ peregrinationis, sed ad pietatis incitamentum. Nimirum post quadringentos annos quicquid possiderent Cananei, totum illud tribuendum fore suæ posteritati. Euulgato inde circumcisionis edicto, cum è vestigio paruisset Abraham, illi dictum fuit, *Patrem multarum gentium te constitui. faciamque te crescere vehementissimè. & Reges ex te egredientur.* Cum postea Dei aperto mandato vnicum, moratumque filium, propriis manibus, euaginato gladio, omni eliminata charitate paterna, in altari à se constituto, vellet immolare eminentissimo religionis actu, audiuit Deum sua promissa firmantem iuramento. *Per me*

Gene. c. 15. Gene. c. 17.

Digitized by Google

Gene. c. 22. *me metipsum iurauí dicit Dominus: quia fecisti rem hanc, multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris. possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes.* Itaque dona Dei sequuntur hominis pietatem. & quò exquisitius hāc pius insequitur, eò illum subsequuntur potiora dona cum suis munificentijs Deus superet cuiusuis merita.

12 Ita Pater noster Benedictus interius Dei monitis actus, cum decreuisset sese illi omnino dicare, & offerre per impigram seruitutem; ne mundialium rerum intuitu per concupiscentiam iterum ad sæcularia posset induci, sponte, occultèque suos deserens penates, latibula quæsiuit solitudinum, vt solutiori studio Dei vacaret contemplationibusque, ex quibus amor erumpit, veluti ex sole calor. Quo quasi accensus lumine, diu tenebris suæ amatæ speluncæ illatebrari non potuit. cum per biennium, solo Deo comite, ita auxit per religionis opera amoris incendium, vt talis virtus effecta tenebrarū impatiens, illum primo effecerit celebrem maiestate miraculorū, illustriorem deinde comitatu asseclarum, obsequijs Principū, & populorum acclamationibus. hinc latè huius diffusa fama, notior effectus est ipsis solaribus radijs. quare certatim concurrebant miseri veluti ad Patrem, ægri ad medicum, pij ad Ducem cœlestis itineris, peccatores ad mediatorem, Reges ad prophetam. Etenim benefactrix virtus egentibus aut spem affert, aut confert opem. ita omnium beneficiorum, miraculorumque generibus mortalibus opem conferens, omnium ad se oculos, & venerationem traduxit. Quamobrem ad solitudinem succesit celebritas, ad pauperiem vastæ diuitiæ, ad mundi contemptum totius christianæ Reipubl. deuotio, ad infœcunditatem progenies intermina. non quæ aliquando foret obnoxia seruituti Pharaonis, sed quæ veri Pharaonis demoliretur regnum seueritate, & pietate morum. Quod vitæ institutum multi Duces, Reges & Imperatores imitati, rectum iter tenuere cœli. Ex quorum pientissimo cœtu tam multi Summi Pontifices emerserunt, qui Diui Petri gubernacula prudentissimè regendo, Christi oues ad pascua æterna deduxerunt. Ita sui muneris executi sunt officia, & exempla sui Patris. Qui in cœlis regnans suis sanctis intercessionibus multa impartitur dona mortalibus, quæ nobis confert Deus in testimonium sanctorum meritorum eius quem humillimè suscipientes, ipsius sacros cineres adoramus. quare vere proclamare potest, cum pietate. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Sapien c. 7.

Quod si vi naturalium causarum producuntur, & tuentur effe-

Digitized by Google

effectus; certè non dispari ratione à moralibus virtutibus temporalia profluent. idcirco sicuti priores causæ suos partus edunt, & perficiunt ita virtutes parunt, & magnificant temporalia, suoque modo perennant. Ideo Dauidis regnum suscepere posteri, *Eò quod fecisset David rectum in oculis Domini.* A diurno primi mobilis motu non modò circumducuntur inferiores orbes, sed elementa. (& eò multi referunt fluxum, & refluxum maris, quasi sit quædam repræsentatio motus ingirum.) at quo inferiora corpora propius accedunt primo, eò mouentur celerius; imò copiosiorem recipiunt virtutem. ita similiter, qui per amorem vicinius accedunt Deo, vberius, & diuturnius illius irrigantur bonis, idcirco de Fœlicitate differunt. Aristoteles ait, *Hæc autem omnia sapienti inesse maximè videbuntur non est ergo igitur & Deo carissimus. eandemque esse etiam fœliciſſimum verisimile est.* Cum itaque mortales sibi Dei amicitiam parent amore, quo erga illum feruntur, & auersantur crimina; iure fit quædam communicata participatio fœlicitatis. Qua propter istorum animi veluti fulgentissimum cœlum luce scintillant virtutum, concinnasque ducunt choreas laudabilium actionum ad normam Diuinæ voluntatis, à qua vicissim fouentur, & extolluntur. cum veteri Prouerbio, *Amicorum omnia communia.* Quamobrem perite docebat Aristot. *Homines æquirere, & conseruare nos virtutes externis bonis, sed externa virtutibus.*

Re. 3. c. 15.

Ethi. 10. c. 8

Poli. 7 c. 1.

Nec aliunde tam celebris irrepsit mundo fœlicitas Austriacæ familiæ, quàm à pietate. nam hi omnes optimi animo, puriſſimum Dei suscipientes cultum à maioribus, & constantissimè retinentes, à Rodulfo Primo Imperatore nostro ferè orbi toto dominantur. Ita Iosaphat acri pietate diuina exequens iussa, confirmato sibi regno, acceptisque muneribus ab omni Iudea, ait sacer textus, *Factæ sunt ei infinitæ diuitiæ, & gloria.* Nam vt Sanctæ Ecclesiæ seruaretur institura, nec proprijs, nec finitimis pepercerunt populis; imò toto orbe dissitos classibus petierunt, vt vbique sancta coleretur fides. hanc vnum prosequentes quæstum, custodiam diuinæ legis. Ideirco passuit, non pro lucris, sed armis pugnasse pro pietate, Quam nõ ore iactati sunt, sed summis expensis, suisque sudoribus, proprioque sanguine: vt nullum desiderari posset à Christiana Republica in tali familia pietatis argumentum. Quare nec quidem inter aduersa pasci sunt alipuando leges violari diuinas: cum neglecta, aut deturpata Religio exitio sit Regibus. *A qua si quis exierit, à spe vitæ, ac salutis æternæ alienus est,* vt dicebat Lactantius. quod si eius violatio expiari soleat à Deo grauissimis calamitatibus, (nam vbi pietatis est occasus,

13

Parali. 2. c. 3

Instit. 4. cap. 30.

ibi

ibi etiam est regnorum interitus) consentaneum est, vt potioribus donis eius honestetur veneratio. Ideo amplitudine imperij, opulentia Regnorum, vrbium nobilitate, & frequentia, ciuilitate populorum, artium, & scientiarum excellentia tale genus Ducum supenat omnes orbis Principes. etenim vt dicebat Iustinus, *Illa familia Dijs proxima habenda erat, per quam Deorum Maiestas vindicatur.* Iust. lib. 8. Neomaliter contingere potest. etenim pietatem sequitur iustitia, iustitiam populorum pax, pacem subsequitur necessaria opulentia, & frequentia ciuium. Qua de causa Tertullianus vocat impios, *Importunos rebus humanis, publicorum incommodorum reos, & malorum illices.* In Apolog. O quàm sapienter dicebat Xenophon, *Nullas esse honestiores diuitias, quam virtutes, quas qui possidet, non potest non abundare diuitijs.* Cyri Exped. 7. hinc licet Austriaci ciuiles doctrinas, & artes soueant generi humano necessarias, potissimè tamen promouent religionem catholicã, qua inhumanis nihil præstantius. Cum sit verus de Deo, sensus, & verus in illum cultus. Quocirca diuinarum rerum ministros veluti Dei nuntios benignè suspicientes, eorum consuetudinem suscipere consilia: quo si tonitrua cœli. quorum consilijs præsertim sua moderantur Regna. & vt minor in his subesse posset auaritiæ suspitio, (etenim vbi lucri abest studium, ibi syncerius tuentur iura) maximis redditibus locupletarunt Episcopatus. vt omni ratione maxima illis exhiberetur veneratio. & diuina magnificentius celebrarentur:

Hinc etsi plerumque malis mala, eueniant, & bonis bona De Ciu. 20. cap. 2. *perueniant. Sed cur non semper in omnibus successibus hoc eueniat, magis inscrutabilia videntur Domini iudicia.* ita præclarè Augustinus ait. huius rationem in doctissimo Thoma legimus, ita. Bonum hominis est duplex, simpliciter, & est vltimus finis, & omnia illa, quæ ordinantur, vt conducentia ad hunc finem; & talia simpliciter cadunt sub merito. est & aliud bonum secundum quid, quod quidem non cadit sub merito simpliciter, sed secundum quid. secundum hoc ergo dicendum est, quod si temporalia considerentur pro vt sunt vtilia ad opera virtutum, quibus perducimur ad vitam æternam, secundum hoc directè, & simpliciter cadunt sub merito: sicuti & augumentum gratiæ, & omnia illa, quibus adiuuatur homo ad perueniendum in beatitudinem per primam gratiam. tantum dat Deus viris iustis de bonis temporalibus, etiam de malis, quantum eis expedit ad perueniendum ad vitam æternam. Hæc D. Thomas. P. 2. q. vlt. art. vlt.

Aristoteles quoque iudicauit consentaneum esse Deo, eos remunerare, qui similem illi traducerent vitam. & apud Li- Ethi. 10 c. 8

uium

uium ait C. Martius, *Fauere pietati, fideique Deos, per quæ populus Romanus ad tantum fastigij peruenit.* Et Cicero testatur, Romanos nec numero superasse Gallos, nec robore, Hispanos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec Latinos natiui soli præstantia, sed sola pietate & religione. quamobrem spretæ religionis attribuit antiquitas, quòd Brennus Gallorum Dux sibimetipsi intulerit manus. nam Iouis templum Delpho spoliare aggrediebatur. Quod Pyrri classis Locrentium littoribus illisa perierit. abraserat à Proserpine phano omnem pecuniam, & ornamentum. Quod Dionisius fuerit Regno pulsus. nam à Ioue detraxerat aureum amiculum, vt Valerius refert. Aristoteles, *Deus proniores esse in eos, qui maximè illos colunt.* Liu. lib. 44. De Aruspi. Resp. Iust. lib. 25. Val. l. c. 2. Rhet. ad Alex. c. 2.

Itaque virtutes omnes, & potissimè Religio omnium Regina, siue in puluere, siue in tenebris, siue in carceribus deliteſcat, siue in seruitute, semper sibi dominatum, opes, & venerationem parit, agente Deo illius tutelare, & custode. ideo magis inter probos eminere enitendum est, quàm inter fortunatos. cum horum gloriæ veluti præstigiosæ euanescunt possessoribus illusis. Illorum vero Summi Imperatoris Dei constabilitæ manu, cum æternitate contendunt. Quamobrem docet Ambrosius, Fide catholica seruatum esse Imperium Romanum, cum Idolatriæ scelere illud elabi consentaneum erat Diuinæ iustitiæ. Ambro. Epist. 30.

Licet quandoque temporanea non respondeant meritis, *Mala æquo animo ferre discamus, quæ patiuntur, & boni; & bona non magni pendamus, quæ adipiscuntur & mali. ac per hoc etiam in his rebus, in quibus non apparet diuina iustitia, salutaris est diuina doctrina*, ait sapientissimus Augustinus, & alibi, *Regnum terrenum Dominus dat pijs, & impijs, sicuti illi placet, cui nihil iniustè placet.* De Ciu. 5. cap. 25.

Non est cur differamus, quibus modis pij à calamitatibus liberentur à Deo, & traducantur ad fœlicia, emergentes ex malis; cum de ijs fusè, latèque scripsimus per totum caput decimum. Sestum.

Digitized by Google

Omnia aduersa toleranda sunt, vt suo exemplo nos monuit Dominus Iesus.

Caput XXXXVII.

PHilo de decem Dei præceptis disserens causam venatur Cur in illa legum Diuinarum promulgatione nullius meminerit pœnæ infligendæ transgressoribus? Nam ita assolent cæteri sanctionum conditores compescere ciues ab earum violatione. cum contumax animal sit homo, remotoque timore difficulter in obedientiæ officio retineatur. ideo soluto timore, iura diuina, & humana solet prophanare. Ita facilius Duces regni gubernacula moderantur incusso timore per leges, quàm excusso. tunc quisque à sceleribus abstinet facilius, & ab iniurij. Sunt enim pœnæ compedum loco iniquis. Respondet illo. quia Deus erat, & consequenter bonus Dominus, solius boni auctor, mali vero nullius. perinde existimauit nihil magis suam naturam decere, quàm vt salutaria præcepta daret pura, non admixta pœnarum terroribus. sic lætius quisq; illa accipit. ne quis imprudens metu malo consultore vtens, inuitus pareret: sed potius vt sapiens rationem, & voluntatem diuinam spontaneè sequens, se à malo auerteret legum amore, non timore pœnarum. sic virtute se quisque applicat ad id quod est optimum. nam facillime voluntas moderata non amore, sed pœna, propendens ad transgressiones, labitur. cum diuturna nequeat esse veneratio in inuisum imperium, sed benè in amatum.

Quod si hoc amoris est insigne, pellicens ad amorem amatos, quanta quæso potiori ratione hoc præstitisse in nouo testamento fatendum est, & prosequendum laudibus; Cum Deus ipse nostram induens naturam, vt eam eriperet ab æterna morte, semetipsum obtulit acerba morte in ara crucis? vt tanto commoti mortales beneuolentiæ argumento, libentissimè prosequerentur hoc charitatis exemplar, & amoris? Qua ratione omni niterentur studio illi obsequi, illi assimilari. cum nihil magis sit efficax ad amorem eliciendum & augendum, quàm ipse amor. Vnde aiebat D. Paulus, *Charitas*
2. Cho. 5. *Christi vrget nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.*

Si nihil cuipiam est carius ipsa vita, hanc effundere alterius

rius gratia, est illum præ se diligere. hinc sequitur à nullo efficaciori stimulo amoris mortales trudi ad amandum, quàm Christi. Etenim si illius viuimus gratia, consentaneum est, vt illius voluntati obtemperemus omnino. quod etiam meritoria ratio deposcit. Quamobrem amoris stimulo nos sui amantissimos efficere, suæ vitæ effusione studuit Immortalis ipse Deus, bonorum omnium auctor, & largitor munificus, vt inimicos sibi reconciliaret, & contumaces, morte sui vnigeniti inimicitias diremit, & subtulit. omne nostrum debitum soluens filij sui oblatione, qui internuntij, & mediatoris munus explens, nobis salutem attulit æternam. docens prorsus abstinendum ab omni liuore, imò laudens omnimodam tolerantiam suo diuino exemplo.

Si se ipsum virtutum exemplar erat constituturus, consequens fuit, vt nullum prætermitteret opus, in quo eluceret tanti Ducis præstantia: vt amoris exemplo cogeret suos milites, sui Imperatoris non detractare vestigia, sed in illis insistere inuicta constantia. Quare licet in cæteris sanctis virtutum cultus enituerit, non tamen talis vt in Christo. etenim nõ magnum fuit creaturis obnoxijs calamitatibus ab ipsa natiuitatis 3
die, subijci innocenter paupertati, carceribus, patibulis, sed q̃ beatissimus Creator ijsdẽ subijceretur miserijs voluntariè ad salutem seruorum, opus absolutius fuit perfectiusque omni beneficentia, tolerantia, & charitate humana, beatarumque Mentium.

Ideoque D. Ioannes ait, *Sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suum vnigenitum daret*. cum excessu amoris actus immortalem pro mortali, beatissimum pro miserrimo, innocentissimũ pro sceleste, filium pro contumaci seruo, & vnigenitum prò vniuersa colluuie nostri praui genesis tradidit cruci. In quo amoris actu, vltra se processisse, seque superasse videtur. Cum summus ille Rex mortem probrosam adierit, non pro amico, sed pro facinoroso mancipio. Nam vt dicebat Apostolus, *Vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan, quis audeat mori.* A quo nullum munus, nulla gratiarum actio afferri poterat, nisi quam prius ipse dono dedisset. cuius errata cum infinitis penè modis delere, & abolere potuisset, maluit tamẽ ipse immolari, vt suo proprio sanguine inimici hominis delens culpas, nos non tæderet inimicis parcere; imò puderet amantis Dei non insistere vestigijs. Ioan. c. 3. Rom. c. 5.

Ideoque sẽ patientiæ exemplar constituens, in sublimi crucis ligno affixus, & pendulus, vrgeri voluit atrocissimis tormentis, & contumelijs; vt per tales amaritudinum causas nosceremus bona alterius vitæ expectanda fore, quasi domitis 4

Digitized by Google

hostibus triumphandum. idcirco superata morte rediuiua vita, erudiens Apostolos contra imminentia mala dicebat, *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* quasi æternæ vitæ aditus illi patere non potuisset, nisi diris affectus tormētis, & probrosa morte. *Ideo quàm diu veniat quod promissum est, patientia tibi necessaria est*, dicebat Augustinus. *Nam nemo est patiens in bonis, quando itaque de homine exigitur patientia in malis agit.* In quibus suam vitam traducens Dominus Iesus ostendit militibus, quomodo de hostibus opima spolia referre possimus.

Luc. c. 24.

In psal. 91.

Pij homines labores, & ærumnas cōcupierunt sufferre, quin potius effundere vitam pro Dei amore. cum nescirent ita se regnandi munere fore participes, dicente Domino, *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicuti & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* Idcirco decus est illis, & magnus quæstus, innocenter affligi pœnis, & morte perimi. nam tunc sui Ducis deferentes insignia, liberaliter honestantur nunquam interituris bonis.

Apoc. 3.

Quod eximium militare decus etiam appetens Sacratissima Virgo Maria, acerrimo doloris gladio transuerberari voluit in passione, & morte filij; vt præclariori gloria eminens martirij, expressius filij sui referens imaginem, secundum post filium esset pietatis exemplar. & veluti cum sacratissimo lactauit vbere, ita nos suis pientissimis lachrymis nutriret ad christiana opera. etsi non poterat non immaniter commiserādo pati pro vnico, & sanctissimo filio, quem innocenter alligari funibus nouerat, vexari flagellis, & ad patibulum affigi. Nec modo eum natura duce amabat, sed cœlesti charitate. Quo amore etiam sauciatæ tenerrimæ adolescentulæ corpuscula obtulerunt sœpe carnificibus, vt ingeminatis vulneribus quasi abruptis carceribus aduolare possent in occursum sui sponsi, ornatæ iam purpurea, & nuptiali veste, sine qua nulli patet aditus ad perennem cœnam immaculati Agni. Ita amori sui sponsi amore, illius miseriæ pœnis, flagris eius aculeis vulneri vulneribus, & cædi cædibus respondere. etsi possent acerbioribus amoris argumētis cum illo certare equidem non detrectassent. idcirco maluerunt carnificinam pati, quàm Christi sponsi violare fœdera, & vincula charitatis.

3

Poterat Dominus Iesus, fugata morte, immortalitate potiri, & ablegato omni moerore fœlicissimè suam ingredi patriā. *Quod si filius, & hæres per Deum*, dicebat Apostolus. Qua ratione nullo alio præuio merito cœlestis regni hæreditas illi deferenda erat, attamen stimulante amore, quo nos amantius liberaret à culpis, & de necessariis erudiret efficacius. Propo-

Gal. c. 4.

5

sita

sito sibi gaudio subsit inuit crucem, confusione contempta. quasi suæ Maiestatis oblitus. licet Theodoreto videatur, Christum, spreta confusione, gaudium spectauisse. quod gaudium necessario sequi oportebat ex laude Dei molientis redemptionis opus. Etenim cum ex orbe toto ferè omnis notitia, & veneratio Dei obsoleuerat, denuo illam illaturus erat sua passione, & resurrectione Dominus Iesus. Quo opere Dei iustissima ira sedanda erat. Hinc exultans orbis gratias retulit Deo, quod fidei illato lumine, in summa ignorantia diuinarum rerum sit assecutus cognitionem, & amorem. fatetur quoque se nō posse condignas referre laudes, cum non sua tradiderit pro nostra redemptione Deus, sed semetipsum. Quod *si gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente*, quantum quæso est Dei, & cœlicolarum, cum turmatim in diem ascendant multi à christiana Republica per totum orbem diffusa, qui vna simul cum beatis spiritibus in perenni laude Dei suauissimè occupentur? Neque aliquod præstantius opus aggredi potest miles, quo sui Imperatoris demereatur gratiam, quā si pro illius gloria effundat vitam. ideo Dominus Iesus appetentur se obiecit morti, vt essemus *Repleti fructu iustitiæ in gloriam, & laudem Dei*, vt docebat Apostolus. Quod si propter passionis opus, *Donatum est illi nomen, quod est super omne nomen. vt in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Et hoc summopere ad Dei laudē pertinuit, certè aliqualem gloriam Deo præstant singulorum christianorum tolerantiæ, quæ Dei intuitu feruntur pacatè. Hebr. c. 12. Luc. c. 15. Philip. c. 1. Philip. c. 2.

Quamobrem Deus factus est humanitatis particeps, vt haberet, quod offerret passioni. vt scapulas flagellis, faciem sputis, maxillas palmis, pedes & manus clauis, caput spinis, pectus lanceæ, corpus cruci. ex his confici oportebat medicamentum, quo sanitati erat restituendus infirmus homo. Differens Augustinus cur Deus formando mulierem, non carnem de viro substulit, sed os, cum tamen infirmiorem sexum componebat, cui magis caro assimilatur, quàm os, ait. *Quid igitur significauit? facta est mulier in costa tanquam fortis, factus est Adam in carne tanquam infirmus, Christus, & Ecclesia. Illius infirmitas nostra est fortitudo.* Ita Domini Iesu exempla nos mouent. ideo ipse prius est obrutus calamitatibus, vt nos non rederet malorum, ex quibus ipso Duce sumus emersuri. cuius promissionis arrham tenemus, sanguinem, & mortem eius, quam ipse pertulit ad nostram doctrinam, vt nobis sit gratum pressuris vrgeri, ad quas ipse sponte cucurrit, vt inde nos beatitudinibus inundaret. Cum maximus sit stimulus adipiscendæ professionis magistri gloria, & laus, & certa In Ioan. tract. 15. 6

mer-

Digitized by Google

merces, & immortale præmium.

In pſ. 148. *Accepit ex te, vnde moreretur pro te*, dicebat Auguſtinus.

7 vt per noſtræ preſſuras carnis, ſuum inferens triumphum in cœlis, oſtenderet quomodo fœlicitatem æternam nanciſci poſſimus. Quamobrem vt nos ad manſuetudinem impelleret, humiliter ſuſcepit contumelias; vt nos ſua erudiret doctrina, pacatè recepit flagella: vt remiſſionem tribueret, alacriter aſcendit in crucem; vt vitam largiretur, voluntariè paſſus eſt mori. hinc noſtra accipiens temporanea mala, æterna largitus eſt bona. Quod ne nobis videretur impoſſibile, non qualemcumque mediatorem elegit Deus, ſed proprium filium. parum arbitrans diuina charitas filium facere demonſtratorem cœleſtis aulæ per doctrinam, niſi etiam faceret per exemplum.

Hebr. c. 12. Quamobrem nos monebat Apoſtolus dicens, *Recogitate enim eum, qui talem ſubſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini animis veſtris*

8 In pſa. 148. *deficientes.* Idcirco dicebat Auguſtinus, *Plus eſt, quod fecit, quàm quod promiſit.* Nam ſi ſe cruci affixum oſtendit irridentibus, & ſubſannantibus impijs ad ſalutem electorum, quanto magis ſe regnantem oſtendet ſuis ſanctis in cœlo ad lætitiam beatorum omnium? quare Auguſtinus ibidem ait, *Quid fecit? mortuus eſt pro te. quid promiſit? vt viuas cum illo. incredibilius eſt, quod mortuus eſt æternus, quàm vt in æternum viuas mortalis.*

Ibidem.

Ad nos deſcendens ipſe noſtra carne tectus, veluti medicus

9 ferrum exerens, & ad tolerantiam animans, ſalutem ſpondet poſt dolores. cum dum viuimus, currimus ad pugnam, poſt fata vero ad præmia. Et ne in dolore deficiamus, iubet firmo animo ſperare, quod non dum habemus. qua ratione dicebat

In pſal. 91. Auguſtinus, *Chriſtiani non ſumus, niſi propter futurum ſeculum.* quæ neceſſitas in nos inducere debet maximum deſiderium tolerantiarum. *Nec cunctationi locus eſt in eo conſilio, quod non poteſt laudari niſi peractum*, vt dicebat Tacitus. vnde Apoſtolus vocat Ieſum, *Pontificem futurorum bonorum*,

Hiſt. 1. Hebr. c. 9. quorum aſſequimur poſſeſſionē ſuperatis calamitatibus præſentis vitæ. vnde docebat dicens, *Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem*,

Hebr. c. 10.

Quam nec quidem vnigenitus Dei aſſequutus eſt, niſi ſuperato malo crucis. vnde monebat Apoſtolus, *Videmus Ieſum*,

10 Hebr. c. 2. *propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum. Quod ſi per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta*, quanto magis nos miſeri peccatores cogimur ijſdem inſiſtere veſtigiis, vt

noſtri

noſtri Ducis geſtantes inſignia, admitti poſſimus in ſanctam ciuitatem Dei? An flagitanda eſt merces non abſoluto opere? ſi vnicus laborat filius, vt ingredi poſſit paternam hæreditatē, quomodo nos non natura, ſed gratia filij, & multotics pertinaciter inobedientes, per laborum fugam, & nauſeam calamitatum eandem adipiſcemur? *Ergo timeamus, ne relicta pollicitatione introeundi in requiem eius*, acerbo animo ferentes aduerſa, diſſentiamus à noſtro præceptore. *Tunc quis formidet futurum ſupplicium, cum præſens medici contempſit remedium*, dicebat Auguſtinus. *Nam qui ab hominibus laudatur, vituperante te, non defendetur ab hominibus, iudicante te, nec liberabitur, condemnante te*. vt idem docebat. Ergo nobis huius vitæ bello feſſis grata ſit calamitatum acceſſio. nam veluti imbecillis eſt animi incuſare fortunam, ſic timidi militis eſt, iuſſa ſui Ducis non aggredi, non proſequi. *Delicatus es christiane ſi in ſeculo voluptatem concupiſcis*. imò *nimium ſtultus ſi hoc exiſtimas voluptatem*; ait Tertullianus.

Hebr. c. 4.

Hom. 46. inter 50.

Soliloq. c. 5.

De Spect. cap. 28. 11

Quod ſi noſtræ ſalutis gratia non ſolum ſubſtinuit, ſed & quæſiuit, quin potius amanter inuaſit mortem, cum nulla eſſent noſtra merita, ſed infinita demerita, cur mala inferentibus iraſcimur? cur tam viuida charitatis exempla à noſtra exciderunt memoria? cur tam leuiter eſt conſtabilitus noſter amor erga illum? cur auerſos tenemus oculos à Chriſto in cruce pendente? etenim vt Ambroſius ait, *Ibidem pendens ſingulis pietatis opera per teſtamentum diſtribuit, Apoſtolis perſecutiones, Iudæis corpus, Spiritum Patri, Virgini paranimphū, latroni paradiſum, peccatoribus infernum, chriſtianis verè pœnitentibus crucem*.

De Paſſ. ſerm. 1.

At quanta quæſo pietate illam complectimur, ſi cuilibet aduerſitati minaciter occurrimus, & reluctamur peruerſe? obliti, immemoreſque effecti diuini oraculi dicentis, *Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus*. & tamen cum eius viſio infinita ſit quies, infinito labore paranda foret. attamen pro munerantis liberalitate ſatis eſt temporanea mala ſufferre ad noſtri Ducis præſcriptum. quibus omnibus nunquam æquabimus eius paſſiones, cum patientiſſimus ille Agnus tulerit ab impijs in ara crucis immolari, quorum vulnera curaturus aduenerat. Quamobrem nos fœdati ſceleribus, vt leue ducere debemus, noſtrum intuentes caput, quod rapiemur in tribunalibus, quod priuemur honoribus, quod exagitemur malis. Sic animæ ſalus bonorum iactura paratur. quin etiam in mœrore lætitia inuenitur, in laboribus quies, in infamia decus, in Cruce gloria, in probris bonæ conſcientiæ teſtimonium, & in morte vita. *In omnibus aduerſitatibus non inue-*

Matth. c. 10.

Manu. c. 23

Inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Christi, dicebat Augustinus.

12 Quod si vt deleret, & compesceret errantis mundi crimina, de cœlo se submittens, nihil magis profiteri visus est, quàm mansuetudinem. omni studio hanc insequi omnino debemus. sic enim paratur aduersitatum tolerantia, & similium laborum contentio. *Cum nemo rectè christianus dicatur, nisi qui Christo moribus, pro vt valet, coæquetur*, dicebat Hugo. idcirco in cruce pendens paterno monitu nos interius pulsans,

De Decem Abus.

Sta. Steb. lib. 8.

Ille monet: nefræna animo permiste calenti,
Da spatium, tenuemque moram: malè cuncta ministrat
Impetus, hoc oro munus concede parenti.

Isai. c. 51. Quare Isaias proclamat dicens, *Audite me, qui sequimini, quod iustum est, & quæritis Dominum, attendite ad petram, vnde excisi estis*. nam si nostri capitis retinuerimus conditionem, ratum habebimus, vt monebat Apostolus, *Per patientiam currendum ad propositum nobis certamen.* & Leo ait, *Inter tentationes huius vitæ prius nobis tolerantiam esse postulandam. quàm gloriam.*

Hebr. c. 12. Ser. de Transfig. Iob. c. 25.

Quod si nec stellæ sunt mundæ in conspectu eius, vt dicebat Iob. quanto magis nos natura filij iræ? *Nec ille te emendaret, nisi tu illi displiceres*, dicebat Augustinus. Itaque si quis has non amat reprehensiones; admonitiones parentum, præceptorumque obiurget, quibus non desinunt liberos, discipulosque corripere. Nec solum quando sunt obnoxij culpis, sed quando ad eas præponderant quę errata à peritissimo medico Deo sœpe arcentur aduersitatum tempestatibus, quibus vt quandoque discutitur pigritantium torpor, ita pœnitentium terguntur maculæ, aut innocentium pietas augetur, & coronatur,

In psa. 148. con. 2.

In solo Deo locanda spes est.

Caput XXXXVIII.

SI vniuersæ causæ, tàm visibiles, quàm inuisibiles Summi Imperatoris Dei ordines exequuntur; nec potest esse aliqua tantis viribus pollens, aut audacia, vt eius sancitos temeret ordines, aut seorsum traducat; certa fiducia ab illo sperandum est, aut meliorem, aut pacatiorem statum nostrarum fortunarum. Nam cœteris causis iussa exequi mandatum est; Quibus omnibus præsidens, occulteque moderans, & dirigés vires,

Digitized by Google

vires, efficit, vt sua erga nos procedant munera, ad constitutũ
suæ voluntatis æternum. & si quandoque videatur (nostris
annuens precibus) nos à miseriis liberare; ita tamen erat con-
stitutum, vt nos prius excitaret ad supplicandum, & deinde
conferret munera, aut eriperet à malis. Hinc omnia dona à 1
cœlesti munificentia sunt expetenda, & expectanda. cum a-
pud illum sit suprema auctoritas, cui famulantur omnia. ideo
dicebat Augustinus, *Omnia enim verbo Dei in omni suo sta-* In psa. 148.
tu ancillantur. nam omnia ipse in omnibus locis, regionibus,
temporibus, statibus, personis, ordinat, dirigit, perficit.

Et ne regentis Dei nos lateat imperium, eidem medijs mo- 2
litur opposita. eadem enim vitæ probitas per Senatum impe-
rium peperit Neruæ, & per militarem lasciuiem mortem at-
tulit Pertinaci. sic eadem morum integritas sæpe inuisa prin- 3
cipibus, parit plerumque pauperiem probis. Idcirco plerique 4
horum in miseriis consenescunt. *Cum ad salutem tyrannidis* Pol. 5. c. 11.
pertinet primores ciuitatis interficere, sapientes tollere, conui-
ctus non pati, nec sodalitates, nec disciplinam, vt dicebat Ari-
stoteles. & Tacitus, *Feritas, & virtus subditorum ingrata est* In Agric.
imperantibus. Quare Tiberius, vt idem refert, *Dedecus pu-* Annal. 1.
blicum sibi metuebat à pessimis, & periculum ab optimis, &
Plato, *Princeps subditos metuens neque bonos eos, neque opu-* De Leg. 8.
lentos, neque fortes, aut animosos, neque in vniuersum belli-
cosos fieri volens quidem nunquam patietur. Licet interim hi
Duces instrumenta sint Dei, quibus quorundam prorumpit
virtutes, & quorundam plectit scelera. hinc perite dicebat
Philo, *Deus animatorum operum figulus egregiè nouit, quæ ipse* Alleg. 2.
fecit, etiam antequam perficiat. Vires quoque quibus vtenten-
tur in posterum, & in vniuersum quicquid acturæ, passuræque
sunt.

Ideo solus ille est, non solum per quem sperare oportet,
sed in quo omnis nostra spes locanda est. Nam huius spei vir-
tute dicimur, & sumus beati. quod testatur Dauid, *Beatus vir* Psal. 39.
cuius est nomen Domini spes eius. & non respexit in vanitates,
& insanias falsas. Vanæ sunt omnes causæ, quæ, repugnante 5
Deo, aliquid moliri nituntur. cum omnis actualitas ab illo
pendeat. hinc videas illarum conatum sæpe euanescere, sæ-
pius aliorsum traduci, & sæpissimè oppositum producere.
idcirco ab illo solo sperare licet concupitos effectus. Nam mo
uens ipse, influens, & viuificans causarum vim, sperata largi-
tur sua benigna manu. Itaque qui ab hoc munerum largitore
sua vota perfici posse sperat, non deseruit vanitati. Nec qui-
dem insanias falsas amplectitur, sciens opus esse, talia munera
dirigi ab eadem manu Dei ad tranquillitatem, alioquin cala-

Digitized by Google

6 mitatum erunt initia, & causæ euersionum.

Alicuius rei temporalis mulceri honesta lætitia indiget homo. cum mens retineatur à corpore veluti à compede, ne ad cœlum vsque omnino resiliat. idcirco nouimus quandoque viros pientissimos innocentibus delectationibus detentos fuisse. cum prorsus deserere anima Socium corpus non possit. ideo quædam impolluta conscientia concupiscere possumus. sed hæc omnia à Deo sperare licet. cum nulla causarum, quæsita à nobis, possit impartiri, illo abnuente; aut retardare, illo largiente. quare cum rationem subeant famulantium, nihil certi ab eis sperare licet, sed à solo Deo. in quo est summa potestas, aut sedandæ, aut reuocandæ, aut commutandæ fortunæ.

Quapropter inani ostentatione quandoque nos terrent secundæ causæ, quandoque attollunt. cum non aliud deferent, quàm quod Dei voluntas ad nos deferri voluerit. & ita omnia nostra vel appetenda, vel declinanda, ab illius efficacissima manu pendent. qua ratione Augustinus, Fidei filium vocat, qui nouit, à quo speret, quod non dum habet. se enim illi omnis boni fontem constituit, & patefecit abundè. hinc tota ratio nostræ expectationis esse ille debet, à quo, & per quem omnia dona fluunt.

De Spiritu, & lit.

Eccl. c. 34. Meritò monuit Eccles. *Vana spes, & somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehenderit umbram, aut persequitur ventum.* Cuncti conatus creaturarum euanescunt nubium more, quoties Diuinum numen obstiterit. ideo sæpissimè opiniones nostræ futuræ fœlicitatis insensibiliter dissipantur. testabatur Philo, *Multorum malorum initium esse, sibi prolixas fingere fœlicitates.* Quanto magis creaturam statuere anchorã spei suæ? tunc tali scelere maculatam animam à Deo plecti necesse est, cum deserat beneficum Patrem, confugiens ad creturam. Iudas Machabeus cum multos Duces Antiochi prostrauisset, & paucula militari manu fudisset magnos exercitus, solius Dei auxilio fretus, quare Nicanor fatebatur, *Inuulnerabiles esse iudæos*, humano deceptus consilio, fœdera contrahens cum Senatu Romano, vt à seruitute liberaretur Græcorum, in primo hostili congressu à suis desertus, vulneratus interijt. Itaque dum ad humanum auxilium confugit, statim sensit, non vt prius Diuino fulciri præsidio. Et Balac cum ab orientalibus montibus accitus esset Balam, vt Israel execraretur (cui fauebat Deus) deceptus est. ideirco pro maledictione benedictionem suscepit Israel à Balam. Quare iure Balac interpretatur asinus, teste Philone. cum insanientis sit animi sperare quauis arte posse irritam reddere Dei tutelam: aut fugare eius punitiuam iustitiam.

De Ioseph.

Macha. 2. c. 28.

Num. c. 22.

De confu. lingu.

7

Itaque

Digitized by Google

Itaq; cauendũ ab omni caduca ſpe, quæ non nunquã humanos animos tumore elatos allicit ad ſcelera, impunitatẽ promittens, vel à futilibus cauſis cogit expectare dona deſerto Deo bonorum omnium auctore, qui ſolos, & verè, aut ſpe, aut donis, fouet amicos. Omnis igitur alia ſpes eliminanda eſt, vt calamitatum allatrix, nam ſaltem dum in Deum ſperamus, facilius compeſcimus animi moerores, nosmet deducentes ad celſiora per ſpem diuini auxilij.

Verum ne nos imperfecti meliora amare obliuiſcamur, per deludentem ſpem ſœpiſſimè corripimur à Deo, ne noſtra labilis natura in aduerſa parte propendens, adhæreat inclinato parieti; hoc eſt, futilibus cauſis bonorum. ſic enim earundem vanitate cognita, alia quæ ſatis ſunt ſalubria quærimus. etenim dum deludimur in temporaneis, ad æterna dirigimur. & ſic conſpiuntur noſtræ cupiditates. Itaque cum deprehenſa fuerit anima à cœleſti medico in periculo eſſe lethalis morbi propter ſpem caducarum rerum, hanc intercidit, vt propulſet ægritudinem. alioqnin ſuum inſtitutum proſequens anima, malum pro bono, infœlicitatem pro fœlicitate, mortem pro vita ſibi aſciſceret. Nam etſi quandoque duce malitia, quandoque etiam duce ſenſu, talium rerum ignorantia inſeritur, quæ deinde augetur à noſtra peruerſitate; attamen vt hanc exterminet Deus ab animis noſtris, ſperatas fœlicitates ſomnijs ſimiles reddit; vt mutata velificatione ad portum æternæ vitę dirigamus iter. & tunc omni alia ſpe excluſa, lœtè traijcimus hoc mare magnum calamitatum, canendo, *Tu es Domine ſpes mea.* Pſal. 90.

8

Nec alicui ſimilia ſperare contingit, niſi cui *Deus portio eſt, & hæreditas.* interimunt hi cupiditates viſibilium rerum dicentes, *Pars mea Dominus dixit anima mea.* Poſtquam migrarunt ab affectibus terrenorum per ſpem in Deum, tunc demum agnoſcunt maximè ſibi ſalutare fuiſſe, euanuiſſe ſpẽ temporalium rerum: cum per hoc ſe tranſtulerit ad celſiſſimã ſpem vitę æternæ; nam prępediti antea, ſe ad cœleſtia nequibant erigere. Tunc omnis ille lœtè fatetur, *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, & animæ quærenti illum.* Pſal. 118. Tren c. 3.

Interno tunc cœleſtique ſapore actus nauſeat temporalia, quin potius in ſignum actionis gratiarum, *Ponet in puluere os ſuum.* Dei beneficentiam humillima extollens laude. imò ſi alicuius maligna impoſtura fuerit temporalium reciſa ſpes, *Dabit percutienti ſe maxillam, & ſaturabitur opprobrijs* deſiderio laborans earum rerum, quibus cœleſte regnum mereatur, & poſſidetur. tunc eius expletur cupiditas humiliter acceptis opprobrijs. vnde dicebat Hieremias, *Spes mea in die* Hier. c. 17.

9

Digitized by Google

die afflictionis. Quando Deus homini non obtrudit suauia, sed vtilia, tunc præoccupata anima fœlicitatum spe, alacritate fouetur, etiam in acerbis casibus. cum ex earum genere sit rerum, quæ non modo possidentes, sed sperantes quoque lætificet. idcirco dicebat Augustinus, *Promissum est nobis aliquid, quod non dum habemus. & quia verax est, qui promisit, spe gaudemus.*

In psl. 148.

10 Substollitur tunc anima initiata spe verorum bonorum. idcirco labentia labi libenter sufferet, inconcussa fiducia beneficiorum Dei. cum earūdem lapsu ad potiora inducitur. Permittit inseri ille in nos deceptoria spes, vt deceptos moneat de æterna patria. etenim quæ in in creatis apparent bona, suo cursu dissipantur. *Ergo sperent in te, qui nouerunt nomen tuum.* Quæ verba explicans D. Augustinus ait, *Sperent igitur in te, qui cognoscunt hoc nomen tuum, Ego sum, qui sum. ne sperent in rebus, quæ temporis volubilitate præterfluunt, nihil habentes nisi erit, & fuit. quoniam quod in illis futurum est. cum venerit, fit statim præteritum, & expectatur cum cupiditate, & amittitur cum dolore.*

In psal. 9.

Qua virtute (veluti iactata sacra anchora) omnis sedatur turbulentia animi propter infractam spem. *Nam tunc anima à Deo non capit accipere, quod delectet, sed ipsum solum à quo delectetur,* vt dicebat Augustinus. veluti qui conuulsione, aut distentione laborant, lætantur superueniente febre, talium ægrtudinum curatrice. vt docebat Hippocrates. Ita naufraga spe caducæ rei, hilarescit anima veluti soluto morbo æterni interitus.

Solioq.c.1.

Apho.4. num.57.

Quamobrem Apostolus nos monet, vt ad hanc *Confugiamus tenendam propositam spem, quam sicuti anchoram habeamus animæ tutam, & firmam.* Ab hac constabilimur in iactationibus malorum, in amissa spe nostrarum fortunarum; ne saltem ab abiectione animi abripiamur. vnde fœlix vocatur ab Ecclesiastico, *Qui non excidit à spe sua.* Mortales sua vendunt dona, cum ementito titulo largitionis, saltem aut obsequia emant, aut laudes; at Deus verè munerator est, cū nullam permutationem accipiat, ptæter amorem.

Hebre.c.6.

Eccle.c.14.

11

Qua ratione si arreptum cœli iter prosequimur, blanditur internis suauitatibus; si lentè gradimur, inspirationibus excitat; si torpescimus otio, molestijs corripit; si auersum ingredimur iter, flagellis cædit; etsi tandem speramus profutura profana, intercidit media; & hoc ne famulemur concupiscentijs. Ergo hoc amoris est insigne, & argumentum nostris studijs solum Deum spectandi, & amandi.

12 Quod si mortales scelerum inescati dulcedine, cum se effræ-

Digitized by Google

effrena concupiſcentia in illis effuderint, paulatim remiſſa rabie conquieſcunt, languidiores effectæ eorum concupiſcentiæ, partim à timore, partim à labore, partim à ſtimulis conſcientiæ, partim ab humana cenſura. Cur nos humanæ ſpei præſtigijs deluſi, non diſcimus à ſola cœleſti ſpe omnem animi trãquillitatem, & pacem venari? cum à cœteris rebus lachrymarum occaſiones perenniter inferantur vſq; ad extremum ſpiritum. & tunc demum mortalium rerum ſpes nos deſerit, veluti infidus adulator in malis. Igitur Deum domitorem feramus, vt ad ſolam ſpem vitæ æternæ erudiamur, cœteris omnibus deſtitutis, 13

Dictorum Collectio.

Caput XXXXIX.

OLim qui in ſtudijs pugilum certamina ſpectabant, maiorum inſtituto cogebantur aperto capite intueri illa, quaſi non ludorum eſſent ſpectatores, ſed certatores: vt in illo munere non tam ſe iudices præſtarent, quàm certaminom conſortes. Ita quiſque noſtrum aliorum ſpectans fortunarum fluctationes, vel euerſiones, ſibi ex ijs animi præmunitiones cõparare debet contra ea dura, quæ euenire poſſunt. cum non nunquam, vt ait Ouidius, 1

Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.

etenim & prudenter deliberata quandoque infelicitat fortuna. & aliquando à perfidia conſoditur ipſa ſimplex innocentia. idcirco talis animi conſtitutio, & contentio, eſt ſummopere neceſſaria mortalibus. cum non raro aſſolent eſſe ſpectacula miſeriarum his, quos lachrymantes olim intuiti erant. etenim. Epiſt. 16. Herid.

Omnium rerum viciſſitudo eſt. & iuſta prouerbium, Viri probi proni ad lachrimas ſunt. Quamobrem animum ad tibi ſcribendum appuli, vt eodem labore tibi Amico moerenti ſuccurrerem, & mihi periclitanti. A primo enim noſtræ originis die vſque ad vltimum diem fati, aut terremur metu, aut dolore vrgemur. qua ratione attuli meliora, quæ potui argumenta. vt tu lachrymans, & ego formidans, ſtare poſſimus rationum præſidio contra aduerſam fortunam. nam vt ait Iuuenalis, Teren. in Eunu.

Si fortuna volet, fies de rhetore conſul.
Si volet hæc eadem, fies de conſule rhetor. Saty. 3.

Quod

Digitized by Google

3 Quod si semper est iniquum alienis insultare malis, certè humanum erit condolescere. ergo vnum supereſt officio meo, (vt amici tui potiaris munere) vt tui comprehensa manu ad Dei contemplationem adducam. cuius suauitas est potior
2 omnibus rationibus nam istæ monent, illa vero suauiter cogit, vt deseramus caduca, quarum rerum sectator, vt inuisibilium sit imperitus, necesse est. Quin potius, qui per dilectionem efficitur inquilinus terræ, cœli constituitur hospes, vel verius, hostis.

Quamobrem alterius indiges ducatu, vt noſtrum verum finem possis intueri animo, & asylum quietis, & fœlicitatis æternæ. nam quoties anima per caduca vagatur, negligit lustrare
4 Diuina. hinc similia captantes, inepti sunt ad cœlestia. Repetamus itaque allatas rationes breuiter, vt intenti, & dociles effecti, insequenti capite nitamur contemplari Deum. Nam à cognitione oritur amor, & ex amore assequendi studium. quousque nulla intermedia specie, aut interpellante mota, perenniter, & beatè illo frui possimus. sed denuo breuiter instruamus animum à moerore abstinere, vt postea totis viribus ad Deum nitamur assurgere, illo nos alliciente ineffabili suadela, & suauitate. Verum breuiter incipiamus referre, quæ in 2. Capite, & deinceps.

Natura noſtrarum calamitatum miserans, à quibus nouerat quandoque nos esse lacerandos, per temporum interualla, obliuionem inducens, noſtris medetur miserijs. vt quod aliquando non suppeditat deuicta ratio, temporis beneficio absoluatur. ideo sensim obliuionem ingerens, obliteratione specierum, quæ insunt memoriæ, cogit etiam acerbos dolores vilescere. hinc aut tollit, aut mitigat amara. cum omnino esset
5 intolerabile ejsdem semper vrgeri moestitijs. quare mordicus eas retinentes, aduersantur naturæ, quæ per amicam obliuionem delet malorum memorias, veluti proclinante sole euanescunt vmbræ. 3. At vero Deus liberalior illa, vt ferè instantaneæ quis posset tumentes vndas perturbationum compescere, mentem illarum domitricem largitus est, quæ constantiæ sultia præsidio, calamitates opprimit magnanimitate. quamobrem verè ait Seneca,

In Hor. Fur *Quemcumque fortem videris, miserum neges.*

D. Basilius præclarè ait, *Naturam animatam non esse malam,*
Hexa hō. 2. *sed affectionem in animo virtuti contrariam, quæ in malis, & inertibus inest, ex eò quod à natura boni deflexerint.* Ideo veluti mare cum vi ventorum ad insaniam adigitur, quasi fluctibus velit obruere terram, attamen cum littora attigerit, repercussum suum inhibet motum: ita furente fortuna quis frangi-

tur

Digitized by Google

tur impetus à noſtra conſtantia. nam hæc obex eſt calamitatibus, ſicuti arena fluctibus. 4. Quamobrem veluti natura ſibi impoſitas ſequens leges ad Dei conſtitutum abſoluit opera; ita homo, quas ſuſcepit ab initio impreſſas fortunarum motiones, has retinens, veluti actus ſtimulo, per omne vitę tempus ſequens, currit infallibiliter. 5. Quod ſi efficax Dei vox nunquam acerba viſa eſt naturæ, cur nobis moleſtum erit pati, quod ab æterno Duce in æternitate eſt ordinatum? 6. ideo ſancita pacatè feramus; cum eiuſdem decreta in æreis inſcribantur tabulis, quę nulla ratione, aut deleri à nobis, aut arceri poſſunt. itaque præſtat ea ſummiſſo animo tolerare, tunc leuius prement, & oppriment. 7. nam vitę magiſtra hiſtoria docet inuictas eſſe leges neceſſitudinis, in quas incurrimus etiam cum fatagimus ab illis declinare. 6 7

Seruatque ſua decreta colus,
Lachęſis dura reuoluta manu. Seneca in Oedip.

8. Etſi dum eius nos latent ſancita, noſter exercendus eſt labor, & exerenda induſtria, vel verius, humilis ſupplicatio, qua Deus ipſe trahitur, non ad nouas deliberationes; ſed ad noua argumenta amoris, & beneficentię. quod quidem ita præſtare ſtatuerat. 9. Quin etiam cum beneficētiſſimus ſit (in quo munere ſummopere ſuę naturę oſtentat præſtantiam) benignius nobiſcum eſſe acturum certò ſperandum eſt. cum in tanto Principe piam fruſtari ſpem cogitare, omnino ſit execrabile. 10. Idcirco noſtris ſupplicationibus gaudens, diſſipat conatus prauorum, quos ſi etiam admiſerit, vt ſapientiſſimus artifex commutat in lœta. veluti medicus venena recudens, ſalubria efficit ſua peritia. hinc

Et cum fata volunt, bina venena iuuant. Auſo in Epigra.

Vt ſciant omnes à prima cauſa omnia dirigi, & perfici ad conſtitutum ſuæ voluntatis, contra quam nullæ ſunt vires. 11. Imò quanta maiori peruicacia in nos fit impetus inimicorum, tanta nos tueri vigilantia maiori conſueuit Deus, qui acriter pro pijs bellans ſemper aggreſſores flagellis cędit in vigilia, in ſomnijs, ſpectris, & oraculis. vt vndequaque infeſtam ſentiant iuſtitiam Diuinam, inſequentem ipſos ſemper, & vbique. 12. Quæ licet aliquando videatur eos ſerius afficere pœnis. tamen re vera non ita ſe habet. cum patratis ſceleribus intrinſeco tortore conſcientia, ſtatim lancinari incipiant; ſaltē timore, per quem nihil illis tutum apparens, ſemper præſentia diſplicent. Quamobrem Nero matris patrata cæde nocturno tempore tanto concutiebatur metu, vt repente proſiliret deſtrato. quin etiam tibicinum clangores ſibi videbatur audire. Adde ſi placet, auctorem iuſtitiæ ſcire tempus, & modum 8

ple-

plectendi fontes. 13. Interim ſicuti agricultura corriguntur arborum vitia, & diſciplina corriguntur animalia, multo magis aliorum improbitates virtutibus nos deducamus ad noſtram frugem. cum virtutum auſpicijs coerceri illæ poſſint. quod ſi arboribus tanta vis tributa eſt producendi fructus, multo magis largita eſt homini in omni varietate fortunæ. idcirco in generis noſtri iniqua ſtudia ſanioribus conſilijs ad noſtram vtilitatem poſſumus deducere. 14. Qua ratione agreſtes ficus domeſticis inſerunt, vel ſuſpendunt agricolæ, vt ingrato ſucco fluitantes retineant fructus. quamobrem vt temperatè viuamus, vt inſiſtamus in pietatis officio, vt maiori ſtudio quęramus æterna, corripimur amaritudinibus. nam vitę probitas, quę inter aduerſa ſeruatur, obliteratur multoties per proſpera. *Et ſola pietas eſt fundamentum, & alitudo chriſtianæ profectionis*, vt docebat D. Baſilius. 15. Hinc nemo poteſt adamuſim exprimere, multo minus extollere aduerſitatum vtilitates, cum aliquando arceant animum à lapſu, aliquando errantem corrigant, aliquando eius cumulent merita. nam hęc tributa ſibi pendi cogit virtus. enimuero veluti inter opportuna cibaria produxit etiam Deus mortiferā cicutam, ellebrum, aconitum, mandragoram, papaueris ſuccum, vt ijs arte compoſitis mederemur morbis; ita admiſit ſcelera, vt ea quæ in nobis eſt ratio, talia traduceret ad noſtrum quæſtum. 16. Neque enim quia lethalia ſunt, non erant inſerenda orbi, cum nihil ſit adeò peſtilens, vt nulla ex eo captari poſſit vtilitas; nam cicuta libido retunditur, aconito oculorū mitigatur dolor, mandragora conciliatur ſomnus, papaueris ſucco graues capitis dolores lenimuntur, & expelluntur ab ellebro multi diuturni morbi. à ſimili, non prorſus climinandæ erant iniquitates ex orbe. etenim inuaſus ſi ex conſtituto legis Dei vtatur illis, ſalutares ſibi efficit eas. quapropter quod criminoſum eſt impijs, beneficum ſibi reddent pietate pollentes. qua opportunitate qui abutuntur, æternæ vitæ vereatur naufragium. 17. Nam virtuti omnia parent. quod ſi paſtum pecoribus ſuppeditauit ab initio Creator etiam probis viris opportunitates præparauit, quibus aſſequerentur cęlum. Itaque vt ſeminum ortus præparatio eſt neceſſaria rerum; ita frequens occurſus aduerſitatum virtutum eſt pabulum. ideo dicebat Lucanus,

Gaudet patientia duris.
Lætius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtum.

Sic quiſque muneri virtutes deeſſe nō poſſunt, cum ſint ignitę, & cœleſtes. 18. Quamobrem Duces ordinum, aut ſingularum domuum, qui correptionibus parcunt, vt uirtutum hoſtes ſeuerè arguuntur à Deo; cum ſanctas domus tranſgreſſionem faciant

9 Hexa. hō. 1. 10 11 De Bello Ciuil. 9. 12

faciant asyla. & ementito titulo beneuolentiæ, & mansuetudinis. æterna damna inferant animabus sibi commissis, à quibus indisciplinatis, vicissim adoriuntur (in pœnam peccati) iurgijs, & iniquis criminationibus. quare quæ pro christiana pace condita sunt claustra, aliquando fiunt hostium castra propter conniuentiam Ducum. cum omnis malus reluctetur legibus, cum sit impatiens æqui. 19. Cæteris itaque prælucere debet præpositus morum castimonia. cum talium acta animatę sint leges. ideo venerari debent diuinas sanctiones, earumque transgressores seuerè corripere. Nam paucos plectes, omnes continet in officio. ita sibi, & reliquis salutem animae parat. nam quoties prauitatum per conniuentiam est causa, crimina sufferre cogitur. 20. Quod si ministrorum torpor inuisus est Deo, quanto magis iniustitia? à qua omnis oritur tumultus in domibus, in ciuitatibus, in Regnis. enimuero vt per legum custodiam securitas paratur, & opulentia; ita per iniustitiam oppressa libertate ad pauperiem primo, deinde ad bella descendunt. à quo exitiali morbo Reges intereunt, & Regna. cum nihil sit tam firmum, *Cui non periculum non* 13
sit abimi[illegible] vt dicebat Curtius, nec quicquam magis, acriusque impellit ciues ad nouos formandos magistratus, quã legum violatio. Nutabit itaque Regnum, Respublica, sed subsidet tandem. quod certo certius eueniet violatione legum. Curt. lib. 7.
21. quas euertere, & demoliri optant, vt nouarum legum specie, euertendo veteres sanctiones, maximè sint liberi à quauis custodia æquitatis. ideo vt seruitutem inferant non libertatem eas [illegible], quibus non assueti ciues, de facili resiliũt. cum [illegible] seruent patrios mores. Nam illis assueti [illegible] non videtur dura. Ideò harum obseruatores pro fi[illegible] tantur, osores vero pro hostibus. Quare in maximis legum mutationibus ruinæ 14
imminent ciuibus, & regnis. 22. Quod si sub legum nouitate latet anguis, equidem nihil est, quod homini non insidietur. nam cum maiora de se sentiret, per inobedientiam effectus est obnoxius infinitis penè malis, à quibus omnibus alternatim inuadirur ad mortem vsque. cum in obsequium sui 15
Principis creaturæ omnes insectentur transfugam hominem. quocirca nihil non experitur aduersum. 23. Etiam comitẽ sui facinoris hominem, à quo tam dexterè multoties decipulatur, vt cum summa inter eos intercedere videatur beneuolentia ob communicata vicissim amoris argumenta, ad insidias alter alterum deducit amicum; vt deceptum ore, vultu, & operibus, certo feriat. idcirco à singulorum cauendum insidijs. quo scelere multi se macularunt, alicuius boni opportu-

Digitized by Google

16 nitate oblata. nam tam diu constans est amicitia, quam diu non
sese obtulerit vtilitatis occasio. veluti ignis admistus corporibus, cum euocatus fuerit, ea consumit à quibus seruabatur; ita amicus amicum deuorat. 24. Itaque fugiendi sunt magistratus. etenim ex eo quod potentia subditis timorem incutiat, insectatur odio. quia non nunquam scutica vti cogitur, sibi parat maleuolentiam. quia cæteris eminet, collimatur ab inuidis, imò cum vnusquisque sibi maximè faueat, quod non dederit Præsidens, abstulisse culpatur. ideo nullis pactis inducijs vltro citroque fiunt aggressiones. etsi regnantes à propria passione plerumque funestius vulnerentur, cum idem existimant licere, & lubere. tum vt securius regnent, crimina dissimulant. quod valde noxium est animæ. 25. Quamobrem sapientes non coenosas ingurgitant aquas, sed cœlestes pluuias nectaris ambrosiæque redundantes: hoc est, fluentes latices Diuinæ gratiæ, à qua noster amor in Deum transfertur, & tunc nulla fit intermissio in christiano munere. etenim pericula, labores, dolores, optimus quisque mauult suscipere, quàm latum vnguem discedere ab incepto itinere cœlestis regni. pollentes namque scientia boni, & mali, meliora anteferentes deterioribus, incorruptum iudicium sequuntur rationis. quo circa instructi cœlesti disciplina fœlicia, & infœlicia sibi fa-
17 mulari cogunt. cum imperium homini datum, eò dirigendum est, vt noxijs passionibus imperet. 26. Enimuero veluti firmamenti constitutione fluitantes aquas superiores, ne inferiora obruerent, effecit Deus; ita sapientes temperantiæ vallo arcent inundantes cupiditates visibilium. hinc illa virtus,

Iuue. Satyr. 13. *Paulatim vitia, atque errores exuit omnes.*

Et tunc quasi terra in medio locata, æqualiter ab omni parte
18 distans, quiescit immota. ideo his malis vrgeri luctuosum non est, sed obnoxius fieri æternis cruciatibus. 27. Quare deceptricia fortunæ bona fugiunt, & auersantur animo. etenim dū illa offert præstigiatrice manu, aufert vera animi bona. vt bella sensuum superantur parsimonia, non ita luxus temporaliū affluentia. cum interim fortuna diludijs eludens, spe alliciendo, nos torquet desiderio suorum donorum vsque ad suprema funera, in quibus nec etiam expletur cupiditas, sed laxatur. licet interim, vt ait Seneca,

In Hippo. *Res humanas ordine nullo*
Fortuna regit, spargitque manu
Munera cæca, peiora fouens.

Et talia possidentibus plus socordiæ accedit, quàm vigilantiæ, plus audaciæ quàm parsimoniæ. 28. Quin etiam si fortuna omnia sua coaceruaret bona, illaque largiretur homini,

nec

Digitized by Google

nec illum explere contingeret. etenim hunc honorem habuit Deus homini, vt ſua manu eius fingeret corpus, cum cætera ſolo præcepto ediderit eiuſdem vero immortalem ſpiritũ ſui ſimulacrũ iuſſit eſſe, vt inuiſibilis Dei, viſibilẽ Vicarium cũcta animãtia ſuſciperẽt, & venerarentur. Quapropter ſapiens homo ne in conſortium ſui dominij admittat vernas dedignatur bona fortunæ. Quin etiam ſuis diris affectibus fræna imponit. ſciens nullam belluam eſſe truculentiorem ira, nullam ſæuiorẽ fraude nullam acerbiorem ambitione. & quo magis à temperãtia abeſt, eo grauius cogitur ſubſtinere paſſionum incendia.

29. Nec ſolum naturæ excellentia dedignari quis debet ſuis obſequi ſeruis, ſed etiam, quia id totum quod nobis vt lætum occurrit, ſcatet vndequaque miſerijs, vt vita, inuentus, nuptiæ, amores, diuitiæ, conuiuia, ſimilium conſuetudines, obſequia in Principem, ſub quibus omnibus ſemper latet ſcorpio. 29

O quàm dura premit miſeros conditio vitæ, Corn. Gall.
Nec mors humano ſubiacet imperio.

Itaque ex diuino conſilio nobis non læta ſuccedunt; vt diligentius colligamus vires, quibus petamus veram patriam. cum omnia nobis ſint infeſta veluti inhoſtili terra. 30. Quæ vt declinarent pij, ne tumultibus concitarentur paſſionum, ne veluti mare, aſſidua turbarentur vndarum iactatione, cauſa degendæ vitæ tranquillæ vale dixerunt bonis, libertati, & natorum generationi; vt celerius aduolarent ad cœlum. quod ſi quis in tanta bonorum egeſtate cœlum oculis intuens, animo terram ſpectet, nihil eſt illo miſerius, cum cogatur ab iſtarum poſſeſſione vacare. ergo ab ijs abſtinendum, quibus vti non licet. 30

31. Quamobrem Patres noſtri ne à terreno ingraueſcerent pondere, à quo deinde eorum detineretur mens, vt liberius ſuperiora capeſcere poſſent, nec audire, nec videre profana cupientes, ſeſe in ſolitudinibus illatebrarunt. terrenarum rerum aſpectu ſæpiſſime dæmon inflammat intuentes, deinde ad aſſenſum inducit. Quod ſi vniuerſi opifex ſemina vaginis recondidit, ne de facili vaſtarentur ab auibus; quanto magis cuſtodiendæ erant virtutes, ne inſidiante maligno, auditu, vel viſu, diffluerent? vtinam modo eadem obtruderentur exempla. nam molliores animo multa indulgendo, penè vaſtarunt hanc vineam Domini amæniſſimam. prodeſt quidem inſipientibus ſeuerus Dominus. nam vel illos contihet in innocentia morum, aut labantes reuocat diſciplinis. etenim vt dicebat Claudianus, 31

Suadetque licentia luxum. In 4. Hono Conſ.

32. Aſſueſcamus itaque animum detinere his contempla-

Digitized by Google

ri onibus. nam similes cogitationes sunt veluti schola animarum ratione vtentium; & institutio nos manuducens ad cognitionem æternarum rerum. Etenim quarundam artium sola actio finis est, qua terminata nihil remanet spectatoribus; quarundam vero est opus, quod perfecta actione remanet; at nostra in sola est contemplatione Dei, vt illius assidua accensi memoria, summo studio nitamur illum incolam in nostris retinere cordibus. tunc fit progressio religionis, & pietatis, & ad maiora contentio. nam si homo in earum rerum transfert se naturam, ex quibus captat voluptates, proculdubio amando Deū, diuinus euadet. hinc apparente morte lœtè illam complectemur, ingressuri cœlestem hæreditatem vnicè amatam. 33. In cuius amore si nostra non obtorpescerent corda, non eò nostræ cupiditates deuenirent, vt nihil prosequeremur nisi caducum. à cuius desiderio nos arcent sacræ literæ. etenim teste Augustino, *Nihil præcipiunt, nisi charitatem, nihil culpant, nisi cupiditatem.* & Gregorius. *Ibi sentimus quantum profecimus, ibi à profectu, quàm longe distamus.* & D. Basilius ait, *Mens nostra cum cætera videat, se ipsam non cernit, nisi se ad sacras scripturas conferat.* Nam per eam certum est, temporalium acquisitionem pendere in statera, huc, atque illuc vrgentibus lucris, vel damnis: in spiritualibus vero quæstum esse in dubium, & possessionem omnino interminam. quamobrem omnis moeror in aduersitatibus eliminandus est; cum nobis non detur regressus ad patriam, nisi improbitate deserta, & abolita mortalitate.

10

De Doct. Christiana lib. 3.
Mor. 2. c. 1.
Hexa. homil. 10.
22

Dolor hic tibi proderit olim,
Sæpe tulit fessis succus amarus opem.

Ouid. Eleg. lib. 3.

34. Ideo nostra custoditur vita abiectione sollicitudinum. nam earum rerum acerba solet esse iactura, quarum difficilis est assecutio. Qua de causa homini datum est sui imperium, vt suis imperet affectibus à ratione alienis. nam illis domitis, virtutes erumpunt in animo. vnde ait Cicero, *Vir temperans, cōstans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, sine libidine, is est beatus.* Hic longè superior est, quàm vt vineatur. cum aspera bonorum decessio videri non possit, cuius possessio existimabatur vilis, præsentium odio, & futurarum cupiditate. 35. Quæ initium habent, ea vt intempore desinant necesse est. ideo si quandoque esse cœperunt, non est cur desine dubites. coniunctum est naturæ mundi, vt ea quæ suo fouet sinu semper properent, nec quandoque cohibeant cursum. quarum partes temporis, quod effluxit iam perijt, futurum non dum est, quod vero est præsens, priusquàm sit, suo se proripuit motu. quamobrem nostra senectus nos admonet, vt

Tusc. lib. 5.
23

futu-

Digitized by Google

futuræ prospiciamus vitæ. nam præsens prope diem nos deseret.

Senescimus, effugit ætas.
Obrepsit non intellecta senectus.
Nec reuocare potes, qui periere dies.

Auson. in Epigra.

Ergo à quauis fœlicitate temperandum, qua diu non possumus vti.

36. Amputemus itaque nos sacerdotes honorum cupiditates. cum verus, & solus sit honos, qui virtutibus tribuitur, (ad quem nequeunt aspirare indigni) cui deinde necessario succedit cœlestis fœlicitas. cum reliqui honores miscellanea distributione probis, & improbis partiantur. adeò ut uideas eum, qui domi famulatur scorto, in Curia dominari populis. verum si liberi erimus à prauis affectibus, (quos cuique conciliat ambitio) effecti famelici consuetudinis Dei, ex omni parte cauentes profana, gratum Deo famulatum præstabimus. 37. Quod si nostri officij ratio, & dignitas, tuum non subruat luctum, vt par est, saltem illorum euerte exemplo, qui aliquando delusi spe alicuius magni magistratus sibilos, & derisiones non effugerunt inuidentium, & æmulantium.

Qua de causa illis implacata sunt omnia, cum fortunæ succenseant, & inimicis, & aliorum ingratitudini, & suis à se erogatis donis. Deus est optimus animarum curator, qui & si non semper adimit spem fœlicioris successus: tamen quandoque vt radicitus omnem animæ infirmitatem execet, ne ex reliquijs malum repullulet, nostros deludens labores, veluti medicus, falsa expectatione decipiens, secat nos ægrotos. 38. Perinde Deo semper gratiarum actiones sunt referendæ. etenim quia bonus, in orbe facit, quod est vtile, quia sapiens, quod est honestum; quia potens, ideo permittit scelera (sic libertati datur locus) vt adnectat ad cœteros orbis successus. ita omnia deseruiunt illi. vnde vniuersum suo constat ordine. quod ex dissimilibus partibus compaginatum amicitiæ lege in vnũ collegit. quo circa Boetius dicebat,

24

Hic fœdera remisit,
Quicquid nunc amat inuicem,
Bellum continuo gerit.

De Cons. 2. met. 8.

ita pia, & praua hominum opera, etsi vitio, & virtute distincta, tamen consensu vnum videntur; nam ambo ancillantur maximo artifici Deo. licet vitia sint animarum tenebræ, mortis causæ, & oppugnatrices virtutum: tamen primarius auriga ad suum illa transducit vsum. quare peccata præuidens suo inseruit ordini.

39. Quod si natura militibus suppeditauit, hastam, nautis remos,

Digitized by Google

remos, aratrum agricolis, per ligna, agente humana arte; cur
25 agente prouidentia Diuina per aduersa suggere non valuit
probis meritorum cumulum, probationem virtutum, & gloriam cœlestem? qua ratione prudenter respondit Alexander Patri suo Philippo, cum animi torqueretur dolore propter claudicantem tibiam, quam deformauerat vulnus acceptum
Plut. de Fortu. & Virtute. in proelio, *Sustine Pater, ne verearis in publicum te agere, quo magis virtutis ingrediendo memineris*. ita & tu, Amice, cum pro te Generalia comitia sententiam tulerint, & damnauerint patratam in te iniustitiam. licet illa potius adulentur potentiæ iudicum, quàm oppressorum innocentiæ. 40. Omnia quæ in nobis fiunt, aut natura fiunt, vt senectus, vt morbus; aut casu, vt quæ nobis inconsultis accidunt; aut sunt sita in nostra potestate, vt affectiones coercere, vel laxare. horum mala à nostra suscipiuntur voluntate, cum ab hac sit initium mortiferæ prauitatis. quare non solum perniciem, sed infamiam inferunt. At qui prioribus illis non dominatur, non est dignus reprehensione, sicuti qui leonem non capit, sed is solum, qui nascentes prauas passiones non vicerit, is ludibrio est omnibus propter intemperantiam. idcirco moestam ducit vitam. cum nullam curationem adhibeat morbo, à quo conflictatur assiduè. quod si per temperantiam ad virtutum redierit opera, adeptus iustitiam, magno progressu, feret amaritudinibus persecutionum curationem animæ pollutæ à contagione temporalium amorum. vnde ait Boetius,

Tu quoque falsa tuens bona, prius
De Con 3. met. 1. *Incipe collo iuga subtrahere,*
Vera de hinc animum subierint.

cum etiam animalia, naturæ artibus instructa, depascant quãdoque iugratus herbas curationis gratia. 41. Qua ratione homo se confert ad salubrem animæ statum. & improbitate detestata vitam ducit alienam ab omni seruitute profana. vt sunt qui in domo, in foro, & vbique innocenter, & impolluté viuunt. quocirca piè, & syncerè ad sanctam vitam reuertuntur, contemplationibus cœlestibus suauissimam, parem Angelicę, & Diuinæ assimilem. 42. Nec est aliquod remedium
28 tam efficax ad compescendas, imò opprimendas aeres mortalium concupiscentias, quàm contemplatio vitæ supernorum ciuium. nam eorum domus totum occupat cœlum, eorum diuturnitas nullo clauditur tempore, eorum fœlicitas nullo potest animo mortalium complecti, eorum pax, & securitas à nullo potest abrumpi hoste, eorumque multitudo dinumerari non potest. Sed nec eorum diuitiæ, cum Deus omnium cupiditates, explens, inundet summis fœlicitatibus.

43. Quod

Digitized by Google

43. Quod si indicibilis fœlicitatis memoria non demolitur tristitias animi, saltem illas compescamus mortis memoria. cum ab hac necessario soluantur omnes agitationes nostrarum fortunarum, vel lœtæ sint, vel moestæ, omnes deliberationes à prudentia per totam vitam abesse non debent, at incalce vitæ maturiores esse necese est. *Nam qui mente laborarunt, inde sumpserunt prudentiam*, vt dicebat Pindarus. ideò quàm soepissimè, repetere debemus animo imbecillitatem nostræ naturæ. nam vegeta corpora facilè diffluunt, gratus color disipatur, iuuenilis ardor languescit, contentiosi in miserabilem commutantur formam, vel temporum, vel morborum iniuria. ideo vnicum vulnus, vnica febris, vnicus dolor, omnia nostra robora, & specioſa atterit. & ad instar somnij cogit abire. à qua miserrima conditione nec dignitas, nec ætas, nec sexus est immunis. 27 Pindarus.

Cuncta trahit secum, vertitque volubile tempus. Corn. Gall.

44. Si singularium, & vniuersalium causarum malignitate vrgemur assiduis malis, mortem vt miseriarum finem summopere expetendam censeo. Licet Deus veluti Solem transferens ex alijs in alia loca efficit, ne nimio calore, aut frigore disipetur vniuersi ornatus. ita assidua mutatione fortunarum mortalium temperat dolores, & gaudia, vt nec luxibus, nec luctibus flacceſcat animus. 45. Quamobrem ad Deum erigi nitamur per virtutes. cum nec quidem istæ aliud spectent, quã præsentaneè quietem impartiri conscientiæ, & spem fœlicitatis æternæ. Hinc nonnijs inuideamus, qui spectaculorum apparatu lætantur assiduè, aut pascunt oculos illecebris scenarum, aut sonoribus liqueſcunt. etenim ab ijs intempestiua oritur: & fortuna numero cogit eos pro voluptatibus seruiliter agere: & exitio sibi esse venter & gula. Neque etiam his, qui suaui remigum impulsu lambentes littora, cantitando æmulantur sirenum cantiunculas; vt hac voluptuosa occupatione temperent æstiuos calores per suaues auras, & pellucidas aquas. Nam etsi veluti in theatro trium elementorum luxurjantium, telluris gaudeant vbertate, amenitate aeris, & fœcunditate æquoris cærulei, quod dum obequitant remis, lætitias videntur captare ambulantium per orbes. tamen semper misera est illa voluptas, à qua effœminantur animi. per quam nec vigor corporibus ineſt, nec animis ardor. quocirca desertis seijs negotijs *Immunditijs, delicijs, molitijsque ætatulam agentes*, vt dicebat Plautus, assuescunt desidiæ, quàm pro virtute inde efferunt inuerecundè. Quapropter istorum stultitia nobis prudentia sit. etenim voluptatum omnium consuetudo non modo est fœda, sed carens quiete. 46. Etenim 28

hæc

hæc solius virtutis est partus: sicuti à sola vera pietate gloria oriuntur, & diuitiæ, & celebris fama. ideo dicebat Virgilius;

Aeneid. 10. *Sed famam extendere factis*
Hoc virtutis opus.

Si pij in cœlesti regno futuri sunt Duces, Principes, Reges, etiam in præsenti muneribus à Deo honestandi sunt. cæteri vero licet videantur more oleæ, & laricis nunquam carere comis; attamen obscuris mutationibus, veluti insensibilibus lapsibus sensim in nihilum rediguntur. 47. Quapropter cum natura, & voluntate sæpissimè simus in culpam elapsi, & Deus suæ beneficentiæ memor, non desinit nobis manum porrigere, vt emergamus ex cœno iniquitatum; libentissimè eius excipiamus disciplinam. cum

Ouid. Ep 5 *Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est.*
19 Nam prius suum vnicum filium innocentissimum Iesum, tali exercuit disciplina. vt compertum sit, in nostris puniendo erratis, obliuisci non posse sui paterni amoris, quo ad mortem vsque crucis suum adegit natum.

Clau. de Christo ser uatore. *Vt nos subriperet letho, mortemque fugaret*
Morte sua.
Et animaret ad similia ferenda, ex quibus ille supra quàm dici potest glorioſus emersit. 48. Interim in munificentissimo Deo sperare debemus. nam si agricola subactis plantarum ramusculis efficit, vt se se denuo attollant, & repubescant vberius; multo præclarius id præstare potest Deus, bonorum omnium parens. quod si ad vitam reuocare potest homines, multo magis fortunas. licet in harum iacturis se se ostendens finè nostrum, docet, in malis ad ipsum recurrendum esse.

In Alcibiade. *Ergo fileant, qui vellicant aduersa.*

In solo Deo vera quies. Caput L.

ET VLTIMVM.

SVmmopere hoc vnum spectauisse Platonem in suis Dialogis censuit Proclus, Homines ad intimam sui cognitionē inducere. ita ille docuit methodum se venandi. Veluti oculus se ipsum videt, cum in intuentis oculum respexerit, & in qua præsertim parte est obtutus efficacia; sic se ipsum homo intelligit, si mentis oculum ad Deum direxerit, in quo est tota intelligenpi efficacia. quo cognito, sui assequetur notitiam. alioquin bellua; & infœlix erit. sit ille. enimuero arbitrabatur se apprimè cognito, fore, vt bonum moris consectaretur, & auersaretur malum. cùm immortalem animam immortale

præ-

Digitized by Google

præmium ſequi, vel pœnam neceſſe ſit. Quin potius vt ingenuum ſeruile, ita immortale horrebit caducum. Nam ſi ea, 2
quæ ſunt rationis expertia ſuis motibus, ſuis inclinationibus, ſuiſque formis, propriam perfectionem quæſitando, ſimilitudinem Dei aliqualem venantur. etenim dum tendunt in ſibi bonum, laborant conſequi quamcumque poſſunt Diuinam ſimilitudinem. In quantum enim aliquid eſt bonum, in tantum aſſimilatur Deo. cum vnumquodque tale ſit aliqualis ſimilitudo primariæ bonitatis, quæ eſt Deus benedictus. Quanto magis homo intellectualis? nam vt peritè dicebat Cicero, *Simul atque obiecta ſpecies cuiuſpiam eſt, quod bonum videtur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura.* Tuſcul. 4.

Quamobrem animo reputans homo ſui inuiſibilis Dei imaginem referre, & circumferre, & cælitus ab illo ſolo ſibi impartitam, vt ad ſuum recurrat principium, nullo labori tunc parcet. Nam ſi impultrice natura vnumquodque ſuum finem 3
appetit, quanto magis impultrice ratione? quin potius ductrice fide? à qua inſtruimur non modo poſſe ad Deum pertingere per viam ſimilitudinis, vt belluæ, ſed per viam cognitionis in præſenti, debitique famulatus, deinde hac abſoluta peregrinatione, intuitiuè, oculo ad oculum ſine ſpecie.

Amplectentes illud bonum, ſine quo nihil eſt bonum, fruentes illo optimo, ſine quo nihil eſt optimum. nec aliquo interpellante moerore, vel timore, vel dolore, æterna fœlicitate 4
exultabimus. etenim cum ſit ille ſummum, & omne bonum, poſſidentem efficit omni ex parte fœlicem: cuiusuis boni cupiditate ſedata.

Multa ex his, quæ ſunt expoſita oculis, ſunt pulchra, ſunt præclara, ſunt magna, quare totis viribus laboramus conſequi: quanto magis hæc eadem perfectius in ſummo opifice elucentia noſtros ad ſe animos ſuauius rapient? ideo hac diuina ſatietate rigati, (cum non ſint aliud ab ipſo Deo) nihil reliquū eſt, quod cupiant beati. At cætera ſenſuum bona nobis expota, cum ab hac perfectione infinitè diffideant, aut mala ſunt nobis aut moleſta; cum nihil nobis bonum ſimpliciter poſſit eſſe, ſine illo incōmutabili bono. hinc ſapienter dicebat Auguſtinus, *Omnis copia, quæ non eſt Deus meus, mihi eſt egeſtas,* Soliloc. 13.
in quo ſolo cum ſit omne bonum, vera eſt quies. quod ita fatur Boetius,

Hic nobis requies erit laborum. De Con. 3.
Hic portus placida manens quiete. met. 19.
Hoc vnum miſeris patens aſylum.

Verè inclamat Sillius Italicus exprobrans ſcelera, quæ ex ignorantia diuinarum rerum oriuntur,

Digitized by Google

De Bell. Pun. 9. *Heu prima scelerum causa mortalibus agris*
Naturam nescire Deum.

Solilo. c. 9. & Augustinus dicebat, *Hinc est ergo Domine, quod non diligo te quantum debeo, quia non plenè cognosco te.*

6 Cum enim illud bonum non insequantur, in quo est omnis boni conditio, ad aliquod homines inhiare coguntur diminutum bonum, quo etiam parto, remanens in quo denuo possint expleri, desiderio earum rerum torqueri consequens est. qua ratione in egestate viuunt per suas concupiscentias; cum in assecutione bonorum, non quietem sibi parent, sed potius stimulos, quibus vrgentur in non dum acquisitis. igitur ex caducis sibi miseriam procreant mortales.

7 At si homines illud bonum adipisci contenderent perfectissimo modo continens omnia, nullum vltra in eis desiderium esset earum rerum, quæ talem retardant sanctam concupiscentiam. Nam quorum animi solis cœlestibus diuitijs inhiant, his semper supersunt temporalia, illorum sinum replente Deo melioribus bonis; ne à tam sancta reuocentur auiditate, sed indefesse ad illud bonum dirigant oculum. cuius promissor

In Ep. Ioã. oratt. 3. idoneus, & fidelis redditor Deus est. idcirco *Cum memoria promissæ mercedis perseuerantem faciat in opere*, vt dicebat Augustinus. ita nostra est attollenda spes, vt nec labor, nec amor, conquiescant.

8 Est itaque necessaria nostri cognitio, & reminiscentia. *Nam*

De Consol 2. pro. 5. *cæteris animantibus se ignorare naturæ est, homini vero vitio.* vt dicebat Boetius. Nam tunc errans toto cœlo, à suo deficit fine, incolam se mundi arbitrans non hospitem. voluptuosorum affectuum ministrum, non aurigam, cum tamen

Boe. de Con. 3. met. 7. *Habet hoc voluptas omnis*
Stimulis agit fruentes,
Apiumque par volantum
Vbi grata mella fudit,
Fugit.

qua cogitatione se in animam insinuante in pietatis studium, commutatus homo,

Boet. 3. met. 10. *Vitat obscuras animæ ruinas.*

9 Nam tunc occupata anima à cupiditate cœlestium rerum, illud solum prosequendum deliberat, in quo veram nanciscitur quietem, & fœlicitatem. Quin etiam repetens memoria elapsos errores, pœnitens gemit se esse ad interitura declinatam. in quibus nulla est veri boni, sed solum apparentis imago. quare ex impura purissima efficitur, deleto omni, quod à terreno affectu fuerat culpatum.

Et monitrice illa contemplatione, intermissæ memoriæ beati-

Digitized by Google

beatitudinis produntur tunc, & culpantur animæ noſtræ ſceleſti conatus, actiones culpabiles, & praui affectus, in quibus occupabatur ignara veræ fœlicitatis. hinc ſecreta redargutione ſuas corripiens mundanas cupiditates, illas à ſe abijcit, quæ eam reddebant infœcundam: vt diuina genitura recepta pariat æterno præmio dignas actiones. Quare dicebat Auguſtinus, *Deus meus verus, vt verax animæ maritus, ad prolem ſempiternæ vitæ nos fœcundans, ideo nos ſteriles eſſe non permittis.* In pſal. 25.

Tunc anima non ſe amplius maculari permittit, aut dominari (ſummi boni vigente amore) ab effœminatis concupiſcentijs, quæ luſtratione diuinæ gratiæ fugatæ iam ſunt: ſed veluti cœleſtia corpora (primo excepto) etſi à ſua motrice intelligentia impellũtur ab oriẽte in occidentẽ; libenter tamen parẽt mutui in contrarium, vt obſequantur primario corpori: ita hominum mentes, proximiores Deo per charitatem, libentiſſimè ſequuntur Deum, etiam in aduerſa fortuna. Ideo diſcuſſo torpore properant ad ſuum vltimum finem. anhelando, & deteſtando cunctationem præteritam: ſummopere ambientes diuina attingere penetralia. cum ſimiles ſacratæ animę Deo à nullo mortali deſiderio diſtrahantur; ſed indefeſsè deteſtando affectus virtutibus contrarios, per omne vitæ curriculum appetunt ſyncerè res diuinas, in quibus lætantur aſſiduè, à nemine interciſa lætitia. cum nec curuatas gerant mentes temporalium pondere, nec more quadrupedum intueantur tellurẽ, ſed omni contentione laborant ad cœlum aduolare, neglecta omni profana affectione. Scientes in ſublunaribus nihil eſſe ſtabile; vt ab ijs aliqualis ſibi poſſit impartiri fœlicitas. Aiebat Auguſtinus ſapienter, *Dum tibi mens mea ſuſpirat, & tuam ineffabilem pietatem meditatur, ipſa carnis ſarcina minus grauat, cogitationum tumultus ceſſat.* 10 Manu. c. 3.

Interim anima abdicatione temporalium ſui compos effecta, quaſi extra carnem poſita, ſibi viam munit ad cœleſte domicilium, eleuata ſupra omne caducum, nam reddita famelica incorruptibilium bonorum, ſe ſe ardenti deſiderio ad Deũ tranſducit. ratum habens, ſi ab hoc oberrauerit fine, nunquam quieturam. cum ſingula ſuo gaudeant reditu ad ſuum principium. idcirco monebat ſapientia, *Noſce ſe conſummatam eſſe iuſtitiam.* oritur tunc neceſſario cupido beatificæ viſionis. Sapie. c. 15.

Quando anima enutritur à Deo ſuaui cibo cœleſtis gratię, illo ſolo contenta eſt, internis dulcedinibus ſaginata. A quo certo certius omnia futura beata expectat. Quorum ſpe munerum maximopere lætatur. Qua ratione nullius rei temporalis eſt indiga, ſed ſibi ſatis diues opulentia nunquam interitura. 11

Digitized by Google

introrsum tunc thesaurum gestat immunem ab omni prædone. qua theca pretiosissimatum rerum absoluta vita mercabitur regnum à corruptione immune. cuius beatitudinis ardore

Soliloq.c.1 æstuans D. Augustinus dicebat, *Eia Domine moriar, vt te*
12 *videam, videam, vt hic moriar.* Quo viuifico, & diuino amore vt succendi possit anima, à cœteris fœdis amoribus vacuefacienda est. nam

Hor. 4. Oda. 16. *Quanto enim quisque sibi plura negauerit,*
A Deo plura feret.

Tunc expanso sinu conciliatas sibi suauitates diuinas recipiens, necessario flammas amoris eructat. cuius amoris non so-
13 lum initium est diuinitas, sed munifica largitrix. nam etsi homini à natura non deest impetus in bonum, in tale autem bonum non fertur nisi à Deo excitatus, & instructus. *Omnis qui*
Ioan. c.1. *audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* dicebat Dominus Iesus. ideo peritè testatur Iamblicus, *Hominis animam nullam*
De Mist. Aegypt. *habere ad diuinum opus efficaciam, si quando vero videtur tale aliquid quodammodo posse, solum id agit illustratione diuina desuper influente. per quam actionis diuinæ videtur esse particeps.* hæc Iamblicus probans à libera Dei potestate oriri miracula, & prophetiæ.

Quod si terminato exilio, aut absoluta longinqua peregrinatione, aut captiuitate abolita, properanter ad patriam regredimur, soluturi præteritos moerores, labores, squaloresq; amicorum, propinquorum, aspectu, & conuictu. certè si cœlestis patriæ concupiuerimus tabernacula, veluti lymphati indesinenti cursu bonorum operum anhelanter ad illa properabimus sanctæ visionis desiderio, à quo interim obtunduntur nostri affectus nenimium ferueant. & veluti vmbraculo tecti, acrius in hostem insistimus; nullas componentes inducias, vt perenne sit bellum inter spiritum, & carnem.

Solilo. c.34 *O vtinam arderem ex te ignis sancte. quàm dulciter ardes,*
quàm secretè luces, quàm desideranter aduris, dicebat Augu-
14 stinus. Hæc vera est cordis quies. tunc homo per sanctum desiderium totum sese dulci quadam suauitate ad Deum deducens, exilium reputat, & carceres alibi, quàm in solo Deo moram facere: & onus, aliquid præter illum amare. etenim sine Deo agere, est deficere, ab illo discedere, est mori, ad illum redire, est reuiuiscere, in illo manere, est viuere, *Quem certè*
Medit.c.32 *nemo amittit, nisi deceptus, nemo quærit, nisi admonitus, nemo*
inuenit, nisi purgatus, vt dicebat Augustinus. *Ex cuius vnitate, & bonitate elapsi, facta est nobis abundantia laboriosa,*
Soliloc. 13 *& egestas copiosa. ideo dum aliud post aliud sequebar, à nullo implebar,* dicebat Augustinus.

Ari-

Digitized by Google

15

Aristoteles docet ex Alemonis sententia, *ideo homines in tempore perire, quia non possunt vitæ initium cum fine coniungere.* simili ratione, æternaliter pereũt, qui animam vitæ principium, cum suo fine Deo copulare, & glutinare negligunt. etenim, deserto Deo, anima crimine sordatur adulterij; Quare Dei desiderio non exardescimus? quia illum non amamus. quare illum non amamus? quia illum non intelligimus. quare nõ intelligimus? quia cœlestiũ neglecta cũra venamur fœlicitatem temporalem. *Quisquis enim cognescit te, diligit te, se obliuiscitur, amat te plus, quàm se relinquit se, & venit ad te, vt gaudeat de te.* ita Augustinus, *Verum vt homo à se fieri non potuit, ita nec beatus à se fieri potest. alia res facit hominẽ, alia res factura est cum beatum. ergo errat ipse, quia non potest per se esse beatus, & amat stulte, vnde sit beatus*, ait Augustinus. Prob. sect. 17. num. 3. Soliloq. c. 1 De Discip. Christia. c. 1.

16

Amat homo brutales voluptates, quæ cum illi contingant ratione inferioris animæ, minimè illi conciliare possunt fœlicitatem. prosequitur honores, qui cum à perfecti boni abfint natura, (deferuntur etiam improbis) nihil queunt perficere, ex quo oriatur quiès. diuitias assequi curat summa vigilantia, at cum istæ sint alterius gratia, ab istis fœlicitas induci non potest. sed neque ab humana gloria ortum habere potest fœlicitas, cum ista sit stabile bonum; at nihil instabilius ipsa fama, cum hominum opiniones quouis clancularío susurro mutentur in deterius. dicente Cicerone, *Non minus moueri homines, vt metuant, vt oderint opinione, & fama, quàm certa aliqua ratione.* sed neque ipsa potentia, quam maximopere mortales expetũt fœlicitatis potest esse causa, etenim hæc est ad aliud at natura fœlicitatis est ad se; hinc ab ista proficisci non potest fœlicitas. sicuti nec à quouis bono corporeo. nam tunc cum bestijs esset communis. Prc lege Manil.

Sed neque ab actibus virtutum moralium, cum per illas conseruetur medium in passionibus intrinsecis, & extrinsecis. etenim cum tales actus ad aliud sint ordinabiles, vltima fœlicitas in illis collocari non potest. quin nec etiam in prudentia, quæ hominem dirigit, vt peritè eligat, quæ sunt ad finem. idcirco finis non est, sed directrix ad illum. cuius virtutis exigua intuemur in belluis vestigia. in quibus nullatenus inesse potest fœlicitas.

Remanet ergo vt in sola contemplatione diuinarum rerũ, & actionibus cum pietate coniunctis sit suprema hominis fœlicitas. docente Domino, *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Enimuero ex cognitione amor oritur, à quo erumpit studium assequendi Ioo. c. 17.

Digitized by Google

16 di illud immensum bonum. nec ineficax esse potest Diuinus
Nic.10.c.9. ignis. Nam etsi Aristoteles ait, *Cæterorum animalium nullum est fœlix. propterea quod contemplationis particeps nullo modo est*. licet præstantissima sit actio hominis, & non ad aliud ordinata, & ad hanc sit sibi magis sufficiens: tamen hoc munere naturalem, presentaneam, assequitur fœlicitatem, quæ in immanenti actione suum explet opus: At per illam quam Christus docuit, speramus æternam. interim temporanea frumur. cum assimilemur cœlitibus, qui indeficienti motu intelligentiæ, & amoris in Deum Benedictum feruntur. Neque enim abesse potest fœlicitas ab actionibus, quibus adiuncta est pietas. etenim fœlicitas est actio cum virtute, huius nempe finis
Nico.1.c.9 illa est, vt demõstrauit Aristoteles.

Quamobrem sapientes summis laudibus extulerunt monasticum institutum, à quo omni postposita temporalium cura, Monachi promcuentur ad cognitionem, & amorem diuinarũ rerũ. Quare hos Dionysius vocat Thereupetas, eo quod præcæ
De cel. Hie c.6. De vita contempl. teris, purius Deũ colãt. Vel qa exactius curãt animas à vitiorũ labe, vt Philoni placuit. Vel quia summa religione venerantur Deum, vt eidem visum fuit. non quidem mactando victimas, sed suas mentes componendo ad sanctimoniam. & ipse
Quod oĩs probus &c Eude.7. in fine vlt.c. quoque Philosophus docuit electionem, vel possessionem bonorum, quæ maximè ad Dei conducunt contemplationem esse præstantissimam: & hunc esse terminum humanarum rerum. eorum vero bonorum, quæ ob defectum, vel excessum Deum contemplari, & colere, minimè permittunt, esse pessimam. quare in eodem capite asseruit, neque stultum, vel iniustum, vel intemperantem, aliquid ex honoribus, ex diuitijs, ex corporeis viribus referre commodi. cum noxia fiant ista ob habituum corruptionem.

18 Quamobrem hæc nostra incœpta, & imbecillis fœlicitas, in Dei visione prorsus absoluetur. nam perfecto lumine illum intuentes, perfecta cognitione illum assequemur, & prosequemur amore. interim *Lætamur in spe filiorum Dei*, scientes vi-
Rom.c.5. Eud.7.c.19 sionem illam mercedem virtutis, *Et virtutem esse perfectam probitatem*, vt dicebat Peripateticus. Quocirca ille nostra satietas erit, & perfecta tranquillitas, & absoluta beatitudo. vnde Boetius canebat,

De Con.3: met.9. *Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis,*
Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

Quod bonum semel nacti, nunquam amittemus, sed in omni
19 æternitate exultabimus. ô fœlices, qui hoc solum sibi spectandum proposuerunt, & ad assequendum omne contulerũt studium. nam hi nihil vltra appetentes, illud increatum bonũ aliqũ cõsequẽtur, q̃ est omni bono melius omni pulchro pulchrius,

Digitized by Google

chrius, omni beatitudine beatius, omni fœlicite fœlicius. Idcirco impigrè conandum supra vires, vt ad propositum nobis præmium constanti aduolemus labore. Nam cum sit verè bonum, *Nec inuiti accipimus, nec inuiti amittimus*, vt ait Augu. Vereamur itaque ne propter honores, vel nominis famam, nō attendamus conscientiæ morsum. etenim vt dicebat Seneca, *O nos miseri si hunc testem contemnimus*. & re vera vt deplorabat Plinius, *Multi sunt, qui famam, pauci, qui conscientiam verentur*. quique vt terrena possideant, non curant cœlestia. quod iuxta poeticum dictum, est

Immortale malum, & nulla delebile morte.

27 De Verbis Domini. Epist. 43. Pli. Epist. 3

Quapropter ex his omnibus, quæ sensum mouent subducēdus est animus; vt purgatus ex omni labe, dimisso corpore, purè, & dilucidè perennem fontem omnis boni possit intueri, & frui perenniter. qua ratione à carceribus vsque ad vitæ metam percurrere debemus sine offensa Dei. *Cum christianorū sit religio sine scelere, sine macula viuere*, vt ait Lactantius. quod si tali bono conscientiæ non contingeret lœtari, saltem nitamur assequi. cum religiosè inuocantibus diuina, nunquam defuit cœlestis fauor. Est enim pietas proprium hominis bonum. & hoc solum immortale bonum illi mortali contingit. Ideo nihil interim concupiscamus, quàm custodiam mandatorum, & consiliorum Dei, quouis proposito labore, vel et iam vitæ periculo. Nam talia complexi, Deique benevolentia freti possumus clamare pio affectu pertingente vsque ad solium Dei. *Sed libera nos à malo.* Duo sunt quæ temporaneam nobis largiuntur pacem, & æternam, præsentium nausea, & æternorum cupido, quæ sunt partus christianæ pietatis. igitur attendamus, ne solis verbis meliora probando, prosana sequamur. cum illud solum institutum nobis placere debet, ex quo interna salus oritur animæ, pro qua suspirandum, desudandumque est semper. tunc quod modo credimus, licebit aspicere, & quod speramus, amplecti, & quod amamus, frui. *Nam immensa Dei bonitas prouidit, vt in hac breui, & exigua vita agones essent, & labores; in illa vero corona, & præmia meritorum æterna*, vt ait Augustinus.

Instit. l. 5. c. 9

20

Matth. c. 6.

21

Serm. de Sanct. 37.

Quam hæreditatem vt ingredi possimus, non testatoris præstolanda est mors, sed nostra: vt vna simul cum largitore Deo illa fruamur. & hanc quidem, teste Augustino, *Venalem habet*. nec alia commutatione redimitur, quàm custodia mādatorum eius.

In psa. 93.

Memor itaque suæ beneficentissimæ naturæ clamat, *Sitientes venite ad aquas*. quas & effundere appetit ad suæ munificentiæ decus, & vt nostras rotundat concupiscentias, rergatq; macu-

Isai. c. 55.

Digitized by Google

maculas nostrorum scelerum, criminumque extinguat incendia, ita vocans, proferens, & offerens, auxilia, nos vrget amoris stimulis, vt eum expetamus votis, & hospitemur in nostris mentibus. Homini necessaria erat lux, vt rerum discrimina
22. cognosceret. at cum duo sint rerum genera, illi tributum fuit, vt per corruptibilem lucem corruptibilium aspiceret differentias, & per inextinguibilem lucem syderum spectaret perennia cœlestia corpora, neo absimile, cum homo ad bonum ferri natura necesse erat, illi ratio tributa est, mentis lux. at vero cum æterna spectare, & appetere esset magis necessarij homini, vt ad suum posset recurrere principium Deum. vnde Boetius,

De Con. 4. met. 6.

Qui non aliter durare queant,
Nisi conuersò rursus amare
Refluant causæ, quæ dedit esse.

Ideo dignatus fuit diuina luce gratiæ, vt cœlestia intuens, summa vigilantia assequi curaret ea. idcirco veluti elato corpore per principem omnium sensuum recto, momentaneo, vnicoque intuitu, ad cœlos vsque euadit; ita per gratiam depulsis animæ tenebris instantaneè non modo cœlestis efficitur homo, sed diuinus. Ab hoc intrinseco fulgore excutiuntur omnia, quæ tenebras, & caligines in animam inducunt. &
23 factis concupiscentiarum viribus, veluti concretis illis, anima pensusa dulcedine diuina in medio aduersitatum, & calamitum læta incedit, & cauta, ne labilium rerum captiuetur illecebris. *Cum in solo Deo decipiatur nemo*, vt asserebat Seneca. ideo rectè ab Anna Samuel offertur Deo. nam ab illa. (quæ teste Philone interpretatur gratia) offertur Samuel, qui interpretatur ordinatus à Deo. cum gratiæ sit munus, omnium virtutum actus perficere in ordine ad Deum. hominemque rectè compositum (qui

Epist. 99.

Philo de somnijs.

Peiusque letho flagitium timet.)

Hor. 4. Oda. 9.

veluti suauissimum sacrificium Deo libare. Nam à charitate veluti ab igne succenditur sacrificium: cæteræ vero virtutes quasi ignis materiam ministrant sacrificio. indesinenter itaque semetipsum animet homo ad profectum Diuini cultus, vt possit in paternam ascendere patriam.

Enimuero si in ipsis motuum initijs naturæ nulla reperitur imbecillitas, (nisi ex parte instrumêti motus aliquando) multo minus in habitibus infusis nulla dari potest corruptela respectu sui actus. hinc patet neminem abuti posse charitate. Quamobrem qui syncerè amauerint Deum, non modo non nituntur propria manu sibi adipisci præsentem caducam felicitatem, sed laborant illam abijcere. reminiscentes ex obli-

uione

Digitized by Google

uione æterni boni oriri morum corruptelam, & ignorantiam veræ fœlicitatis. idcirco deteſtantur eos, qui præſentes lætitias inſequuntur deſerto proprio fine Deo per intemperantiã labilium rerum,& per exitialem probroſumque amorem ſublunarium.

Ergo nos ſuccendat potius amor noſtri finis, & fœliciſſimę viſionis Dei. nam tunc ſapere incipiemus. non modo, quia æterna declinabimus incendia, ſed quia de propinquo intuẽtes tranquillam ſtationem æternam, aduerſa ſpernemus. Quare licet nos quandoque deſerant hominum ſubſidia, rationis tamen præſidium nunquam nos deſerit, multo minus gratiæ Dei, cuius vi nos attollere poſsumus vſque ad eius tabernaculum. à quo exulat omnis miſeria, & inhabitat omnis lætitia. Quod ſi mortales multa ſummo conſectantur ſtudio, quæ ad breue tempus ſunt duratura, equidem ea maiori ſagacitate debent venari, quæ nulla emarceſcunt mora. nam ſi ſola viſio cœleſtium corporum mulcet homines, quæ & quanta erit lœtitia intuentium,& fruentium Deo? quare dicebat Auguſtinus, *Si lætitia eſt in quærendo Deo, qualis erit in inueniendo?* Solilo.c.36

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX NOTABILIVM RERVM PER CAPITA.

Caput Primum.

1 *Amicitiæ iure, & charitatis, cogimur in malis amici ingemiscere.*
2 *Ingruente mœrore nõ sunt adhibendæ adhortationes.*
3 *Medicus animi sermo opportunus.*
4 *Repentinæ calamitates grauiter animum perturbant.*
5 *Nil deterius iniquo iudice.*
6 *Diuina iustitia implacabilis vltrix scelerum, durante malitia.*
7 *Dignitatum egestas sæpe impellit iniquos ad criminandum probos.*
8 *Nihil miserius ab amico maligne culpari.*
9 *Testes iniqui iuramenti religione violant innocentiam.*
10 *Misericordia erga falsiloquos fit sæpe aliorum calamitas.*
11 *Nostrorum temporum conditionis maligna.*
12 *Sui amor delictorum vrgo.*
13 *Imperio rõis frænãda cupiditates, valentissimas animo.*

Caput II.

1 *Quare postremo creatus est homo.*
2 *Deus, & natura remedia contulerunt contra mœstitias.*
3 *Tempus amaritudinum curator optimus.*
4 *Mœsta potius quam læta hærent animo. quare?*
5 *A ratione potius, quam a tẽpore soluendæ sunt luctuosæ memoriæ.*
6 *Passiones non obsequentes rationi, quæ, & quid sint.*
7 *Benè compositæ mentis manus.*
8 *Malorum reminiscentia semper est luctuosa.*
9 *Quibus rationibus mẽs suffert aduersa.*
10 *Animi sapientia soluuntur mœrores alterius malitia illati.*
11 *Homo nascens vanitatem luctus, mente se ad Deum elevat.*

Digitized by Google

12 Iniquum est, præstantius de-
terior seruire.
13 Magistratus semper est obno-
xius criminationibus.

Cap. III.

1 Ciuilium rerum administratio inconstans, inconstantior hominis fortuna.
2 Duo genera rerum impartitur fortuna.
3 Virtutum satellitio indiget homo, ne à fortuna decipiatur.
4 Virtutes sunt monumentum tranquillitatis animi.
5 Constantia est animi robur, & firmitas contra aduersa.
6 Sapientis animus aduersitatibus non deprimitur.
7 Cuncta sunt vicissitudinibus subiecta.
8 Ab egestate prudentiæ oritur intemperantia.
9 Constantia argumentum animi tranquillitas.
10 Anima se prius cõsolatur in-
sitia, deinde constantia.
11 Constantia est animi decus, sed irruentibus malis est clypeus.
12 Verum gaudium solius virtutis effectus est.
13 Natura mater, & nouerca fortuna nihil stabile contulerunt.

Cap. IV.

1 Sensibus conspicua, & remota fatentur Deum esse.
2 A Diuina mente beneficia
erumpit, veluti à sole lumen.
3 Elementa duplex qualitas attributa, & quare.
4 Plantæ non sunt vitæ expertes.
5 Per proprium semen iuuenescunt plantæ.
6 Intellectorum sensuum officia.
7 Homo sui iuris, & liber à vinculis necessitatis.
8 Homo tandem creatus, & quare.
9 Homo natura, & edicti Diuini maiestate orbis dominus.
10 Homini præfectura orbis mãdata, ita tamen vt Deus sua prudentia omnibus consulat.
11 Omnium causarum ministerio Deus deliberata perficit.
12 Indepẽdens libertas est solius Dei, in cæteris vero adnata est dependentia.
13 Dei voluntas rectissima norma agibilium.

Cap. V.

1 Via ineuitabile fatum, ideo vani nostri luctus.
2 Astrologorum, & Stoicorum opinio de fato futilis.
3 Fatum sanctio Diuina est, singula ad suum finem ordinans.
4 Fatum etsi est ineuitabile, non tamen contingentiam tollit.
5 Deum omnia moderari rationibus ostenditur.
6 Diuinæ prouidentiæ duæ sunt partes, Fortitudo, & Suauitas.
7 Homini sunt tribuenda peccata, quia per fatum non tollitur

Digitized by Google

tur libertas.
8 Si peccatum esset ex voluntate Dei, non esset peccatum.
9 Diuinæ prouidentiæ visum admittere peccata, & quare. & exempla.
10 Dei manum nemo effugere potest.
11 Aduersa pacatè sunt ferenda, etenim sunt à Deo.

Cap. VI.

1 OMnia ad sua fata eunt, iuxta deliberata Dei.
2 Rationibus demostratur, omnia à Deo dirigi, & perfici.
3 D. Thomas theologorum antesignanus.
4 Sacræ scripturæ oraculis patet, Deum omnia moliri.
5 Sine Deo hominis prauæ voluntas contra hominem est inefficax.
6 Imperfectio electionum est à praua hominis voluntate.
7 Miris modis Deus constituta perficit.
8 Sacrorum oraculorum maiestate passiones animi corripiuntur.
9 Ex Dei tutela, & amore comperimus iussu ab illo omnia partiri.
10 Quicquid aduersi contigerit, est à prouidentia Dei.
11 Hebraïs proclinantibus ad idolatriam datus est Ieroboam.
12 Sæpe eligimus media ad finem, qua, agente Deo, ad oppositum deducunt.
13 Deus facillimè ex ira in misericordiam delabitur.

Cap. VII.

1 PRimæua conditio Diuinarum sanctionum est constantia.
2 Dei voluntates sine vllo præuio merito ad nos defluunt sua dona.
3 Quandoque Deo largiente assequimur bona, quandoque etiam malis laborantibus.
4 Efficacia persuasionis mulcet voluntatem, certè effitit Deus, vt peccator detestetur scelera.
5 Efficacitas persuasionis & causa moralis est, & physica quod Augustinus docet.
6 Efficacitas persuasionis Diuinæ est altioris virtutis quã nostra.
7 Vt conferat temporalia bona, Deus quandoque nostras excitat voluntates.
8 Deo abnuente, nulla in causis secundis remanet efficacitas.
9 Prouisuprema manus cooperata fuerit nobis, sic nostra succedent.
10 Fati fœlicis, & infœlicis referuntur exempla.
11 Sicuti non alium gratiæ gradum, quam determinatum à Deo consequimur, sic nec fœlicitatis.

Digitized by Google

Cap. VIII.

1 INsipientis illatio contra inalterabiles ordine fati.
2 Dei iudicia latent hominem.
3 Deus Niniuitas terruit, vt induceret ad pœnitentiam.
4 Deus Ezechiam impulit, vt reuocaret à funere.
5 Deus euertit Iobum, vt extolleret in omnibus fœliciùs.
6 Deus quorundam mortalium diruit fortunas permittit, & quare.
7 Dei iudicia occulta tum sint, excitant sapientes ad orationem irruentibus malis.
8 Dei iudicia terrent etiam insipientes nec in aliorum malis exultant.
9 A magnitudine animi est quãdoque spes in aduersis, sed magis ab innocentia.
10 Semper audendum in aduersis, cum secunda ex illis oriri soleant.
11 Dei promissa nostris orationibus promouentur.
12 Sylla victus per constantiam vicit.

Cap. IX.

1 VEri indiligentia, & inducendi studium corruperunt orbem.
2 Spe erigendus animus in aduersis.
3 Deiecti animi per mœrores argumenta.
4 Qui malenconia abundãt minimum sperant, qui calore plurimum.
5 Nulla vestigia religionis in brutis, sed solum in homine, per quam sperat cœlitus beneficia.
6 Initio victi sæpe victores extiterunt in prœlio, vt Cæsar.
7 Virtutes quia aduersantur pigritiæ, ideo fœlicitatium sunt initia.
8 Spes nostra laudanda, cum à munificentia Diuina hortum habeat.
9 Fortuna quãdoque creuit per aduersa, vt aliquorum patuit exemplis.
10 Deus sine intermissione dona largitur.
11 In fortunarum euersione piorum magis eluxit virtus.
12 Spem adimere miseris, valde durum videtur.
13 Deus aspirans vota, efficit, vt cum pie innocemus in malis.

Cap. X.

1 NIsi indefessa opera Dei est etiam dissipare prauorum consilia.
2 Deus quomodo suos tueatur, Patriarcharum manifestauit exemplis.
3 Conturbernalis opulentiæ Venus.
4 Abrahum dicens Sarram suam esse sororem, non est mentitus.
5 Aquarum copia, vt caloris fœcundantur campestria. vt Aegyptus.
6 Dei oraculo monitus Isaac ne de-

Digitized by Google

descendat in Aegyptum, quare?
7 Moyses plura de Iacob scripsit, quàm de Isaac. Quare?
8 Calamitates præcocius mortẽ aduocant.
9 Peregrinationes quibus de causis suscipiuntur.
10 Deus quomodo compescuerit Esau, ne fratricidium committeret.
11 Iacob deferendum primogenituræ ius, & quare.
12 Pij semper supplant impios.
13 Naturæ est admiranda in sua tuenda lege, admirabilior in exequendis Dei mandatis.
14 Quare Angelus non superauit Iacob.
15 Pecuaria ars Magistratuum præludium.
16 Ioseph exercendus erat in administratione domestica, quia dirigebatur ad Regnum.
17 Ioseph impurgatas custodiri segetes iussit, & quare.
18 Pharaonis interpretato somnio Ioseph, abrupit Deus velamen suorum iudiciorum.
19 Deus quandoque miracula ediditin cõmendationem virginitatis.

Cap. XI.

1 IVstorum non leuem lætitiã, pranos quandoque à Deo plectendos esse.
2 Dei munus est, oppressos tueri. nam pœnæ sunt partes vltricis iustitiæ.
3 Patrato scelere statim torqueri incipiunt scelesti.
4 Tranquillitas à prauis abest.
5 Sopor scelerum pollutis non largitur quietem. exempla Pausaniæ, & Neronis.
6 Praui terrentur quandoque spectrorum fœditatibus. vt Brutus.
7 Praui etiam oraculorum maiestate atteruntur, vt Saul.
8 Iustitia Diuina instanter gemit impij, & affligũtur. quibus pœnis.
9 Impiorum terminata vita, tunc incipiunt ex condigno torqueri.
10 Deus quare præpropere scelerum non vlciscitur.
11 Deus sine oppressorum clamoribus plectit sontes.
12 Nihil funestius, quam contra se inclamantem conscientiam habere.

Caput XII.

1 HOminis insipientis declamatio contra patientiã Dei.
2 Dei essentia, sicuti & prouidentia omnino inexplicabilis.
3 Homo caligat etiam in cognitione rerum naturalium, quanto magis in prouidentia Dei.
4 De Deo superstua rimari, morbus est animi.
5 Deus sero punit, vt irascentium furorem compescat.
6 Deus quorundam differt pœnas, quibusdam irrogat. vtriusque ratio.
7 Deus publicam pacem custodiens,

Digitized by Google

diens, innocentiam honestat, & prauitatem corripit.
8 Exempla mira propalatorum scelerum.

Cap. XIII.

1 RAræ regiones in orbe non nutriunt saltem inimicitia, sic cœtus non nutriunt contentiones.
2 Amicitiæ sunt quandoque simultatum causæ.
3 Insigne amoris argumentum erga Deum est, diligere inimicos.
4 Deus cur permiserit hominem ab homine iniurijs affici.
5 Mansuetudine, & condonatione iniuriarum insistendum contrà inuasores.
6 Ex condonatione multæ oriuntur vtilitates per totum Cap. 13.
7 Charitas fortunarum euersiones traducit in profectum virtutum.
8 Quod est ex virtute, est mite, quod ex vitio proterum.
9 A vindicta citius dilaceratur cor hominis, quam ab inimica manu.
10 Qui maximè confidunt, vel inexperti sunt, aut fulti aliorum præsidijs.
11 Ad custodiam honoris, aut ad monitionem amici, aut latratu inimici opus est.
12 Prudentes ex inimicis vtilia carpunt, veluti medici ex deleterijs.
13 Vera victoria est illa, quæ salua probitate paratur.

Cap. XIV.

1 ANima degere sine Deo curatore, est maxima miseriarum.
2 Animum ad se reuocat Deus per se, per hominem, & per angustias per totum Caput 14.
3 Saul obiurgari à Deo potius amabat, quam incastigatus dimitti.
4 Nemo nouæ vitæ initia suscipit nisi veteris tædeat.
5 Anima miserijs pressa per pietatem restituitur amicitiæ Dei.
6 In amore vtilium cæcutimus, dum non amamus cœlestia.
7 Mentem à Deo auertunt scelera.
8 Anima castigata potior est, quam sua libidini permissa exemplum.
9 In Regnis magis sunt necessarij, qui corripiunt, quam qui blandiuntur.
10 Animarum curator per inopiam temporalium largitur copiam æternorum.

Cap. XV.

1 PEr naufragia multi sunt consecuti felicitatem.
2 Calamitatum partus prudentia est consulens temporanea, & æterna.
3 Calamitates cum sint pœnæ, nos culparum reminisci cogunt.
4 Calamitatum fræno fixit Deus

Digitized by Google

Deus peccantium cursum.
5 Calamitates inducendo nos ad pœnitentiam, quandoque fœlicitati restituunt.
6 Calamitates pij late suscipiũt vt impendentiũ animæ ægritudinum curatrices.
7 Deus est propitius tam peccata condonans, quàm prohibens ne fiant.
8 Deus cur permiserit tam acerbè accipi Hebræos ab Ægyptijs.
9 Calamitates vt virtutũ exercitationes suscipiunt pij.
10 Calamitas est nullam sensisse calamitatem.
11 Pijs proficua magis temporalium inopia, quàm copia.

Cap. XVI.

1 NVlla amicitiam custodiri post, niſi custoditis legibus eiusdem.
2 Duo sunt genera filiorum Dei, quæ erudit calamitatibus.
3 Duo ista genera filiorum, alterum ditatur muneribus, alterum restituitur pristati.
4 Dei venerãdæ sunt correctiones, alioquin quod salutare est, lethiferum faciemus.
5 Vbi vitiorum statiua, ibi iurgia contra mentis motum in bonum moris.
6 Malus primo non obedit, postea reluctatur, & tandem aspernatur Dei mandata.
7 Deus valde detestatur animam abutentem beneficijs.
8 Pharaonis cor cur induratum à Domino dicatur.
9 Deus quibus flagellis corripit pertinaces.
10 Hæresis reddit homines inexplebiliter facinorum auidos.

Cap. XVII.

1 FOrtuna paret iustitiæ, iustitia Deo, Deus probitati.
2 Virtus perfici potest, euerti nõ potest ab intrinseco.
3 Virtus in lætis ingerit frænũ, in mœstis vallum, & ita cogit fortunam sibi ancellari.
4 Inter mentem & bonum virtutis labor mediat.
5 Fortuna ministra, virtus suas vires exerit, otij, & deceptionis impatiens.
6 Fortuna improbitatum impatiens, suis muneribus in præcipitium agiteas.
7 Philippus II. prudentiæ exẽplar.
8 Custodia mandatorum Dei vitam ducit ad fœlicitatem.
9 Virtutis pedissequa fœlicitas, fœlicitatis vero fortuna.
10 Animæ festum virtutis exercitatione celebratur.
11 Languescente mente, impellimur malis, vt assurgamus ad Deum.
12 Pietas christiana custodiens virtutes, aduersitates ad suæ lucra transfert.
13 Probi quandoque bonorum, & honorum inopia laborant. Quare?

Digitized by Google

Cap. XVIII.

1 *Sacrarum literarum oraculis patet, euersiones regnorum, similiumque fieri ob scelera.*

2 *Dicendo silenda, & silendo dicenda fit in diem deterior orbis.*

3 *In Republ. in Regno nihil pernicioſius, quàm diſſimulatorio oculo intueri pudenda, & punienda.*

4 *Lenitas in caſtigatione eſt noxia amicis, & opportuna inimicis.*

5 *Qui clementiæ affectant famam, non curant delictis occurrere.*

6 *A bello quod indicitur vitijs, pax inducitur, non à diſſimulatione iniquitatum.*

7 *Animarum curatores debent eſſe rigidos cuſtodes legum.*

8 *Leges incuſtoditæ minuũt cãdorem morum, & abeunt in contemptum.*

9 *Magiſtratus incutiat timorem, ne fiant ſcelera, ſi commiſſa fuerint, ſit acer vindex.*

10 *Paſtores animarum multi repente diem ſuum obiere. quare?*

11 *Melius delicta ſeueritate proſequi, quàm miſericordia.*

12 *Magiſtratus ſunt deferendi ſenioribus.*

Cap. XIX.

1 *Morum integritas inſtillanda ciuibus Ducum exemplo.*

2 *Regibus Iſrael erat præceptum, vt ſua manu deſcriberent legem. Quare?*

3 *Ciuium animi probis moribus Ducum formantur ad omnẽ honeſtatem.*

4 *Duo ſunt munimenta legum, Ducum erga eas veneratio, & transgredientium punitio.*

5 *Regibus, non quæ commiſſa, ſed quæ à Deo permiſſa, licent.*

6 *Regum per virtutes emergit pax popularium, coercitis improbitatibus.*

7 *Ad regnum ſine magiſtratum qui extolli debent.*

8 *Regum authoritas hebeſcit per improbitatem vitæ.*

9 *Omnis ordinata congregatio ex quatuor conſtat, exercitio, remuneratione, correctione, & exemplo.*

10 *Imbelli præfectura periciæ habendus reſpectus, in ſpirituali probitatis.*

11 *Socrates cur maximè de lenocinio gloriabatur.*

Digitized by Google

Cap. XX.

1 *Iniustitia tollitur consensus partium ciuitatis, qua & dissoluitur.*

2 *Regnantes cum solum sibi iusta licere putant, fæliciter viuunt ciues.*

3 *Iniustitia durior, quàm tyrãnis est.*

4 *Regna Respubl. præmio, & pœna continentur quibus dissolutis illa intereunt. Quare?*

5 *Tyrannis viget in Regno, quoties non auditus condemnatur;*

6 *Iudices qui nõ excusserint delatas criminationes, iusti esse nequeunt.*

7 *Regnorum mutationes fiunt, cum probi priuantur honoribus, aut non adipiscuntur. Quare?*

8 *Iudiciorum iniusta administratio, sæpe flammis seditionum oppressit regna.*

9 *Iudicum erroribus occurri debet seuera animaduersione.*

10 *Insipientibus pœna prosunt.*

11 *Reges magnam sibi sumunt auctoritatem, si nulli errantium credantur ignoscere.*

12 *Regna, Respubl. prosperum habuerunt statum regnante iustitia, secus ex opposito.*

Cap. XXI.

1 *Legum faciles mutationes infirmam earundem vim efficiunt.*

2 *Legum alterationes fiunt plerumque ab ijs, qui ambitione laborant. & sunt natura superbi.*

3 *Legũ nouatores perdunt Rempubl. moribus, administratione, & tyrannide.*

4 *Fælicitas prauorum ingenia conspicua efficit.*

5 *Legum innouatores non tam Reipubl. ministros parant, quàm sibi.*

6 *Tyranni fiunt hi, qui appetentes magis dominari, trãsgrediuntur patria iura.*

7 *Legum mutationibus ad Monarchiam aspirant superbi.*

8 *Aristocratia præfertur Regno per Diuina oracula.*

9 *Consueta facilius feruntur per naturam, & mores.*

10 *Leges per diutinam assuetudinem sibi venerationem parant.*

11 *Homo quia ferox animal, nouis legibus circumduci, ægrè fert.*

12 *Nouitatibus conniuere periculosum, paulatim tunc repit tyrannis.*

13 *Imperij vel magistratus diuturnitas attollit animos, & impellit aristare contra leges.*

14 *Semper ad temperatiorem formam est redigenda potestas imperantium.*

Digitized by Google

Cap. XXII.

1 NIhil homine calamitosius qui naturæ donis à multis animalibus superatur.
2 Sinarum Reges succini crudi pharmaco arbitrantur vita produci.
3 Animalia suas prosequendo inclinationes à culpa vacant.
4 Homo si disciplinis non excolat mentem brutescit. hoc de facili, illud magno labore.
5 Inter animalia non tam fœda monstra naturæ, vt inter homines morum inuenies.
6 Homo etiam virtute præditus non est omnino miseriarum expers.
7 Ingrati obliuione delent, aut dissimulant, aut negant, aut iniqua ratione compensant beneficia.
8 Beneficia qui contulit, magis amat. Quare? exempla gratitudinis aliquorum animalium.
9 Homo inter animalia ingratissimus.
10 Fœlicitas ipsa est obnoxia malis aliorum inuidia.
11 Inuidia beneficijs exasperatur. quare?

Cap. XXIII.

1 INnocentis vitæ testimoniũ intrinsecum non admit pauorem insidiarum.
2 Quouis genere officiorum nunquam est satis explorata amici fides.
3 Genus nostrum continetur pietate in Deum, & in hominem fide. primum abrupit Demõ, 2. homo.
4 Hæresis est pertinax sensus contrà doctrinam Apostolicæ Sedis. Quæ dissentionum est origo.
5 Aegypti Reges miscellaneam religionem induxerunt, ne cives conspirarent. ita Hieroboam.
6 Natura, vt hominis homini conciliaret amorem, nudum effecit.
7 Vindictæ cunctatione languescunt, sed viuescunt morâ perfidiæ.
8 Perfidiosi signa ab obsequijs desumpta.
9 Perfidiosi argumentum desũptum ab oculis.
10 Vbi vtilitatis ortus, ibi occasus synceræ amicitiæ.
11 Diffidentia optimum munimentum contra perfidiam.
12 Senes quia timidis, ideo non omnimodam fidem adhibent.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXIV.

1 PRæstat semper iuuare quos possumus.
2 Vsus rerum veram cognitionem impartitur.
3 Magistratus à quibus malis semper corripitur.
4 Magistratus quia timorem infert, ideo cæterorum insectatur odijs.
5 Magistratus est inuisus, etenim ægris oculis ciues eius intuentur fœlicitatem.
6 Magistratus dum supplicia sumit sontium, popularium exponitur insidijs.
7 Popularis miseratio non tam est alienarum pœnarum, quã proprij periculi.
8 Magistratuum beneficia ob ciuicam volubilitatem de facili obliuioni mandantur.
9 Magistratus reos corripiens citra terminos æquitatis, incusatur vt nutricius scelerũ.
10 Delictis adhibenda temperata correctio.
11 Homo amarum existimans dedisce re vitia, dissolutionem legum appetit.
12 Animi pax tutius custoditur vacatione dignitatum, quàm magistratu.
13 Responsiones obijcientibus, nos carere magistratu.
14 Furente fortuna multi ad philosophandum se transtulerunt.

Cap. XXV.

1 PYthagoræ dictum, per publicam ne ambulato viam explicatur.
2 Voluptas offerens sensui præstigiosas voluptates, voluntatem deducit ad mortem.
3 Lucri amor sibi seruiens parat inexplebilem famem.
4 Superbia ambitionis causa nihil veretur etiam sanctissimum, nec parcit ciuium sãguini.
5 Primaria passione quo gestu, habituque, imò oratrice lasciuia, laborant ad se pellicere mortales.
6 Philosophiæ grauis monitio ad hominem, ne deceptrices passiones sequatur.
7 Duplex est seruitus quædam animi, quædam corporis. sic & libertas.
8 Sapientis libertas constat innocentia vitæ. Quod multis rationibus probatur.
9 Animi seruitus nunquam salutaris esse potest, vt corporea.
10 Lex quomodo non sit imposita iusto, sed iniusto.
11 Rationis imperium quis suscipiens, deuitat acerbum dominium sensuum.
12 Sapientum non est exiguus numerus. quare pauci videãtur?
13 Paupertas apud bonos hospitio benignè accipitur.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXVI.

1 Diuitijs non abundare, numerandum est inter Diuina beneficia. & quare.
2 Diuites cogunt animum deseruire ventri.
3 Diuites, distento ventre per saturitatem, prorumpunt in lasciuiem pedissequam crapulæ.
4 Per lasciuiem attritas vires, rursus dissipant abundantiori cibo.
5 Diuitiæ elatos, & contumeliosos procreant spiritus.
6 Diuites inter, & Tyrannos, similitudines quæ sint.
7 Diuites suis deuoratis diuitijs, alienis imminent.
8 Diuitiæ primum sunt prauitatum subsidia, deinde calcaria rapacitatum.
9 Domus rapacitatum scelere fœdatæ relabuntur in viliorem pauperiem.
10 Fortunarum mediocritas semper præstabilis.
11 Respublica optima est, cum tẽperata rerum copia potiatur. ita & ciues.

Cap. XVII.

1 Prudentia mentis oculus hominem decipi non patitur.
2 Prudentiæ munere, illucescente ratione, inferior anima in subiectione continetur.
3 Prudens munera fortunæ non appetit, quia caduca, quia non explent, quia decipiunt.
4 Omnia ex interuallo temporum desinunt in luctum.
5 Fortunæ donis pellecti. nondum partorum vrgentur desiderio.
6 Aperta cauerna cupiditatis, homo per imprudentiam efficitur miser.
7 Sapiens potius appetit pauperiem, quam in discrimine constitui patrandi scelera.
8 Fortuna suis donis nostras accuens cupiditates, deludit. Quare?
9 Semper iuuenescunt mœrores in dissipatoribus bonorum, reuirescente cupiditate, & inualescente memoria.
10 Qui in luxu, & libidine viuunt, fortunæ appetunt bona.
11 Aristippi consilium ad cõsanguineos.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXVIII.

1 *Diuites, in ipsa satietate sitiunt, & egestate famescunt in abundantia, appetendo.*

2 *Homo ex cœlesti parte constat, & terrena, ideo sui duplex genus constituit.*

3 *Mens animæ anima, caput animæ, lumen hominis, &c. à Deo immediatè creata.*

4 *Anima sapientiæ, & beneficentiæ Diuinæ eximium opus.*

5 *Metis ratione imperium tributum est homini super omnes bestias.*

6 *Homo solus liber, diues, patritius, Rex, & Dei filius.*

7 *Cur præfectura sensuum demandata est menti.*

8 *Homo per varios affectus imitatur belluas.*

9 *Amata caduca ad insaniam præsentium inducunt, & obliuionem futurorum.*

10 *Suæ imprudentiæ tædebit impios in ipsa magni iudicij die.*

11 *Ambitionis malum quis sibi aduocans, cogitur pro veris bonis falsa amplecti.*

Cap. XXIX.

1 *Hominis miseria, qui quãdoque nec lucè fruitur immanitate matrum.*

2 *Hominis miseria quandoque in ipsa prima luce transmissus ad hospitales.*

3 *Iaponiorum crudelitas ergà natos, quos præfocant. Afri vendunt.*

4 *Hominis miseria cum quandoque non materno, sed alieno nutritur lacte.*

5 *Hominis miseria quando ludimagistrorum corripitur disciplina, aut cogitur insistere domesticis curis.*

6 *Hominis miseria, quando pubescens amore corripitur.*

7 *Hominis vxorati miseriæ: aut alicuius meretriculæ illaqueati concupiscentia.*

8 *Hominis calamitates cum sua per lasciuiem absumpserit bona.*

9 *Hominis miseria ex diuitijs, conuiuijs, amicitijs, famulatu aulico.*

10 *Vita est pœna, & nasci miseria.*

11 *Vitam amittimus sæpe nullo amicorum assidente.*

12 *Vitæ nostræ omnis assiduum est supplicium.*

13 *Homines ad calcem vitæ deducti in solitudinem debent secedere, & colloqui cum Deo.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. VIII.

1 Insipientis illatio contra inalterabiles ordine fati.
2 Dei iudicia latent hominem.
3 Deus Niniuitas terruit, vt induceret ad pœnitentiam.
4 Deus Ezechiam impulit, vt reuocaret à funere.
5 Deus euertit Iobum, vt extolleret in omnibus fœliciùs.
6 Deus quorundam mortalium diruit fortunas permittit, & quare.
7 Dei iudicia occulta cum sint, euitent sapientes ad orationem irruentibus malis.
8 Dei iudicia terrent etiam insipientes ne in aliorum malis exultent.
9 A magnitudine animi est quãdoque spes in aduersis, sed magis ab innocentia.
10 Semper audendum in aduersis, cum secunda ex illis oriri soleant.
11 Dei promissa nostris orationibus promouentur.
12 Sylla victus per constantiam vicit.

Cap. IX.

1 Veri indiligentia, & inducandi studium corruperunt orbem.
2 Spe erigendus animus in aduersis.
3 Deiecti animi per mœrores argumenta.
4 Qui malenconiæ abundãt minimum sperant, qui calore plurimum.
5 Nulla vestigia religionis in brutis, sed solum in homine, per quam sperat cœlitus beneficia.
6 Initio victi sæpe victores extiterunt in prœlio, vt Cæsar.
7 Virtutes quia aduersantur pigritiæ, ideo fœlicitatium sunt initia.
8 Spes nostra laudanda, cum à munificentia Diuina hortum habeat.
9 Fortuna quãdoque creuit per aduersa, vt aliquorum parabile exemplis.
10 Deus sine intermissione donalargitur.
11 In fortunarum exersione piorum magis eluxit virtus.
12 Spem adimere miseris, valde durum videtur.
13 Deus aspirans vota, efficit, vt cum piè innocemus in malis.

Cap. X.

1 Inter indefessa opera Dei est etiam dissipare prauorum consilia.
2 Deus quomodo suos tueatur, Patriarcharum manifestauit exemplis.
3 Contubernalis opulentia Venus.
4 Abrahum dicens Sarram suam esse vxorem, non est mentitus.
5 Aquarum copia, vt saloris fœcundantur campestria. vt Aegyptus.
6 Dei oraculo monitus Isaac ne de-

Digitized by Google

descendat in Aegyptum, quare?
7 Moyses plura de Iacob scripsit, quàm de Isaac. Quare?
8 Calamitates præcocius mortẽ aduocant.
9 Peregrinationes quibus deau sis susoipiuntur.
10 Deus quomodo compescuerit Esau, ne fratricidium committeret.
11 Iacob deferendum primogenituræ ius, & quare.
12 Pij semper supplant impios.
13 Natura est admiranda in sua tuenda lege, admirabilior in exequendis Dei mandatis.
14 Quare Angelus non superauit Iacob.
15 Pecuaria ars Magistratuum præludium.
16 Ioseph exercendus erat in administratione domestica, quia dirigebatur ad Regnum.
17 Ioseph impurgatas custodiri segetes iussit, & quare.
18 Pharaonis interpretato somnio Ioseph, abrupit Deus velamen suo um iudiciorum.
19 Deus quandoque miracula edidit in cõmendationem virginitatis.

Cap. XI.

1 IVstorum non leuem lætitiã, pranos quandoque à Deo plectendos esse.
2 Dei munus est, oppressos tueri. nam pœnæ sunt partes vltricis iustitiæ.
3 Patrato scelere statim torqueri incipiunt scelesti.
4 Tranquillitas à pranis abest.
5 Sopor scelerum pollutis non largitur quietem. exempla Pausaniæ, & Neronis.
6 Praui terrentur quandoque spectrorum fœditatibus. vt Brutus.
7 Praui etiam oraculorum maiestate alterantur, vt Saul.
8 Iustitia Diuina instante gemit impij, & affligũtur. quibus pœnis.
9 Impiorum terminata vita, tunc incipiunt ex condigno torqueri.
10 Deus quare præpropere scelerum non vlciscitur.
11 Deus sine oppressorum clamoribus plectit sontes.
12 Nihil funestius, quàm contra se inclamantem conscientiam habere.

Caput XII.

1 HOminis insipientis declamatio contra patientiã Dei.
2 Dei essentia, sicuti & prouidentia omnino inexplicabilis.
3 Homo caligat etiam in cognitione rerum naturalium, quanto magis in prouidentia Dei.
4 De Deo superflua rimari, morbus est animi.
5 Deus sero punit, vt irascentium furorem compescat.
6 Deus quorundam differt pœnas, quibusdam irrogat. vtriusque ratio.
7 Deus publicam pacem custodiens,

Digitized by Google

diens, innocentiam honestat, & prauitatem corripit.
8 Exempla mira propalatorum scelerum.

Cap. XIII.

1 RAræ regiones in orbe non nutriunt saltem inimicitia, sic cœtus non nutriunt contentiones.
2 Amicitiæ sunt quandoque simultatum causæ.
3 Insigne amoris argumentum erga Deum est, diligere inimicos.
4 Deus cur permiserit hominem ab homine iniurijs affici.
5 Mansuetudine, & condonatione iniuriarum insistendum contrà inuasorem.
6 Ex condonatione multæ oriuntur vtilitates per totum Cap. 13.
7 Charitas fortunarum euersiones traducit in profectum virtutum.
8 Quod est ex virtute, est mite, quod ex vitio protenuum.
9 A vindicta citius dilaceratur cor hominis, quam ab inimica manu.
10 Qui maximè fiduni, vel inexperti sunt, aut fulti aliorum præsidijs.
11 Ad custodiam honoris, aut ad monitionem amici, aut latratu inimici opus est.
12 Prudentes ex inimicis vtilia carpunt, veluti medici ex deleterijs.
13 Vera victoria est illa, quæ salua probitate paratur.

Cap. XIV.

1 ANima degere sine Deo curatore, est maxima miseriarum.
2 Animum ad se reuocat Deus per se, per hominem, & per angustias per totum Caput 14.
3 Saul obiurgari à Deo potius amabat, quam incastigatus dimitti.
4 Nemo nouæ vitæ initia suscipit nisi veteris tædeat.
5 Anima miseriis pressa, per pietatem restituitur amicitiæ Dei.
6 In amore vtilium cæcutimus, dum non amamus cœlestia.
7 Mentem à Deo auertunt scelera.
8 Anima castigata potior est, quam sua libidini permissa exemplum.
9 In Regiâ magis sunt necessarij, qui corripiunt, quam qui blandiuntur.
10 Animarum curator per inopiam temporalium largitur copiam æternorum.

Cap. XV.

1 PEr naufragia multi sunt consecuti felicitatem.
2 Calamitatum partus prudentia est consulens temporanea, & æterna.
3 Calamitates cum sint pœnæ, nos culparum reminisci cogunt.
4 Calamitatum fræno fitit Deus

Digitized by Google

Deus peccantium cursum.
5 Calamitates inducendo nos ad pœnitentiam, quandoque fœlicitati restituunt.
6 Calamitates pij laxe suscipiũt vt impendentiũ animæ ægritudinum curatrices.
7 Deus est propitius tam peccata condonans, quàm prohibens ne fiant.
8 Deus cur permiserit tam acerbè accipi Hebræos ab Ægyptijs.
9 Calamitates vt virtutũ exercitationes suscipiunt pij.
10 Calamitas est nullam sensisse calamitatem.
11 Pijs proficua magis temporalium inopia, quàm copia.

Cap. XVI.

1 NVlla amicitiam custodiri post, nisi custoditis legibus eiusdem.
2 Duo sunt genera filiorum Dei, quæ erudit calamitatibus.
3 Duo ista genera filiorum, alterum ditatur muneribus, alterum restituitur pristati.
4 Dei venerãdæ sunt correctiones, alioquin quod salutare est, lethiferum faciemus.
5 Vbi vitiorum statiua, ibi iurgia contra mentis motum in bonum moris.
6 Malus primo non obedit, postea reluctatur, & tandem aspernatur Dei mandata.
7 Deus valde detestatur animam abutentem beneficijs.
8 Pharaonis cor cur induratum à Domino dicatur.
9 Deus quibus flagellis corripit pertinaces.
10 Hæresis reddit homines inexplebiliter facinorum auidos.

Cap. XVII.

1 FOrtuna paret iustitiæ, iustitia Deo, Deus probitati.
2 Virtus perfici potest, euerti nõ potest ab intrinseco.
3 Virtus in lætis ingerit frænũ, in mœstis vallum, & ita cogit fortunam sibi ancellari.
4 Inter mentem & bonum virtutis labor mediat.
5 Fortuna ministra, virtus suas vires exerit, otij, & deceptionis impatiens.
6 Fortuna improbitatum impatiens, suis muneribus in præcipitium agiteas.
7 Philippus II. prudentiæ exẽplar.
8 Custodia mandatorum Dei vitam ducit ad fœlicitatem.
9 Virtutis pedissequa fœlicitas, fœlicitatis vero fortuna.
10 Animæ festum virtutis exercitatione celebratur.
11 Languescente mente, impellimur malis, vt assurgamus ad Deum.
12 Pietas christiana custodiens virtutes, aduersitates ad sua lucra transfert.
13 Probi quandoque bonorum, & honorum inopia laborant. Quare?

Digitized by Google

Cap. XVIII.

1 *Sacrarum literarum oraculis patet, euersiones regnorum, similiumque fieri ob scelera.*

2 *Dicendo silenda, & silendo dicenda fit in diem deterior orbis.*

3 *In Republ. in Regno nihil pernicioſius, quàm diſſimulatorio oculo intueri pudenda, & punienda.*

4 *Lenitas in caſtigatione eſt noxia amicis, & opportuna inimicis.*

5 *Qui clementiæ affectant famam, non curant delictis occurrere.*

6 *A bello quod indicitur vitijs, pax inducitur, non à diſſimulatione iniquitatum.*

7 *Animarum curatores debent eſſe rigidos cuſtodes legum.*

8 *Leges incuſtoditæ minuũt cãdorem morum, & abeunt in contemptum.*

9 *Magiſtratus incutiat timorem, ne fiant ſcelera, ſi commiſſa fuerint, ſit acer vindex.*

10 *Paſtores animarum multi repente diem ſuum obiere. quare?*

11 *Melius delicta ſeueritate proſequi, quàm miſericordia.*

12 *Magiſtratus ſunt deferendi ſenioribus.*

Cap. XIX.

1 *Morum integritas inſtillanda ciuibus Ducum exemplo.*

2 *Regibus Iſrael erat præceptum, vt ſua manu deſcriberent legem. Quare?*

3 *Ciuium animi probis moribus Ducum formantur ad omnẽ honeſtatem.*

4 *Duo ſunt munimenta legum, Ducum erga eas veneratio, & transgredientium punitio.*

5 *Regibus, non quæ commiſſa, ſed quæ à Deo permiſſa, licent.*

6 *Regum per virtutes emergit pax popularium, coercitis improbitatibus.*

7 *Ad regnum ſiue magiſtratum qui extolli debent.*

8 *Regum authoritas hebeſcit per improbitatem vitæ.*

9 *Omnis ordinata congregatio ex quatuor conſtat, exercitio, remuneratione, correctione, & exemplo.*

10 *Imbelli præfectura peritiæ habendus reſpectus, in ſpirituali probitatis.*

11 *Socrates cur maximè de lenocinio gloriabatur.*

Digitized by Google

Cap. XX.

1 *Iniustitia tollitur consensus partium ciuitatis, qua & dissoluitur.*
2 *Regnantes cum solum sibi iusta licere putant, fæliciter viuunt ciues.*
3 *Iniustitia durior, quàm tyrannis est.*
4 *Regna Respubl. præmio, & pœna continentur quibus dissolutis illa intereunt. Quare?*
5 *Tyrannis viget in Regno, quoties non auditus condemnatur;*
6 *Iudices qui nõ excusserint delatas criminationes, iusti esse nequeunt.*
7 *Regnorum mutationes fiunt, cum probi priuantur honoribus, aut non adipiscuntur. Quare?*
8 *Iudiciorum iniusta administratio, sæpe flammis seditionum oppressit regna.*
9 *Iudicum erroribus occurri debet seuera animaduersione.*
10 *Insipientibus pœna prosunt.*
11 *Reges magnam sibi sumunt auctoritatem, si nulli errantium credantur ignoscere.*
12 *Regna, Respubl. prosperum habuerunt statum regnante iustitia, secus ex opposito.*

Cap. XXI.

1 *Legum faciles mutationes infirmam earundem vim efficiunt.*
2 *Legum alterationes fiunt plerumque ab ijs, qui ambitione laborant. & sunt natura superbi.*
3 *Legũ nouatores perdunt Rempubl. moribus, administratione, & tyrannide.*
4 *Fælicitas prauorum ingenia conspicua efficit.*
5 *Legum innouatores non tam Reipubl. ministros parant, quàm sibi.*
6 *Tyranni fiunt hi, qui appetentes magis dominari, trãsgrediuntur patria iura.*
7 *Legum mutationibus ad Monarchiam aspirant superbi.*
8 *Aristocratia præfertur Regno per Diuina oracula.*
9 *Consueta facilius feruntur per naturam, & mores.*
10 *Leges per diutinam assuetudinem sibi venerationem parant.*
11 *Homo quia ferox animal, nouis legibus circumduci, ægrè fert.*
12 *Nouitatibus conniuere periculosum, paulatim tunc repit tyrannis.*
13 *Imperij vel magistratus diuturnitas attollit animos, & impellit aritiare contra leges.*
14 *Semper ad temperatiorem formam est redigenda potestas imperantium.*

Digitized by Google

Cap. XXII.

1 Nihil homine calamitosius qui naturæ donis à multis animalibus superatur.
2 Sinarum Reges succini crudi pharmaco arbitrantur vita produci.
3 Animalia suas prosequendo inclinationes à culpa vacant.
4 Homo si disciplinis non excolat mentem brutescit. hoc de facili, illud magno labore.
5 Inter animalia non tam fœda monstra naturæ, vt inter homines morum inuenies.
6 Homo etiam virtute præditus non est omnino miseriarum expers.
7 Ingrati obliuione delent, aut dissimulant, aut negant, aut iniqua ratione compensant beneficia.
8 Beneficia qui contulit, magis amat. Quare? exempla gratitudinis aliquorum animalium.
9 Homo inter animalia ingratissimus.
10 Fœlicitas ipsa est obnoxia malis aliorum inuidia.
11 Inuidia beneficijs exasperatur. quare?

Cap. XXIII.

1 Innocentis vitæ testimoniũ intrinsecum non adimit pauorem insidiarum.
2 Quouis genere officiorum nunquam est satis explorata amici fides.
3 Genus nostrum continetur pietate in Deum, & in hominem fide. primum abrupit Demõ, 2. homo.
4 Hæresis est pertinax sensus contrà doctrinam Apostolicæ Sedis. Quæ dissentionum est origo.
5 Aegypti Reges miscellaneam religionem induxerunt, ne ciues conspirarent. ita Hieroboam.
6 Natura, vt hominis homini conciliaret amorem, nudum effecit.
7 Vindictæ cunctatione languescunt, sed virescunt morâ perfidiæ.
8 Perfidiosi signa ab obsequijs desumpta.
9 Perfidiosi argumentum desũptum ab oculis.
10 Vbi vtilitatis ortus, ibi occasus synceræ amicitiæ.
11 Diffidentia optimum munimentum contra perfidiam.
12 Senes quia timidi, ideo non omnimodam fidem adhibent.

Digitized by Google

Cap. XXIV.

1 PRæstat semper iuuare quos possumus.
2 Vsus rerum veram cognitionem impartitur.
3 Magistratus à quibus malis semper corripitur.
4 Magistratus quia timorem infert, ideo cæterorum insectatur odijs.
5 Magistratus est inuisus, etenim ægris oculis ciues eius intuentur fœlicitatem.
6 Magistratus dum supplicia sumit sontium, popularium exponitur insidijs.
7 Popularis miseratio non tam est alienarum pœnarum, quã proprij periculi.
8 Magistratuum beneficia ob ciuicam volubilitatem de facili obliuioni mandantur.
9 Magistratus reos corripiens citra terminos æquitatis, incusatur vt nutricius scelerũ.
10 Delictis adhibenda temperata correctio.
11 Homo amarum existimans dedisce re vitia, dissolutionem legum appetit.
12 Animi pax tutius custoditur vacatione dignitatum, quàm magistratu.
13 Responsiones obijcientibus, nos carere magistratu.
14 Furente fortuna multi ad philosophandum se transtulerunt.

Cap. XXV.

1 PYthagoræ dictum, per publicam ne ambulato viam explicatur.
2 Voluptas offerens sensui præstigiosas voluptates, voluntatem deducit ad mortem.
3 Lucri amor sibi seruiens parat inexplebilem famem.
4 Superbia ambitionis causa nihil veretur etiam sanctissimum, nec parcit ciuium sãguini.
5 Primariæ passione quo gestu, habituque, imò oratrice lasciuia, laborant ad se pellicere mortales.
6 Philosophiæ grauis monitio ad hominem, ne deceptrices passiones sequatur.
7 Duplex est seruitus quædam animi, quædam corporis. sic & libertas.
8 Sapientis libertas constat innocentia vitæ. Quod multis rationibus probatur.
9 Animi seruitus nunquam salutaris esse potest, vt corporea.
10 Lex quomodo non sit imposita iusto, sed iniusto.
11 Rationis imperium quis suscipiens, deuitat acerbum dominium sensuum.
12 Sapientum non est exiguus numerus. quare pauci videntur?
13 Paupertas apud bonos hospitio benignè accipitur.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXVI.

1 *Diuitijs non abundare, numerandum est inter Diuina beneficia. & quare.*
2 *Diuites cogunt animum deseruire ventri.*
3 *Diuites, distento ventre per saturitatem, prorumpunt in lasciuiem pedissequam crapulæ.*
4 *Per lasciuiem attritas vires, rursus dissipant abundantiori cibo.*
5 *Diuitiæ elatos, & contumeliosos procreant spiritus.*
6 *Diuites inter, & Tyrannos, similitudines quæ sint.*
7 *Diuites suis deuoratis diuitijs, alienis imminent.*
8 *Diuitiæ primum sunt prauitatum subsidia, deinde calcaria rapacitatum.*
9 *Domus rapacitatum scelere fœdatæ relabuntur in viliorem pauperiem.*
10 *Fortunarum mediocritas semper præstabilis.*
11 *Respublica optima est, cum tẽperata rerum copia potiatur. ita & ciues.*

Cap. XVII.

1 *Prudentiæ mentis oculus hominem decipi non patitur.*
2 *Prudentiæ munere, illucescente ratione, inferior anima in subiectione continetur.*
3 *Prudens munera fortunæ non appetit, quia caduca, quia non explent, quia decipiunt.*
4 *Omnia ex interuallo temporum desinunt in luctum.*
5 *Fortunæ donis pellecti. non dum partorum vrgentur desiderio.*
6 *Aperta cauerna cupiditatis, homo per imprudentiam efficitur miser.*
7 *Sapiens potius appetit pauperiem, quam in discrimine constitui patrandi scelera.*
8 *Fortuna suis donis nostras acuens cupiditates, deludit. Quare?*
9 *Semper iuuenescunt mœrores in dissipatoribus bonorum, renirescente cupiditate, & inualescente memoria.*
10 *Qui in luxu, & libidine viuunt, fortunæ appetunt bona.*
11 *Aristippi consilium ad cõsanguineos.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXVIII.

1 Diuites, in ipsa satietate sitiunt, & egestate famescunt in abundantia, appetendo.
2 Homo ex cœlesti parte constat, & terrena, ideo sui duplex genus constituit.
3 Mens animæ anima, caput animæ, lumen hominis, &c. à Deo immediatè creata.
4 Anima sapientiæ, & beneficentiæ Diuinæ eximium opus.
5 Metis ratione imperium tributum est homini super omnes bestias.
6 Homo solus liber, diues, patritius, Rex, & Dei filius.
7 Cur præfectura sensuum demandata est menti.
8 Homo per varios affectus imitatur belluas.
9 Amata caduca ad insaniam præsentium inducunt, & obliuionem futurorum.
10 Suæ imprudentiæ tædebit impios in ipsa magni iudicij die.
11 Ambitionis malum quis sibi aduocans, cogitur pro veris bonis falsa amplecti.

Cap. XXIX.

1 Hominis miseria, qui quãdoque nec luce fruitur immanitate matrum.
2 Hominis miseria quandoque in ipsa prima luce transmissus ad hospitales.
3 Iaponiorum crudelitas erga natos, quos præfocant. Afri vendunt.
4 Hominis miseria cum quandoque non materno, sed alieno nutritur lacte.
5 Hominis miseria quando ludimagistrorum corripitur disciplina, aut cogitur insistere domesticis curis.
6 Hominis miseria, quando pubescens amore corripitur.
7 Hominis vxorati miseriæ: aut alicuius meretriculæ illaqueati concupiscentia.
8 Hominis calamitates cum sua per lasciuiem absumpserit bona.
9 Hominis miseria ex diuitijs, conuiuijs, amicitijs, famulatu aulico.
10 Vita est pœna, & nasci miseria.
11 Vitam amittimus sæpe nullo amicorum assidente.
12 Vita nostra omnis assiduum est supplicium.
13 Homines ad calcem vitæ deducti in solitudinem debent secedere, & colloqui cum Deo.

Digitized by Google

Cap. XXX.

1 Libertate resecta nihil remanet felicitatis in homine.
2 Internis etiam animi motibus coguntur monachi parere suo Duci.
3 Grauiori imperio dominantur spirituales patres, quàm seculares domini exempla.
4 Monachi præcipuum munus est obedire mandatis etiam ad nutum.
5 Paupertatis malum asperrimum.
6 Abstinentia consulitur diuturnitati vitæ, & continentiæ.
7 Monachus illibatè seruare continentiam debet. etiam apud Iaponios illis celibatus indicitur.
8 Natura duce successorem filiũ appetit homo: sine quo decedere graue. exẽplum Abrahæ.
9 Inter societates nulla celebrior maritalis.
10 Monachorum inferiæ lachrymis non honestantur.
11 Christiana perfectio per abdicationem temporalium monachos direxit ad cœlum.
12 Monastica vita perenne principium virtutum.
13 Ad Deum dirigendi sunt labores monastici, sic animæ redimitur à culpis.

Cap. XXXI.

1 Monachi sibi elegerunt solitudines, vt animæ saluti consulerunt, & quieti.
2 Amicitiarum magna vis est traducendi homines ad seculatia.
3 Monachi carnis petulantiam aspero ieiunio fregebant exẽpla.
4 Monachi seruarunt castitatem, noscentes esse præstantiorem fœcunditate.
5 Monachi etiam ab aspectu mulierum cauebant.
6 Monachi sibi ministrantes inuicem, otij noxam declinabant.
7 Dominari tunc officium erat non regnum: obedire salus non seruitus.
8 Monachis nullus videbatur asper locus, nec egestas dura, nec insuauis castimonia.
9 Patrum laudes erga sanctos monachos.
10 Nobilitatis origo.
11 Recentium monachorum institutio etiam præclara.
12 Enituit monachorum Sapientia in Tridentino Concilio.
13 Summopere laborarunt Monachi in conuersione infidelium.
14 Vesuuij montis admiranda, perniciosaque conflagratio.
15 Ex monachis multi nostra ætate post funera miraculis illustres.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXXII.

1 HOmo discerpitur à contentione carnis, & spiritus.

2 Cœlum suspicere præcepit Iob. Quare?

3 Memoria calamitatum compescitur impetus ad sensibilia.

4 Natura ad malum proclivis, habitibus ad illud cõcitatius fertur.

5 Quo magis viget rationis imperium, eo minus se exerunt sensus stimuli.

6 Carnis propensiones tolli non possunt, sed retundi, nec sine labore.

7 Per reminiscentias miseriarum impensius infestimus pijs operibus.

8 Per concupiscentiam sensibilium inducitur æternorum obliuio.

9 Pij etsi nitantur innocentia ad cœlum euadere, tamen ad caduca propendunt.

10 Pij aduentantem mortem alacri hospitalitate recipiunt.

11 Pij cur deserturi carnem lætantur.

Cap. XXXIII.

1 QVi diutinæ vitæ spatia currunt, ijs acerba contingere necesse.

2 Sacra oracula nos ad tolerantiam efficacius animant, quã philosophia.

3 Quæ præsertim docent Diuina oracula, vt nos terrenis accõpescant.

4 Mortales dum per delectabilia beati esse volunt, miseri fiunt.

5 Orbem terræ hominibus locatum non datum. hinc in publico sumus hospitio, non in propria domo.

6 Homo diutius viuit reiectis temporalium curis.

7 Quacumque acerbitate commoti pij, non deserunt patientiæ cultorum.

8 Dissidium inter Politicos, & pios.

9 Dominus Iesus etiam morte regnum Dei adipisci voluit.

10 Si vnicuique sua sunt cara, Deo pia cara erunt.

11 Flagella quibus tradimur ad morum integritatẽ, sunt Dei beneficia.

12 Animæ desperatæ indicium, sine impedimento peccare.

13 Si nemo medicorum adhibet pharmaca nisi vrgente morbo, quanto magis Deus?

Digitized by Google

Cap. XXXIV.

1 Disciplinarũ perfectio experimentum est.
2 Mens quantum oculis praestat.
3 Virtus semetipsam promouës, exercitatione accenditur.
4 Anima concipiens sanctã desideria lætè viuit.
5 In vita innocentia consistit felicitas christiana.
6 In pijs operibus animæ salus reperitur, & opulenta quies.
7 Mali solitudine efferantur, vt boni magis mitescũt quiete.
8 Multi Duces se Principatu abdicarunt. Quare?
9 Qui sunt, qui verè viuunt.
10 Solitudinis beneficia.
11 Quæ animalia colorem mutant. Quare?
12 Deus summopere pietati fauet.

Cap. XXXV.

1 Terra generari, & corrũpi probatur. exempla insularum emersarum ex aquis.
2 Aquarum preteritates contra elementum terræ. à quo quandoq. expulsæ sunt illæ.
3 Mare alicubi stagnauisse patet concharum argumento. exemploque illustris cœnobij Casinensis.
4 Videntur quandoq; aruisse perennes fontes. quare?
5 Aer ab ighe corrumpitur, & ab aqua, & pestifera qualitate infectus animalia interimit.
6 Apparitiones in aere quandoque sunt opus naturæ, quandoque Dei significantis funesta. exemplæ.
7 In elemento ignis dari generationem, & corruptionem, docent Aristoteles, & Philo.
8 Ignis materiam insequens quandoque combussit prouincias. multa exempla.
9 Quandoque Deus augens virtutes causarum, perficit opera, quæ fieri nequibant à natura. exempla.
10 Corpora cœlestia etiam sunt obnoxia corruptioni.
11 Corruptio frequentius euenit in mixtis, nam eorum partes violenta retinentur compage.
12 Quæ arte constant, semper ad interitum properant. exempla.
13 Imperia extinguntur, vt ex ruinis noua emergant. ita respexerunt regna mortaliũ.
14 Solus Deus est omnino immutabilis.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXXVI.

1 *Prestigiosa apparitione mundus nos illudit.*
2 *Sacerdotum maior est dignignitas, quàm quod describi possit.*
3 *Sacerdotes aqua, & cinere, & hyssopo expiabantur. quare?*
4 *Sacerdotes interdictum erat, ne cadauera tangerent. quare?*
5 *Sacerdotis mortale corpus inspici oportebat, quanto magis animam? nam vitium mors est eius.*
6 *Phinees zelus muneratus à Deo sacerdotio, & immunitate militiæ.*
7 *Moyses extra castra suum locauit tentorium, vt expeditius soli Deo vacaret.*
8 *Per pœnitentiam etiã adipiscimur Dei gratiam, quia remanent habitus, propẽdimus ad assensum.*
9 *Per ambitionem Ducum incipit Italia vrgeri bellis, ad pestem, ad pauperiem, ad vastitatem superstitum.*
10 *Mala quæ inferuntur ab hæresi.*
11 *Commendatur Hispanorum Regum pietas, & vigilantia, pro fide Catholica.*
12 *Munus regendi animas maximè periculosum.*

Cap. XXXVII.

1 *Calamitosi loquaces sunt, moerore suppeditante querimonias.*
2 *Multorum exempla qui miserè perierunt.*
3 *Nihil funestius ciuili bello. Quare? exẽpla Syllani belli, & Flauiani.*
4 *Hostium bella comparata cũ ciuilibus, sunt plena clementijs. exemplum Luculli.*
5 *Atrox Iudeorum seditio oppressit ciuium triginta millia; Quinquaginta millia cauea Fidenatium collapsa.*
6 *Funestum bellum Attilæ ob numerum occisorum.*
7 *Non possumus labantem fortunam firmare, nec retinere abeuntem, nec lapsam erigere.*
8 *Inter mortales nemo non experitur molesta. Solonis dictum.*
9 *Mortalium labores compendio quodam conspiciuntur in periculis Nautarum.*
10 *Emanuelis Sosæ naufragiũ, & iter satis luctuosum, & miserabile.*

Digitized by Google

Cap. XXXVIII.

1 DE Natura iustitiæ conqueri possumus, quàm de fortuna.
2 Vt nihil naturæ dari potest aduersum corporibus cælestibus, ita nihil contingens relatum ad Deum.
3 Fortuna est Dei ordinatio æterna rerum contingentium, per determinatas causas.
4 Nihil potest contingere sine prouidentia Dei. humana solum mutantur.
5 A quibus potissimè veneranda tur fortuna. eiusque status, habitus, & conditio.
6 Sapientes cur ita formarunt fortunam.
7 Deus duabus maximè fulget virtutibus, iustitia, & beneficentia.
8 Deus nostra infortunia aut præuenit, aut subsequitur sua misericordia.
9 In quauis fortunarum euersione laudandus est Deus.
10 Animo humiles sunt hostes ingratitudinis.
11 Cur diu, noctuque accendenda esse lumina in sacro candelabro Moyses præcepit.
12 Per aduersitates potiora dona Deus impartitur pijs.

Cap. XXXIX.

1 VIctoria semper sequitur Dei præsidium.
2 Fidei præstantia, & opus.
3 Nihil magis opificis Dei bonitatem, potentiam, & sapientiam ostentant, quam beatæ mentes, & homines pij.
4 Cur nec exiguus est Angelorũ numerus, nec sanctorũ Martyrum?
5 Dei gloria singulariter emergit in sanctis Martyribus.
6 Sæpe martyria à Deo honestata sunt miraculis.
7 Plus gloriæ sancti Martyres attulerunt Deo, quam beati Angeli.
8 In sanctis Martyribus semper Deus de hostibus triumphauit.
9 Beatæ mentes sancta emulatione inuident sanctis martyribus. Quare?
10 Latanter occurrendum malis. ita assimilamur beatis Martyribus.
11 Cogimur vitiorum obliuisci, vt sacrificia aris admota, sint grata Deo.
12 Ab exemplo corripitur nostra languida pietas.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXXX.

1 COmpositis perturbationibus, libertas animi oritur.
2 Animus vitio temulentus ipsa infamia gaudet, exempla.
3 Meditatoria, & patratoria criminum officina efficitur anima per vitia.
4 In conuitandis affectibus acres esse possumus, non ita in compescendis.
5 Insatiabilis est hominis improbitas. Quare?
6 Amata silentia noctis non auferunt, sed inferunt molestias improbis.
7 Quæ quies sit, & quanta probatorum hominum.
8 Aegritudinum animi Deus miserans, inuenit morbos.
9 Animi vitia sensum adimũt ægrotantis.
10 Per ambitionem trudimur ad scelera, ad inquietudinem.
11 Ambitionis principium superbia.
12 Deus offert virtutes, quibus euertamus vitia, & remigemus in patriam.
13 Syncerum gaudium probitatis effectus.

Cap. XXXXI.

1 QVatuor sunt gradus lætitiarum diuinæ gratiæ.
2 Lætantur qui abiecta vetustate peccati pœnitentiam cõplectuntur.
3 Lætantur illi, quorum sunt deleti conscientiæ morsus, & sanata peccatorum vulnera.
4 Lætantur qui propter iustitiã oppugnantur, tunc Deus ipse suauitatum est causa, quia & moerorum.
5 Quare sancti Martyres in tormentis lætitijs exultabãt?
6 Lætantur quĩ cælestis gratiæ munere sentiunt se regi, agique.
7 Anima sapiens cælum sibi patriam censet, terram hospitij locũ.
8 Anima per diuinam lucem immutatur, & ex terrena efficitur cælestis.
9 Animæ piæ adamarunt solitudines, vt solius Dei fruerentur consuetudine.
10 Philosophiæ speculationes elegantes habẽt voluptates diuinarum vero rerum erunt satis præstantiores illis.
11 Anima tunc fælix est, quando Dei suauitatibus inhiat.
12 Nihil suauius ipsa spirituali sagina, quæ nequit referri, aut celari, & quandoque sufferri. Exemplum.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXXXII.

1 PEr incogitantiam ratio dolori cedens, sua obliuiscitur originis.

2 Præsens seculum nobis diuersorium non domicilium est.

3 Vt reproborum cõscientias irritat obiectis ad malum, ita replet piorum desiderium Deus in bonis.

4 Assequendo caduca in bonorũ viuimus egestate, in patria fameli ca saturitate beati vi uemus.

5 Si sola spe beatitudinis lætè viuimus, quò gestiemus gaudio visa?

6 In visione Dei omnis nostra exterminatur miseria.

7 Anima fœlicitatis anxia optat suicorporis reserari claustra. Dictum Anaxagoræ.

8 Indeficienti lumine Dei semper meridiat dies in patria.

9 Si moriturο homini tam nobile condidit domicilium pro æternis cinibus quàm præclarum erit regnum?

10 De cœlesti patria nihil dicere possumus, quod par sit illi.

11 Sine suspirio reminisci non possumus cœlestis patriæ.

12 Fœlicius viuere alicubi quandoque contingit exuli, nunquàm vero ab atherea patria.

Cap. XXXXIII.

1 VT in somnijs illudimur imaginibus, ita in vigilia rerum imagines veniunt, & abeunt.

2 Mortis metus mortalium fœlicitates in miserabilem conditionem commutat.

3 Quo tempore incipiunt nostra florescere, incipiunt & euanescere, vt vita, vt iuuentus, vt elegantia.

4 Solum inter mortales funera sunt indubia, cætera sunt incerto.

5 Immobili lege, naturæ sanctum sperare posse mutari, insanum.

6 Vitæ cupiditas, ipsa viuendi diuturnitate intenditur.

7 Vita perennis fluuius calamitatum.

8 Vt immunem redderent senectutem à fœditatibus, quidã populi suos necabant senes.

9 Vitæ exitus quouis genere mortis miser est.

10 Vt per somnium feriamur à diurnis curis, sic à morte ab omnibus præsentibus calamitatibus.

11 Consopiuntur calamitates reminiscentia mortis. Quare?

12 Astãte vitæ termino animaduertimus, rerũ vmbris fuisse delusos.

13 Homines inter se collati alius ciuis, alius hospes vocatur; si cum mundo conferantur, omnes sunt inquilini.

14 Ani-

Digitized by Google

14 *Anima abeunte, præsentia errata emendari nequeunt.*

Cap. XXXXIV.

1 *SOl vastissimas regiones torrens, auersatur hominem sicuti & astra.*
2 *Luna epilepsiæ causa? quare?*
3 *Astra commutando tempora, inopia rerum mortales vastant, aut locustarum generatione.*
4 *Infame, extincto sensu alienæ miseriæ, mutuo fiunt insidiæ, etiam matris contra filium.*
5 *Aegritudines sunt primariæ inobedientiæ merces.*
6 *De miserijs vitæ, dum curanda effertur medicis.*
7 *Illorum calamitates, qui in captiuitatem ducuntur.*
8 *Horridum scelus, homines hominem amatum deuorantes.*
9 *Sicuti inter mitia ingenia contentiones fiunt virtutum, ita vitiorum inter deplorata.*
10 *Apud iniquos iudices vbi maior iniustitiæ merces, ibi iustideo magistratus non dandus inopibus.*
11 *Impares sunt lachrymæ nostris assiduis luctibus.*
12 *Si fœlicia secula augebant cupiditatem viuendi, praua adimere debent.*
13 *Ne assiduè obruamur malis, satius est mori.*

Cap. XXXXV.

1 *POtius nostra imprudentia, quàm aliena malitia agitamur moestitijs.*
2 *Homo ratione variarum passionum, est veluti quoddam monstrum.*
3 *Quare homo indiget habitibus virtutum.*
4 *Virtutes, & vitia quomodo sint connaturalia homini.*
5 *In actibus temperantiæ vel fortitudinis, semper sint motus in contrarium appetitus sensitiui.*
6 *Duo sunt genera coniugiorum, altero voluptas, altero honestum conciliatur.*
7 *Virtus præcauet ea, à quibus tẽporalis infertur pernicies, & æterna.*
8 *A copia virtutum, vel inopia fit, vt quis sufferat, vel non sufferat aduersa.*
9 *Quid sit prudentia, ab hac oritur ordinatus amor, qui est vera virtus.*
10 *Prudentia non admittit quis indolescere præter dignitatẽ. quibus rationibus?*
11 *Duo genera hominum, alterũ viuens ad suadelam rationis alterum vero sensus.*
12 *Quid sint virtutes.*
13 *Quid vitia sint.*

Digitized by Google

Cap. XXXXVI.

1 *Animi quies virtutum partus, vt omnis iniqua perturbatio ab imprudentia oritur.*

2 *Pietate insignitis promissa, & præstita est vita diuturnitas, exempla.*

3 *Fœcunditas promissa pijs perspicua fuit in Abrahamo.*

4 *Mulierum Aegyptiarum fœcunditas, & Hebræarum non fuit ab eadem causa.*

5 *Honos potissimè deferendus est virtutibus, vt exempla nos moneant.*

6 *Imperatores in ipso triumpho à militibus exprobabantur dicterijs, hoc idem facit diabat Dijs.*

7 *Deus fœcundat suos amicos, & ea, quæ sunt amicorum. Exempla.*

8 *Dauidis, & Salomonis opulentissima diuitiæ.*

9 *Deus à suis amicis non semper expostulari exigit, verum sponte occurrit paleis in seruitute Aegyptiaca.*

10 *Per pietatem præcauere quis posse mala. Regum testimonijs confirmatur.*

11 *Quo potiora fuerunt argumenta pietatis Abrahæ, eò digniora promissa Dei.*

12 *Nostri Patriarchæ Benedicti progressus religionis, & fortunarum.*

13 *Austriaca familia amplissimũ imperium adepta est per pietatem.*

14 *Virtutes, siue in carceribus, siue in tenebris semper sibi venerationem parant.*

Cap. XXXXVII.

1 *Decalogum dedit Deus nõ admixtum pauoribus. Quare?*

2 *Nihil magis efficax ad eliciendum amorem, quam amor.*

3 *Non magnum est, quod creaturæ subijciantur panis, sed quod creator, excedit mentis captum.*

4 *In cruce Dominus se exẽplar constituit. post hunc Sacratissima Virgo Maria.*

5 *Dominus, vt nos amantius liberaret à culpis, ascendit in crucẽ.*

6 *Christus se obtulit calamitatibus. Quare?*

7 *Per nostras carnis pressuras Christus intulit triumphum in cœlis.*

8 *Plus est, quod fecit Christus, quam quod promisit. quare?*

9 *Duo vidimus ad pugnam, currimus post mortẽ ad præmia.*

10 *Si per proprium sanguinem Dominus ingressus est cœlũ, quanto magis erit necessariũ hoc in miseris peccatoribus?*

11 *Si salutis nostræ gratia tam dira subsistuit Iesus, cur nobis mala inferentibus iratus fit?*

12 *De cœlo descendens Dominus potissimè mansuetudinem docuit.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXXXVIII.

1 A cælesti munificentia expectanda sunt omnia.
2 Vitæ probitas Neruæ imperium peperit, & mortẽ Pertinaci.
3 Probitas inuisa principibus, egestatis est causa quandoque.
4 Quæ ad salutem pertinent tyrannidis.
5 Vanus est omnis conatus, cui Deus repugnat.
6 Aliquali honesta voluptate indiget homo.
7 Nulla arte irrita fieri potest Dei tutelæ.
8 Nemeliora amare obliuiscamur, quandoque spes nos deludit.
9 Cœlestis saporis quis actus, nauseat temporalia.
10 Erigitur anima spe æternitatis.
11 Mortales, donationis titulo sua vendunt dona, non ita Deus.
12 A timore, labore, stimulis conscientiæ, humana censura languidiores efficiuntur nostræ concupiscentiæ.
13 Veluti infidus adulator in malis nos deserit, sic spes caducarum rerum in morte.

Cap. XXXXIX.

1 Pvgilum certamina aperto capite spectabant. Quare?
2 Iniquum alienis insultare malis, humanum condolescere.
3 Dei suauitates efficacius commouent animam, quàm nostræ rationes.
4 Inhiantes caducis, inepti sunt ad cælestia.
5 Vt labante sole euanescunt vmbræ, sic decursu temporis dolorum memoriæ.
6 Constantia calamitatibus obex, vt arena fluctibus.
7 Vt natura sua absoluit opera, sic homo susceptas ab initio fortunarum motiones currit infallibiliter.
8 Intrinsecò tortore conscientia semper lancinantur iniqui. Neronis exemplum.
9 Corripimur amaritudinibus, vt insistamus pietati. sic amaro succo retinentur domesticæ ficus.
10 Etiam aliorum scelera ratio ad suum traducit quæstum.
11 Si pastum pecoribus, etiam pijs dandæ erãt opportunitates meritorum.
12 Qui correptionibus parcunt, sunt hostes veritatis.
13 Per iniustitiam oppressa libertate, ad bellum descendunt ciues.
14 Sub legum nouitate latet tyrannis.

Digitized by Google

15 Creaturæ omnes in obsequium Dei inuadunt inobedientem hominem.
16 Amicus amicum deseruit, vt euocatus ignis ea, à quibus seruabatur.
17 Imperium homini datum, eò dirigendum, vt passionibus imperet.
18 Nihil luctuosum, nisi obnoxium fieri æternis cruciatibus.
19 Id totum quod oculis occurrit, scatet miserijs.
20 Vt cælum celerius peterent Patres, vale dixerunt bonis, libertati, & posteritati.
21 Si semina vaginis sunt inclusa, multo magis virtutes solitudinibus propter insidiantes.
22 In spirituali mercatura lucrum est indubium. non ita in temporalibus.
23 Non est grauis iactura rerum, quæ viles existimantur.
24 Deus veluti medicus falsæ expectationi decipiet, sicut nos ægrotos.
25 Deus per aduersa suppeditat meritorum cumulum, virtutum probationem, & cælestem gloriam.
26 Memoria felicitatis æternæ compescuntur concupiscentiæ rerum caducarum.
27 Hominis deliberationis à prudentia abesse non debent, præsertim in fine vitæ.
28 Assidua mutatione fortunarum humani luctus, & luxus compescuntur.
29 Nos patiens Deus obliuisci non potest sui paterni amoris.

Cap. XXXXX.

ET VLTIMVM.

1 HOmo per cognitionem Dei suam consequitur.
2 Rationis expertia eium quæsitant similitudinem Dei.
3 Homo ad Deum pertingit non modo similitudine, sed cognitione.
4 Deus cum sit summum, & omne bonum possidentem efficit beatum.
5 Nihil nobis simpliciter bonum esse potest, sine illo incommutabili bono.
6 Mortales dum caduca sibi parant, procreant miserias. Quare?
7 His temporalia superfunt, qui inhiant cælestibus.
8 Se ignorare, homini culpæ est, non brutis.
9 Anima occupata cælestium amore, errorum pœnitet.
10 Quando anima non se amplius maculari permittit?
11 Enutrita anima à Deo, illo solo contenta est.
12 Vt secundi possit amina Diuino amore, cæteri amores sunt eliminandi.
13 In naturale bonum Natura ferimur, in supernaturale à Deo.
14 Anima se se ad Deum deducens, potitur quiete.

15 Si-

15 Similis ratio, cur homo in tempore, & æternaliter pereat, nescit finem principio copulare.
16 Excepta Dei contemplatione, & amore, nihil potest homini fœlicitatem inferre.
17 Quare monasticum institutum summis laudibus extulerunt sapientes.
18 In visione Dei nostra absoluitur contemplatio.
19 Fœlices qui nullum prætermiserunt laborem, vt assequerentur Deum.
20 Pietas est proprium hominis bonum.
21 Præsentaneam nobis pacem tribuunt, & æternam, caducarum rerum nausea, & cœlestium cupido.
22 Per corpoream lucem materialia intueri possumus, & per lucem gratiæ, Diuina.
23 A Diuina gratia fractis concupiscentijs, anima perfusa dulcedine, læta incedit, & cauta.
24 Syncerè amantes Deum non laborant adipisci caduca, sed abijcere.
25 Si mortales summo studio quærũt ad breue tempus duratura, æterna quanta industria sunt quæsitanda?

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGITO:

	Errori.	*Correctione.*
Folio 2	poſſim is	poſſimus
2	moribus	morbis
2	ſolui	ſilui.
2	reuocat	reuocet
4	illius	in illius
4	paſtores	patratores
4	ad iuſtè	ad iniuſtè
5	quo	à quo
6	ſolicitates	ſelicitate
7	ope	opere
8	accuſationis	accuſationes
9	tranſiuiliuus	tranſiliuimus
10	potieturi	potietur
16	ſoſius	ſuſius
17	ſubacta	non ſubacta
28	ſetati	ſeritati
30	ſolum	ſolem
31	intelleſtualium	intellectualium
32	nauigationes	nauigationum
32	tanta	cum tanta
35	aſtrum	aſtrorum
40	vt	at
40	virtute	curuitate
42	promſionem	permiſſionem
48	ob	ad
49	Deo volens	nolens
51	cum ita	cur ita
57	liberum actum ꝺducit	
58	hemana	humana
61	cuius, qui dum oppora tunis	
63	Vale. lib. 1. cap. 6.	
64	ſedalis	ſedulis
64	tenuiſſe	terruiſſe
68	inerat	intendat duriora
70	iucanda	iucunda
72	ſimilato	ſimulato
78	egreſſus	ingreſſus
78	ſubleuamen	ad ſubleuamen

Digitized by Google

Errori.	Correttione.
72 Dies peregrinationi meę cętum triginta annorũ.	
80 eruditior Iacob	Iſaac
82 ſomno	ſomnio
85 clamant	clamante
93 confoderunt	confoderent
99 crimipa	crimina
106 impunitas	impunita
112 concupiſcentes	concupiſcentis
112 ſæua	ſæuæ
116 æterna	terrena
123 vti	ceti
124 ita	iſta
125 prouidentiæ	pœnitentiæ
128 beneficia	benefica
130 pacatem	pacatè
139 dies	diebus
140 &	vt eorum
140 orationi	rationi
140 quo Regina	pro Regina
141 genitrice	generice
158 Principum acta	acta
158 exarato calamo	exarata
161 libare	libere
162 quando quod	quamquando
166 peruerſitatis	peruerſitate
173 relectans	reluctans
173 ferè	fece
174 iudicſum	indicium
180 felicitati	felicitate
181 & leuius	vt leuius
182 exolat	excolat
185 motum	morum
186 vbi	vrbi
188 à morbis, deeſt vita, inuadatur	
192 qua propoſitione	propoſita ratione
193 frauduam	frauduum
197 decipular	decipulari
203 veluti per prętermiſſam ſeueritatem	
203 deinde alij	ali
204 iniqua	iniquis accuſationibus

207 ergo

Digitized by Google

	Errori.	Correctione.
207	ergo concupiſcentijs	ergo in concupiſcentijs
207	noſcens	noſces
209	deſidet	deridet
217	Iacob dicens	Iſaac dicens
217	alendum ſit	alendus
218	peccats	peccatum
219	quaſi	quas
220	nouij	nouit
223	vincutis	vinculis
225	parantes	parentes
225	tornequi	torueque
228	ſumpius	ſumptus
229	ope	opes
234	conſtituit	conſtitui
235	pare	parare
236	ſolius	ſolis
237	decipitur	non decipitur
238	in ipſe	in ipſa
238	exitiati	exitiali
241	cordibus	corbibus
241	& virtutem	& virtutum
242	Regni	Regis
244	immortalitatibus	immortalitatis
246	coelitus	coelites
257	quod infenſos	apud infenſos
260	mirabilia	miſerabilia
275	à viſum	à viſu
275	ſatis	ſati
278	deſerte	deſerta
281	mortales	mortale
284	quaſi	quas
286	hæc religionis	deeſt virtus
287	cane	carne
288	quiſquis tále	talis
291	homur	horum
293	ſuauitate	ſuauitatem
293	ſpiritus	ſpiritu
293	cenſet	cenſent
294	lœti	lœtis
303	prædæ	prædæ
309	liberat	liberata
310	veta	recte
311	conſulanti	conſulenti

315 ſor-

Digitized by Google

Errori.	Correctione.
315 formauisset	formauisse
312 vinctis	vitis
319 cap.57. cap.37.	
323 illum	Iſaam
327 De Bello. cap.11.lib.1.	
330 Auguſtini	Auguſti
335 ſed deeſt ſi adhuc	
336 ſcandala	deeſt, poſſint
337 Nam	Kam
341 & actruus	acerbus
348 profugens	profluent
349 ille	illi
352 triumphi	triumphum
354 complecterentur	complecteretur
356 ſed impetimur	vel impetimur
359 influtes	inflatur
360 ci manca la citatione	
363 letri	leni
377 perfundemus	perfundemur
378 domite	domito
380 anguſtiæ	anguſtæ
381 funeſtus	funeſtius
385 tranſacta	tranſacto
389 Dei	diei
391 dici	diei
391 carici	cariei
392 viciuitatem	vicinitatem
392 è falſa la citatione.	
393 peuoratrix	deuoratrix
394 vt hic	vt ſic
395 deſeruiſſet	deſeruiſſent
400 tolerata	toleratu
403 polliceretur	pelliceretur
405 conciliantur	conciliatur
406 pax & quies	deeſt bonis
413 qua	quæ
414 principibus	principibus
423 hanc	hunc
424 quo ſi	quaſi
426 ab iniurij	iniurijs
429 rederet	tæderet
437 fluctationes	fluctuationes
440 tranſgreſſionem	tranſgreſſionum

ER.

Digitized by Google

ERRORVM INDICIS.

	Errori.	*Correctione.*
In cap. 7. num. 3.	etiam bonis	nobis
In cap. 9. num. 12.	tóloratur	toleratu
In cap. 10. num. 4.	vxorem	ſororem
In cap. 12. num. 3.	qua nos	quanto magis
In cap. 16. num. 1.	amiciciam	amicicia
In cap. 17. num. 2.	ab intrinſeco	ab extrinſeco
In cap. 19. num. 10.	imbelli	in belli
In cap. 23. num. 12.	timidis	timidi
In cap. 33. num. 7.	cultorum	culturam

FINIS.

A21 1453203

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

